



BIBLIOTEKA

Zakł. Nar. im. Ossolińskich

ZH 11823





9823

Tomus I mus
GYNÆCIORVM

HOC EST,

DE MULIERVM TVM ALIIS,
TVM GRAVIDARVM, PARIEN-
tium & Puerperarum affectibus & morbis, Libri
veterum ac recentiorum aliquot, partim nunc
primùm editi, partim multò quàm an-
tea castigiores.

*Ex Libris Stanislai Stan. perit
1703*

Quorum Catalogum sequens pagella dabit.

CVM INDICIBVS CAPITVM
in vniuersum, titulorum, rerum ac verborum præcipuè in his
memorabiliùm, locupletissimis, fidelissimisq;



*Coll. Prem. Soc: RV
1650
Ex Testamto
Perit. Stanislav
Kampeni Arch. Pro*

Georg. Arnold

Med. Prof.

B A S I L E Æ,

PER THOMAM GVARINVM,

M. D. LXVI.

28.262

W

CLEOPATRÆ, MOSCHIONIS,
PRISCIANI, ET INCERTI CUIUSDAM
Muliebrium libri, superfluis ac repetitis omnibus recisis, in unam
Harmoniam redacti, per CASP. VVOLPHIVM, ME-
DICVM TIGVRINVM, nunc recens editi.

GYNÆCIORVM, siue affectus aliquot mulierum grauißimos, præcipuè
qui ad chirurgiam spectant, curandi ratio: ex præstatißimi inter Arabes me-
dici Albucasis medendi methodi libro II. 187

TROTVLAE, siue potius EROTIS medici liberti Iulie, Muliebrium liber:
qui etiam ad ornatum pertinentia quædam, & alia uaria continet. 217

NICOLAI ROCHEI Galli, doctoris medici, de Morbis mulierum cu-
randis liber, partim ex ueterum Græcorum, Latinorum & Arabum monumentis,
partim experientia propria confectus, longè nunc quàm antea locis innumeris e-
mendatior. 311

LVDOVICI BONACIOLI Ferrariensis, Medici clarissimi, Muliebriũ
liber, quo multa uariaq; de conceptione, uteri gestatione, abortu, partu, obstetrica-
tu, puerperio, nutricum & infantium cura, aliq; huiusmodi copiosè & eruditè
differuntur. 553

IACOBI SYLVII Galli Medici nostro sæculo eruditissimi, de Mensibus
muliebrib. liber: in quo etiã obiter diuersi foeminei affectus explicantur, & cu-
rantur. 771

MOSCHIONIS Medici Græci recentioris, De passionibus mulierum li-
ber Græcus, nunc primùm Conradi Gesneri opera emendatus, & per
CASPARVM VVOLPHIVM TIGVRINVM
in lucem editus.



XVI. Qu. 11823

CLARISSIMIS
VIRIS, D. IOHANNI FVN-

CKIO, ET D. MARCO VVOLFFHARTO,

Medicis ac Patricijs Memmingæ, Casparus

Vuolphius Tigurinus, Medi-

cus. S.



*U*n Superioribus mensibus, excellentis-
simum Medicum, ac præceptorem meum,
D. Gesnerum, pro generosa cuiusdam mu-
lieris morbo, consilium petendi gratia conue-
nissim (quod ego in his, alijsq; præsertim dif-
filioribus casibus, & sæpe, & libèter facio)
hac ipsa occasione, memoriam libri diuersorum autorum, de
Gynacys manuscripti, in mentem ei reuocaui. Hunc cum per ne-
gotia ipse recognoscere, editioniq; præparare minimè posset, nec
interim suppressendum, ob ea quæ contineret hominum memo-
ria digna arbitraretur, mihi integritati restituendum, eden-
dumq; obtulit, & rogauit. Et quanquam pro eo, ac obseruantia
ergo virum doctissimum mea postulabat, iamiam ad obtempe-
randum fuerim paratissimus, tamen considerata & ingenij mei
tenuitate, & operis magnitudine: primò quidem existimans o-
mnino altioris esse ingenij negotium, restitit: tandem verò & sum-
ma præceptoris autoritate, & postulationis æquitate: impri-
mis verò cum & suam ille interpositurum operam, vbi opus fo-
ret, polliceretur, persuasus, laborem suscepi. Quoniam autem eius
generis argumenti scripta passim extant plurima, eaq; doctissima,
superuacaneus hic labor nouus alicui videri posset: ei si & rei ma-
gnitudinem quis, & eam quam habet cõiunctam utilitatem re-

A

E P I S T O L A.

Ete opposuerit, apparebit fortasse, hanc ipsam Cynaciorum mate-
 riam perenne aliquod studium postulare. Est enim Uterus ita
 natura comparatus, ut cum propter varium, quem præstat, &
 multiplicem usum, qui & utero gestandi pariendiq; necessitate
 sese prodit: tum verò ob eius substantiam, situm, & eam quam
 cum alijs, præcipue verò principibus partibus habet familiarita-
 tem, & ipse sibi & alijs maxima seuissimaq; pathemata inferre
 possit, quæ curationis ordinem omnino inuertunt. Hinc morbo-
 rum variorum quotidie molestantiũ infinitus numerus: qui etsi
 reliquis partibus sint communes, ferè tamen fit, ut hanc vel pro-
 pter vasorum multitudinem, vel humorum perpetuò affluentiuũ
 copiam, frequentius tentent. Hinc symptomatum infœlix conge-
 ries, quæ ita familiare sibi domicilium hac in parte acquisuere,
 ut miseræ mulieres vix vnquam deserant: quæ ad tantam non-
 nunquam excrescunt seuitiam, ut aut dilationem nullam ad-
 mittant, aut corporis consumptionem, animiq; deliquia secũ tra-
 hant. Ita omnino fit, ut idem mulieribus accidere dicendum sit,
 quod reliquis omnibus, aliquo morbo, præsertim intrinseco affe-
 ctis. Quemadmodum enim his, febrium aliqua vel simul statim
 ac semel inuadens, vel paulo post superueniens, comes est: sic certè,
 quæ matriçi accidunt affectiones, aut aliorum causa, aut saltem
 symptomata verè existunt. Atq; hoc illud est, quod omniũ bono-
 rum autor Hippocrates, Laconica breuitate usus: **UTEROS**
MORBORVM IN MVLIERIBVS CAVSAM EXISTE-
RE, alicubi commemorat. Hoc ipsum (meo iudicio) venerandã
 Medicorũ antiquitatem mouit, ut in his mulierum morbis cu-
 randis, tantam operam collocauerint, quantã in vllis alijs quan-
 tumuis grauibus & acutis positam animaduertere possimus. Et
 ut alios multos præteream, an non vel solius Hippocratis monu-
 mēta eius rei vberes testes esse possunt? Quin & hac ipsa de causa
 (ita

E P I S T O L A.

(ita puto) nostri tēporis Medicos haud vulgares, tātopere circa eandē hāc Gynaciorū materiam occupatos esse videre est. His alijsq; rationib. veterumq; & recentiorū exēplis confirmatus, non dubitavi, hāc meā Gynaciorū Harmoniā (licet post multorum, quae extant, cōmentationes) quā ex diuersis nunq; prius excusis autoribus, in vnū quoddā corpus noua facie formatū comportauī, in lucē emittere: existimās iuxta illud veteris Graeci Poetae dictū, ἀλέων ἢ ἀλέωνων μελέτην posse. Quae & si reuera mea nō, sed aliorū sit: pro eo tamē, quod in hos autores, multis modis deprauatos, lacerosq; collocaui, studio, dū in integrū restituo, & vnā in Harmoniā, quae saepius atq; iterū magno cū legētis radio repetebatur, nō sine labore colligo, iā p̄p̄modū meā feci. Vobis igitur, Viri clarissimi, hanc meam primā facturam, tū alijs multis, tū verò duabus praecipuē de causis, dedicandā censui. Quarū quidē altera est, quod vos, partim quidē priscorū Medicorum autoritate, partim verò recentiorū exēplo quoq; inuitatos, miro quodam studio huius argumenti scripta amplecti, & fouere, cū ex sermonib. coram habitis, tū literis ad me scriptis, intellexerim: altera verò, vt meū erga vos studiū et beneuolentiā testatā omnib. relinquerē, imprimisq; vt ea animorū atq; studiorū cōiunctio, quae iā olim, dū Medicina pariter atq; Philosophia domi forisq; operam daremus, magnos p̄gressus fecerat, de integro inter absentes excitaretur. Quāobrem, doctiss. Viri, à vobis etiā atq; etiā peto, vt pro vestra humanitate, facilitateq; quā haecenus facillimā semper expertus sum: munusculū hoc (cuius tamē argumentū gratius fore, quā operis magnitudinē existimo) benignē suscipiatis, atq; hoc vobis certō persuadeatis, cupere omnino me (siquidē per ingenū liceat) his longē maiora, ita vt meriti estis, vobis & libenter, & officiosē prestare. Valete viri clarissimi. Data Tiguri, pridie Calend. Iunij. Anno Salutis, 1564.

CASPARVS VVOLPHIVS TIGV-

RINVS, MEDICVS, CANDIDO

Lectori S.



QV A occasione ad hunc de Gynæcijs, siue de Morborum muliebrium curatione, librum edē- dum accesserim, quantumq; in eo laborauerim, in nuncupatoria epistola utcunq; mihi explicatum est. Quòd verò sex numero libros in vnam Harmoniam collegerim, hoc loco mihi indicandum puto. Itaque candide lector, multis de causis, imprimis verò tibi vt gratificarer, à me hoc susceptum, existimes velim. Etenim cū omnium horum librorum vnum propemodum idēque sit argumentū, in diuersis locis magno cū fastidio querēda fuissent, quæ rectè cōmodeq; coniungi poterant. Deinde quando quidem plærorumq; non solū eadem capita sunt, sed iisdem penè verbis tractata, ne eadem iterum atq; iterum magna cum temporis iactura, tædioūe relegi oporteret. Accedit stylus ferè par: vnde temporibus autores non admodum diuersis vixisse conijcerem. Qamobrem singillatim quid à quoquam dictū esset, pluribus libris distinguere nolui, quòd id (vt dixi) plus tædiij, quàm vtilitatis attulisset. Hoc tamen à me non sine labore obseruatum est, vt singulis titulis eorum qui in eadem re conuenirent, nomina adiūxerim, idque partim, vt sua quisq; qua dignus esset laude, minimè priuaretur, partim verò vt tu quoque intelligeres, quàm iusta de causa, hos omnes in hanc Harmoniam contraxerim. In qua quidē concinnanda, obiter hoc veluti lucrum accessit, quòd mutua collatiōe, loca infinita miserè corrupta, & deprauata, restituerimus. Ex Græco etiā Moschionis exemplari (cuius copiam D. Gesnerus fecerat) multa loca castigata, multa per coniecturas certissimas, ab artis Medicæ peritiā desumptas, sanę lectioni restituta sunt: quorum verò sensus adeò vel scriptoris negligentiā, vel temporis edacitate, corruptus erat, vt cōiectura nulla in integrū restitui possent, asterisco, vt alijs succurrēdi occasionē præberemus, notata sunt. Porrò lectionis varie-

A D L E C T O R E M

varietatē marginibus apposuimus: & quandoq; Græci Moschionis verba, si quid lucis sententiæ afferre possent, similiter annotauimus. Et si præterea multa essēt, quæ melius tractari, & ornatius explicari poterant: in castigatione tamen modū adhibuimus: vt quæ bona fide accepissēmus, optima tibi cōmunicarem. In vniuerso verò hoc opere cōcinnando, hūc obseruauimus ordinem, vt cūm ei partes fecissēmus duas, prior esset, quæ de ijs, quibus mulieres quidem, sed fœcundæ tantum, circa partum obnoxie essent, tractaret: posterior verò communes omnibus mulieribus morbos, & symptomata complecteretur. Cūm verò & ipsius Moschionis, & Cleopatræ decreto, hi ipsi mulierū morbi in duas generales partes, hoc est, in eos, qui (vt ipsi loquuntur) per stricturam, & in eos qui per fluxū fiunt, diducātur, priore loco astrictionis, secundo verò fluxus, collocauimus. Quid multa? hoc ego illo in opere imprimis studio habui, vt publicam vtilitatem, quam possem maximè, iuuarē: quòd si consequutus essem, vt optabam, esset de quo mihi gratularer: sin minus, aliquid sit, eò vsq; progressum esse, vnde alij perficiendū initiū facere possent. Vale.

INDEXEORVM, QVAE
IN HOC DE GYNAECIIS LI-
BRO, ET RELIQUIS OMNIBVS CONTI-
nentur, secundum Capita digestus.

Parte priore hac continentur.

DE MATRICE, SIVE VTERO. CAP. I.		fol. 5 a
1	Matrix quot nominibus uocatur	
2	Vbi iacet uulua	
3	Quid est naturale matricis: id est, quæ eius substantia	
4	Quot tunicis constat matrix	
5	Vbi iacet orificium matricis	
6	Quali compositione figurata est matrix	6 a
7	Quid est muliebri signum	7 a
8	Quantum pinnaculum refedit, & retro est orificium matricis	
9	Quale est orificium matricis	
10	Testiculi mulierum ubi sunt positi	
11	Testiculi positione quales sunt	
12	Meatus, quibus mulieres semen excludunt, ubi sunt	
13	Quæ sunt orificia matricis	8 a
DE VIRGINIBVS, CAP. II.		8 a
1	Quandiu puellæ uirgines esse debent	
2	Ad uiolatam, ut non cognoscatur	
3	Virginum probatio	
DE STERILITATE, CAP. III.		9 a
1	Ad eam, quæ prius fecunda fuit, & sterilis facta est	10 a
2	Vt sterilis mulier concipiat	11 a
DE CONCEPTIONE, CAP. IIII.		11 b
1	Quæ sunt aptæ ad concipiendum	16 b
2	Quod est aptissimum tempus mulieri, coitus ad concipiendum	17 a
3	Quid est conceptus	
4	Quæ sunt signa conceptus	
5	Vt intelligas, si mulier concipere possit	
6	Vt cognoscas, si sua, an uiri culpa sit, si non concipiat	
7	Vt cognoscas, an conceptus factus	
8	Vt cognoscas utrum masculinum, an sceminâ prægnans in utero habeat	18 a
9	Vt sceminam concipiat	

Pessa-

I N D E X.

- 10 Pessarium ad curam conceptionis, & menstruorū, & si matrix ex partu concussa sit
- 11 Pessarium aliud ad conceptionem
- 12 Pessarium ad conceptionem mirificum, & experimentatum
- 13 Pessarium conceptorium ad tumorem & callositatem, & duritiem matricis
- 14 Pessarium conceptorium aliud 19 a b
- 15 Vt mulier concipiat, quæ diu fluxu menstruorum laborauerit
- 16 Pessarium ualde utile ad conceptum 20 a
- 17 Pessarium aliud ad idem
- 18 Conceptorium aliud
- 19 Conceptorium aliud
- 20 Pessarium Anathonis Philosophi ad conceptionem 21 a
- 21 Vt mulier concipiat, etiamsi nunquam conceperit
- 22.23 Pessaria conceptoria 21 b
- 24 Orionis conceptorium 22 a & 23 a
- 25 Vt mulier non concipiat ibid.
- 26 Ad eas, quæ dolorem matricis patiuntur, quando cum uiro dormiunt 24 a
- DE CISSA PRÆGNANTIVM, CAP. V.
- 1 Quid est cissa
- 2 Vnde dicta est cissa
- 3 Quoto mense cissa prægnantibus occurrit
- 4 Quandiu cissa perseuerat
- 5 Quæ eis adhibere debemus 25 a
- DE ABORTV, CAP. VI.
- 1 Quæ sunt signa futuri abortus 28 b
- 2 Ad abortum remedia 29 b
- 3 Ad abortum proficiendum & menstrua prouocanda pessarium quod & mortuum pecus potest foras detrahere 30 a
- 4 De suffumigijs ad idem 31 b
- 5 Abortus ne fiat 32 a
- 6 Ad retinendum semen & partum 34 b
- 7 Vt conceptum perferat. 32 a
- DE MOLA MATRICIS, CAP. VII.
- DE GRAVIDIS, CAP. VIII.
- 1 Quomodo grauidæ, præsertim circa septimum mensem agere debent mulieres 34 b
- 2 Octauo mense quomodo se gerent 35 a
- 3 Cum octauus mensis transferit, quid faciendum nono 36 a
- DE OBSTETRICE, CAP. IX.
- 1 In quot uel quas partes diuidere oportet uniuersam muliebrem traditionem
- 2 Quæ est aptissima, quæ obstetrix fieri possit

I N D E X.

- 3 Quæ est obstetrix
- 4 Quæ est melior medicina
- 5 Quid est obstetricalis sella 37 a
- 6 Quæ preparanda sunt, quæ propter partum sunt necessaria
- 7 Ministræ cum obstetrice quot sunt necessariae ibid.
- DE PARTU CAP. X. 38 a
- 1 Quibus mensibus rectè & vitales nascuntur
- 2 Quæ sunt signa proximi partus
- 3 Quomodo separatur dolor, qui de feruore uenit, ab eo, qui de præsentis partu
occurrit
- 4 Antequam ad sellam parturientes collochemus, quid facere oportet
- 5 Quomodo oportet parturientem collocare 39 a
- 6 Obstetrix autem quomodo aut ubi sedere oportet
- 7 Quando aut quomodo oportet umbilicum præcidere 41 a
- DE PARTU DIFFICILI CAP. XI. ibid. b
- 1 Quot sunt modi uel causæ quibus laboriosus & difficilis partus efficitur
- 2 Quomodo dicunt per eam quæ parit, difficultatem partus emergere 42 a
- 3 Quomodo dicunt per infantem, qui nasci habet, difficillimum partum fieri
- 4 Quæ sunt schemata infantium nascentiũ uel, quot schematibus infans nascitur
- 5 Ex quatuor schematibus prædictis, quæ sunt exoptabilia & secundum naturã,
& quæ aduersa & contra naturam 43 b
- 6 Quomodo de extrinsecus uenientibus causis, difficultas partus emergit 44 a
- 7 Quomodo per folliculum impeditur partus
- 8 Quomodo per eum modum, qui ex omnibus causis miscetur, partus impeditur
- DE INVANDO PARTU DIFFICILI CAP. XII. 45 b.
- 1 Qua diligentia obstetricandæ sunt illæ, quæ tardè & cum difficultate pariunt
- 2 Si præter naturam positus fuerit infans, quid obstetrix facere debet 48 a
- 3 Si in diuexum uel obliquum iacet infans quid faciendum 49 a
- 4 Si ambæ manus foras ei uenerint, quid facere debet obstetrix
- 5 Quoties manum emittit, quid faciendum
- 6 Si in pedibus descendens in aliquam partem uulvæ reliquum corpus inclinauerit,
quid facere debet 50 a
- 7 Si unum pedem foras habuerit, quid
- 8 Si ambos pedes eiecerit, quid faciemus
- 9 Si diuisis pedibus duabus partibus uulvæ plantas infigat, quid faciemus
- 10 Si genua hic ostenderit, & sic exire conatus fuerit, quid faciemus 51 a
- 11 Si in naticas sederit quid.
- 12 Si grande caput habuerit ut exire non possit quid.
- 13 Si caput contortum habuerit quid
- 14 Quoties fuerit duplicatus quid faciemus.

I N D E X.

- 15 Si in diuexum iaceat, aut supinus, uel in dentes quid facere oportet
 16 Si plures uno fuerint, & simul se ad orificium contulerint, quid & quomodo
 agendum 52 a
 17 Qualiter fœtus in utero sit conuertendus
 18 Quæ sunt periculosa symptomata, quæ nos terrere possunt ut periculum
 prædicemus 53 a

DE HIS QUI NON POSSUNT DUCI MA-
 NIBVS CAPVT XIII. 53 b

- 1 Quomodo embryotomiam facere debemus
 2 Quomodo apprehendimus mortuum esse infantem 55 b
 3 Quomodo pecus incidere debemus
 4 Si duplicatum pecus sic remanserit, quid faciemus 56 b
 5 Post embryotomiam quid obstrix facere debet ibid.

DE SECVDINIS CAP. XIII. 57 a

- 1 Secundinæ unde dicuntur
 2 Quid est chorium
 3 Ex quibus rebus constat chorium
 4 Vnde dictum est angion
 5 Ex quot & quibus constat umbilicus
 6 Quid est amnios
 7 Si secundinæ ibi remanserint, quid faciemus 58 a
 8 Ad secundinas remorantes & menstrua 59 a
 9 Quæ sunt quæ propter retentionem secundinarum antiqui adhibebant
 10 Vt secundinæ citò sequantur

DE PARTV MEDICAMENTIS FACI-
 LITANDO CAPVT XV. 60 a

- 1 Ad partum iuuandum
 2 Vt citò mulier pariat

DE FOETV MORTVO EXPELLENDO CA. XVI. 60 b

- 1 Pessarium quod mortuum pecus potest foras detrahere

DE HIS QUÆ POST PARTVM FACIEN-
 DA SVNT CAPVT XVII. 61 a

- 1 Puerpera quomodo à partu tractanda
 2 Quomodo cognoscis post partum sufficientem purgationem occurrisse ibid.
 3 Si de conatu & tensione frequentius in partu ruptiones occurrerint, his quid
 facere debemus 62 a
 4 Si ex partu contingat sanguinis fluxus
 5 Si ex partu natura plagata fuerit
 6 Si matrix ex partu ulcerata sit
 7 Si matrix ex partu concussa sit

I. N. D. E. X.

8	Signa doloris matricis post partum, quantum ad caput de uteri suffocatione referendum uidetur	63 a
	DE NVTRICE. CAP. XVIII.	64 b
1	Quenam ad nutriendum apta est	
2	Qua uita agenda est nutrix	65 a
3	Quae sunt exercitia, quae manibus nutricis fieri possunt	
4	Quid est faciendum si nutricis lac fuerit exterminatum	66 b
5	A somno expergefactam, quid facere oportet nutricem	67 b
	DE MAMILLIS POST PARTVM AFFECTIS.	
	CAP. XIX.	67 b
1	Si post partum ad mamillas lac confluat cum tensione & grauedine, dolore & feruore, quid eis apponere debemus	
2	Ad feruorem mamillarum quid facere debemus	68 a
3	Si puerpera ipsa lactat quid faciendum	
4	Si alia lactauerit, eius quae peperit lac, quomodo stringimus	
5	Ad mamillas post partum dolentes remedia	68 b
6	Ad lac augendum	71 a
7	Ad lac minuendum ex Graeco	
	DE INFANTE ET QUOMODO TRACTANDVS.	
	CAP. XX.	71 b
1	Ex quibus probabis infantem aptum esse ad nutriendum	
2	Quoties in die lauandus est infans	
3	In quali loco lauandus	72 a
4	Quibus rebus infantis superficiem lauari oportet aut aspergi	
5	Propter quam causam oculi infantium oleo irrigantur	
6	Quare iubeter matres post lauacrum infantum auriculas & nares exiccare	73 a
7	Quomodo oportet infantes ungere	
	DE FASCIANDO INFANTE. CAP. XXI.	73 b
1	Quomodo fasciandus est infans post lauacrum	
2	Quomodo oportet infantem fasciare	74 b
3	Vbi oportet & quomodo infantem iacere	75 a
4	Quanto tempore fasciandus est infans	
	DE VMBILICO INFANTIS. CAP. XXII.	75 b
1	Post quot dies umbilicus infantis cadere solet	
2	Quomodo cauitates umbilici formantur	
	DE CIBANDO INFANTE. CAP. XXIII.	76 a
1	Quando oportet infantem cibum accipere primum	
2	Quomodo mel ei dandum	
3	Cuius lac accipere debet infans	
4	Quod nam lac est bonum	76 b

I N D E X.

5	Materno ne lacte nutriendus est infans an nutricis	77 a
6	Post quod spatium lauacri ad mamillam applicandi sunt	
7	Quomodo lactari debet	
8	Quoties in die infans lactari debet	
9	Quibus signis intelligere possumus infantem debere cibum accipere	78 a
10	Quomodo apprehendimus, an propter cibum ploret, an non	
11	Quando infantem à lacte deducere debemus	79 a
12	Quem cibum primum infanti dare debemus	ibid.
13	Quis potus infanti conueniat	
14	Quando infans gestandus est	
15	Quæ sunt exercitia quæ facere possunt infantes	80 a
DE IIS QUÆ INFANTIBVS ACCIDVNT.		
CAP. XXIII.		80 a
1	Quando incipit infans dentes habere	
2	Quæ sunt signa quæ infantes ostendunt dentire	
3	Quibus utendū est rebus, ut nō laboriosè & cum tormento dētes eijciant	80 a
4	Ad feruorem faucium quibus utendum est	
5	Ad pruriginem corporis eorum quid faciendum est	81 a
6	Si exanthemata & pustulæ cum humectis uulneribus exierint, quid faciemus	
7	Sonitum narium & oris strepitum, quod frequentius de humoribus occurrit, quomodo sanamus	
8	Ad tussim eorum quid dabimus	
9	Quæ est ualetudo, quæ apud infantes Syriasis dicitur	82 a
10	Si uenter infantis solutus fuerit, quid faciemus.	

P A R T I S S E C V N D Æ

H A E C S V N T C A P I T A.

DE MENSTRVA purgatione in genere. Cap. 1.		83 a
1	Purgatio mulierum quid est	
2	Purgatio unde dicta est	
3	Quando incipit primò occurrere purgatio	83 b
4	Quando cessat	84 a
5	Quanto sanguine mulieres purgantur	
6	Quæ est uita quæ plurimam purgationem faciat	
7	Semper ne æquali sanguine menstruo purgantur	
8	Quot diebus mulieres purgantur	
9	Quænam secundum naturam non purgantur	
10	Quid differt ea quæ in totum non purgatur, ab illa quæ retentionē menstruorum habet	85 a

I N D E X.

11	Quomodo probamus aliquas secundum naturam non purgari	
12	Quibus signis intelligimus primæ purgationis tempus adesse	
	De retentione menstruum, uel quoties cum dolore & guttatim purgantur.	
	Caput II.	86 a
1	Potiones ad menstrua prouocanda	93 b
2	Pessaria ad idem	94 b
3	Suffumigia ad idem	98 a
4	Euaporationes ad idem	ibid.
	De seruore matricis. Cap. III.	98 b
	De Satyriasi. Cap. IIII.	103 a
	De matricis inclinatione. Cap. V.	104 a
	De matricis in inguen infusione. Cap. VI.	105 a
	De matricis ad superiora motu, siue de suffocatione ab utero, uel suppressione uul- uæ. Cap. VII.	ibid. b
	De inflatione & tensione matricis. Cap. VIII.	114 a
	De tumore matricis. Cap. IX.	119 a
	De phlegmone matricis. Cap. X.	125 a
	De collectionibus in matrice. Cap. XI.	126 a
	De condylomatibus matricis. Cap. XII.	130 a
	De rhagadijs in matricis orificio. Cap. XIII.	ibid. b
	De duritie matricis. Cap. XIIIII.	131 a
	De atretis siue mulieribus clausis. Cap. XV.	134 a
	De organo mulieris. Cap. XVI.	139 b
	De clauis matricis. Cap. XVII.	140 b
	De symptomate turpitudinis. Cap. XVIII.	141 a
	De dolore matricis. Cap. XIX.	ibid. b
1	De dolore matricis ob abstinentiam uiri	
2	Ad eas que dolorem patiuntur quando cum uiro dormiunt	142 a
3	Ad eas que in pectine dolorem habent quasi uespa mordentem	
4	Pessarium ad magnum dolorem & scabiem probatis.	ibid.
	DE VALETVDINIBVS MVLIERVM QVAE PER fluxum fiunt	144 a
	De hæmorrhagia siue sanguinis fluxu à matrice. Cap. XX.	ibid.
	De hæmorrhoidibus in collo uel orificio matricis. Cap. XXI.	151 a
	De matrice humorosa. Cap. XXII.	153 b
1	De humoribus à matrice ad uulua fluentibus	154 a
2	Ad rheumaticam matricem	
3	Ad cursum mulierum	155 a
4	Pessarium desiccatorium ad rheumatizantem uulua & omnem scabiē	ibid.
5	De fluxu rheumatis	156 a
	De matri-	

I N D E X.

De matricis hydrope cap. XXIII.	157 a
De matricis frigidity cap. XXIII.	ibid. b
De lumbricis matricis cap. XXV.	158 a
De gonorrhœa mulierum cap. XXVI.	ibid.
De punctione & pruritu matricis cap. XXVII.	159 b
De paralyfi matricis cap. XXVIII.	161 a
De matricis lasitudine cap. XXIX.	ibid. b
De casu matricis seu procidentia cap. XXX.	162 a
De uulnere matricis cap. XXXI.	165 b
De ulceribus matricis cap. XXXII.	171 a
De curatione cancri matricis cap. XXXIII.	173 a
De fistulis matricis cap. XXXIII.	175 b
De pessarijs cap. XXXV.	176 a
De mamillarum affectibus cap. XXXVI.	183 a
De parergis quibusdam cap. XXXVII.	185 a

F I N I S.

FRAGMENTI ALBVCASIS
capitum Index.

De curatione alratica cap. 72.	187 a
De cura hæmorrhoidarum & thelil, & bothar rubea, quæ accidunt in uuluis mulierum cap. 73.	189 a
De perforatione exituræ, quæ accidit in matrice cap. 74.	190 b
Ad docendû obstetrices qualiter medicentur embryonibus uiuis, quando egrediuntur secundum formam non naturalem cap. 75.	193 a
Exitus embryonis super pedes suos	195 a
Exitus foetus super genua sua & manus suas	196 b
Exitus foetus latitudinaliter pendente una ex manibus eius	197 a
Exitus foetus super collum expansis manibus suis, & facies eius ad dorsum matricis suæ	197 b
Exitus foetus preparati super latus	198 a
Exitus geminorum aut foetuum multorum	198 b
De embryonibus & abortu	199 b
De extractione foetus mortui cap. 76.	200 a
De formis instrumentorum, quæ necessaria sunt in extractione foetus cap. 77. col. 205.	
De extractione secundine cap. 78.	212



I N D E X.

EROTIS IULIÆ MULIEBRIVM
Lib. secundum capita Index.

De retentione menstruorum Cap. 1.	folio 221 a
De paucitate menstruorum Cap. 2.	223 b
De nimio fluxu menstruorum Cap. 3.	225 b
De suffocatione matricis Cap. 4.	229 b
De descensu matricis Cap. 5.	232 a
De motu matricis ex suo loco, quæ tamen non eleuatur neq; deprimitur Cap. 6.	
234 a	
De nimia caliditate matricis Cap. 7.	235 a
De apostemate matricis Cap. 8.	235 b
De ulceribus matricis Cap. 9.	237 b
De pruritu uulue Cap. 10.	238 b
De impedimento conceptionis & de his quæ faciunt ad imprægnationem Cap. 11.	
239 a	
De formatione seminis concepti Cap. 12.	244 a
De situ foetus in utero matris Cap. 13.	244 b
De signis imprægnationis Cap. 14.	246 a
De regimine prægnantium Cap. 15.	246 b
De regimine parturientium Cap. 16.	247 a
De difficultate partus Cap. 17.	248 b
De regimine infantis Cap. 18.	252 b
De electione nutricis Cap. 19.	255 b
De his quæ mulieribus sepe post partum accidunt Cap. 20.	256 b
De mala complexionem calidam & frigidam matricis Cap. 21.	263 b
De dolore matricis Cap. 22.	264 b
De fluxu matricis Cap. 23.	265 b
De carne in matrice exorta Cap. 24.	267 a
De tussi acerrima puerorum Cap. 25.	267 b
De sudore foetido Cap. 26.	267 b
De dolore oculorum Cap. 27.	268 a
De tela oculorum Cap. 28.	268 a
De maculis oculorum Cap. 29.	268 b
De exitu matricis propter disproportionem uirgæ uirilil Cap. 30.	269 a
De inflatione uulue Cap. 31.	269 b
De rupture uulue Cap. 32.	270 a
De dolore uulue Cap. 33.	270 b
De mulieribus mingentibus in lecto Cap. 34.	270 b
De modo coarctandi matricem, ut etiã corrupta appareat uirgo Cap. 35.	271 a
De	

I N D E X.

De crassis mulieribus & gracilibus cap. 36.	271 b
De retentione secundine cap. 37.	274 a
De abortu cap. 38.	274 b
De exitu ani cap. 39.	274 b
De dolore iliorum cap. 40.	275 b
De stranguria cap. 41.	275 b
De lapide cap. 42.	276 b
De dysenteria cap. 43.	277 b
De pediculis nascentibus in pectine, & sub assellis, & circa oculos 277 b	cap. 44.
De scabie coxarum & aliarum partium cap. 45.	278 a
De cancro cap. 46.	278 b
De cancro nasi cap. 47.	279 b
De fornicationibus & syronibus cap. 48.	279 b
De inflatione pedum cap. 49.	280 a
De inflatione uirgæ uirilis & testicularum cap. 50.	280 b
De pustulis paruis puerorum cap. 51.	281 b
De fœtore oris cap. 52.	282 a
De casu uulvæ cap. 53.	282 b
De uerme manuum & pedum cap. 54.	282 b
De surditate aurium cap. 55.	283 b
De glandulis cap. 56.	284 a
De hæmorrhoidibus cap. 57.	284 a
De dolore dentium cap. 58.	284 b
De fistula cap. 59.	285 a
De scabie manuum cap. 60.	286 a
De ornatu & partium eius adq; faciem dealbandam cap. 61.	286 a
De conseruatione corporis humani ab aliquot infirmitatib. aqua mirabilis effectus Cap. 62.	305 b
Puluis ad conseruationem uisus cap. 63.	309 a



INDICVLVS CAPITVM NIC. RO-
chei de Morbis mulierum libri.

De mulierum partibus genitalibus, meatibus seminarijs, testibus ac locis Fol. 319 a	Cap. 1.
De mensibus, siue menstrua mulierum purgatione cap. 2.	329 a
De mensium retentione, & remedijs cap. 3.	335 b
De hæmorrhagia uteri, siue profluuio muliebri cap. 4.	365 a

2

I N D E X.

De hysterica siue uteri suffocatione cap. 5.	394 b
De procidentia uteri cap. 6.	397 b
De mola cap. 7.	406 b
De inflatione uteri cap. 8.	414 a
De inflammatione uteri cap. 9.	418 b
De uteri abscessu cap. 10.	429 a
De eodem rupto cap. 11.	431 a
De ulcere uteri cap. 12.	433 b
De oedemate uel pituitoso uteri abscessu cap. 13.	439 a
De scirrho uteri cap. 14.	440 b
De cancro uteri cap. 15.	446 a
De rhagadibus, condylomatibus, & hæmorrhoidibus uulvæ cap. 16.	452 b
De phimosi, seu præclufione muliebrium locorum cap. 17.	455 a
De hiatu ostij uteri cap. 18.	456 a
De contortione & peruersione uulvæ cap. 19.	457 a
De sterilitate cap. 20.	ibid.
De conceptione, seu impregnatione cap. 21.	488 a
De abortu, de quo aliqua etiam in sequenti capite leges, & capite uigesimo- quinto, cap. 22.	513 a
Gravidis quæ conueniant, quæ non cap. 23.	515 a
De pica seu malacia, id est, fastidio grauidarum cap. 24.	517 b
De uictu conueniente grauidis contra abortum & aliâs cap. 25.	521 b
De tumore pedum prægnantium cap. 26.	522 b
De partus difficultate cap. 27.	523 a
De pariendiratione cap. 28.	527 a
De partu promouendo cap. 29.	529 b
De secundarum retentione cap. 30.	540 a
De cura puerperæ cap. 31.	545 b
De partibus monstris cap. 32.	547 a

LIBRI I. MULIEBRIVM L. BONA-
cioli capitum Index.

De Indicijs conceptionis, nechon maris foemineiq; partus cap. 1.	553
Quæ utero grauidis accidunt, & eorum medicinae, deque superfœtatione pulcra cap. 2.	566 b
Prognostica, causæq; effluxionum & abortuum cap. 3.	577 a
2 Eorundem etiamnum numerositas uno abortu	
3 Mola indices & causæ, ac ipsius à partu interstinctio	

Horum

I N D E X.

- 4 Horum omnium affectuum remedia
 Proceritatis improceritatisq; partuum cause: & de mira quorundam proceritate
 cap. 4. 594 a
- 2 Puerperij in utero positura
 3 Tres uulue potestates
 4 Quoniam utero grauis properante partu sex rerum non naturalium regimine,
 quibusq; presidijs parturitionem facilem reddentibus uti queat.
 Quo mensum numero, quo ordine, quid interim obstetrice agente, partus edatur.
 cap. 5 601 a
- 2 Quibus presidijs partum acceleremus: quibusq; secundas, & emortuum foetum
 pellamus.
 3 Quo demum pacto enixus puer pellendus, uinciendusq; sit.
 4 Cuius lacte primū lactandus, qualisq; nutrix eligenda.
 5 Cur septimo sole, communi usu, nomina imponantur.
 6 Quo tempore dentiat puer, & remedia.
 Cause similitudinis prolis, tum cum parentibus, tum cum alijs cap. 6. 642 a
- 2 Numerostas uno enixu partuum, atq; eiusdem cause: & præterea superuacua-
 nearum deficientiumq; partium.
 3 Demum partus prodigiosi nonnulli.
- LIB. II. CAPITA.
- De uteri partiumq; eius sectione cap. 1. 657 b
- Quoniam usu in absentibus etiamnum Venus citetur cap. 2. 682 b
- 2 Quid, quale, undeq; prolificum semen
 3 Vnde menstrua, quot annos mulieres, quotq; mares nati hæc emittere incipiant,
 desinant.
 4 Quibus uirginitas deprehendatur
 5 Qua positura concumbendum.
 6 Quibus presidijs uiolatis succurratur
 7 Qua digestionem foetus procreetur
 Quo tempore anima corpori infundatur cap. 3. 738 a
- 2 A quo creetur
 3 Immortalis ne, & an una omnibus sit
 4 Cur nouæ indies animæ creentur
 5 Quoniam modo ad concumbentium libidinem momentis singulis, & qua cæli par-
 tu procreetur: quæue in corpus descendat, qua etiamnum corporis parte ingre-
 diatur.
 6 Quo pacto animæ conueniat, modo in terras descendere, modo ascendere: curq;
 si caelestes sunt, inuitè à terris discedunt.
 7 Cur defunctorum animæ non redeunt. Numquid in corpora nostra quicquam
 agant

I N D E X.

8 Quo tempore infans in utero moueri, quo sentire incipiat: quo usu enutriatur
increfcaturq;.

I. SYLVII COMMENTARII TITVLI OMNES.

De sanguine menftruo in genere	771 a
De menftruorum fuppreffione	792 b
De menfium redundantia	805 b
De fluxu muliebri, & albis menfibus	821 a
De uteri fuffocatione & peruerfione	826 b
De uteri precipitatione	842 a

HIS ACCEDIT,

De hominis generatione, fiue de fecunditatis & fertilitatis caufis libellus	850 b
---	-------

F I N I S.

HARMONIA GY- NAECIORVM, SIVE

DE MORBIS MULIEBRIBVS LIBER,

Ex Prisciano, Cleopatra, Moschione, libro

Matricis dicto, & Theodoro Pri-
sciano collectus.

Prologus Prisciani & Cleopatrate in lib. eius priorem.



VTILE preuidi uobis, scribere de passionib. matricis: super-
uenientib. enim plurimis & diuersis sepius passionibus ma-
trici, ex quibus aliqua periculosa & insanabiles fiunt, pro-
pter confessionem turpitudinis: alia uero sanabiles ob me-
diocritatem aegritudinis. Quapropter ratio pandat, quae ve-
recundia celat: signis uniuscuiusq. representatis, curas subiiciam.

Prologus Cleopatrae in librum eius posteriorem.

DEsideranti tibi, filia charissima, & habere volenti contrarium cu-
rationis mulierum, facere laboravi. Et eligens duos praclarissimos
libros Theodoten & Methycum, magno ac diligenti studio ex Graeco
in Latinum transtuli, quia huiusmodi * sunt in memoriam * durare. Memi-
neris autem, me tibi sepius praecipisse, & iusiurandum a te exegisse, ut
nulli tam gloriosam rem facile credideris. Nunc ergo si eam perdideris, tua
culpa queraris. * Cupiditas uero hominum non habens certam fidem.
Patiar, o Theodota, dici medicina reginarum, Cleopatrae soror. Arsenoës,
quae remedia medicinalia, quibus saepe usa sum, & utique experta, con-
scripsi, & populo tradidi, & ut posteritas mea, beneficio huius artis, apud
foeminas duret: ante omnia, quae mulieribus accidere solent, indicandum
esse credidi.

* Debent,
forte.

* duratu-
ra, forte.

PRAEFATIO MOSCHIONIS IN GYNAECIA,
quam in Latino tantum codice reperimus ab interpre-
te positam: nam author Graecus innomina-
tus nihil praefatus est.



VM frequentius nobis in muliebribus causis obstetrix fuisset
necessaria, nullasq. inuenimus studiosas, quae literas Graecas at-
tigissent, & cum Gynacia in Latinitatem translata, omnes

desiderarent: ego Verò Moschion, qui iam Iudeorum quædam quomodo-
cunque transuliffem (veritate rationis potius nixus, quàm instructa ora-
tione, vel diligentius polita vsus) sicuti in ophthalmicis, chirurgumenis,
Philatio, theorematicis legisti: placuit & quòd Gynæcia in Latinum ver-
teremus sermonem, iamq; maximam partem Triacontadis integro teno-
re ad verbum transtulerim. Sed cùm vidiffem grande corpus futurum, et
quòd muliebres animos citò præ magnitudine lassare posset, placuit Me-
thodicorum breuitatem sequi, vt omnia dicerem, neque tamen græde cor-
pus efficerem, sed omnia breuissimè cõplecterer, idq; simplicibus & mu-
liebribus aliquando verbis, vt mulieres lectionis imperitæ, uel ab alijs si-
bi lecta facile consequantur.

Theodori Prisciani Archiatri ad Saluianam præ-
fatio, in lib. tertium, qui inscribi-
tur Gynæcia.

INtellexisse te non minus nobis arbitror, Saluiana, artis mee dulce mi-
nisterium, omnem mei operis efficaciam, in quo immemor non sum
præfationis mee, quòd duobus libris pares causas proposui, phænomenon
euporiston officium, logico disputationem: sed non abest ab utroq; Gynæ-
ciorum visitatio. Et quia hac ratio medèdi indiget diligentia, solitaneum
libellum conficiam de mulierum cura, in qua & remotum à publico spe-
ctaculo elongauit. & ego quidem te scientia iuuabo: tu verò, cui commu-
nis competit sexus, & secretum facillè inuenit, tuam scientiam
cum fiducia exerce, sedulo Gynæcio præposita, meo
tractatu, tua diligentia.

HARMONIAE GYNAECIORVM

PARS PRIOR.

DE MATRICE, S I A

ue vtero

CAPVT I.

1 *Matrix quot nominibus uocatur?*



RIBVS. Primò dicta est matrix, ab eo quòd mulieres partu suo matres efficiantur. Deinde Græcis *μήτρα* appellata est, hoc est nouissima: aut, quòd nouissima omnibus intestinis iacet: aut, quòd annis * quatuordecim vacua sit apud virgines, & nouissimè post mutationem ætatis, effectus suos per partus mulierib. representet. Demum verò & *δελφίς* dicta est, quòd fratres efficiat omnes qui ex vna nascuntur.

* In Græco, *μήτρα*, id est, *undecim*.

2 *Vbi uerò iacet uulua?*

Inter duas coxas, inter vesicâ & longæonem. Subiacet verò vesicæ, & longæoni (incumbit)

3 *Quid est naturale matrici? (1. quæ eius substantia)*

Magis neruosa est, constat arterijs, venis, pulpis & neruis.

4 *Quot tunicis constat matrix?*


Duabus. Vna, foris lenior & alba, intus aspera: (altera) durior & neruosa, rubra, mollis & pulposa.

5 *Vbi iacet orificium matricis?*

In medio sinu mulieris, qui ipse sinus membranis & neruis constans, maiori intestino similis est. Intùs autè est spatiosissimus, foris verò coniunctus, in quo coitus virorum & vsus Veneris efficitur, quem sinum vulgus cunnum appellat.

6 *Quali compositione figurata est matrix?*

Principaliter sicut cucurbita medicinalis: cuius singulæ partes, vt cognoscatur, & facillimè intelligi possint, in singulis partibus eius, singulæ literę scriptæ & appositæ sunt. Vbi



igitur est A, positum, orificium dicitur, quod est ante partum pulposum & molle: post partum verò callosum, & spatiosum: vbi ergo est B, collum dicitur: vbi est C, ceruix dicitur. Omnis autem horum concursus choriū dicitur: vbi verò in ro-

runditate dilatari incipiunt, & est ibi D, humeri dicuntur: vbi autem E, latera dicuntur: vbi verò rotunditas cōcluditur, & ibi est F, fundus omnino nominatur. Intus verò, vbi est G, basis grandis dicitur, omnisque inanitas illa, quæ est in medio ventris, sinus appellatur.

* Fortè
Quod.

7 * Quid est muliebre signum?

Cuius foris labia Græcè *πίνακες*, Latinè pinnacula dicta sunt, & à superiori parte descendunt in medium, arcent verò auram.

8 Quantum igitur pinnaculum refedit, & retro est orificium matricis?

Non omnibus quidem equaliter, sed secundum differentiã ætatis & nature, quinq; vel sex digitis.

9 Quale ergo est orificium matricis?

Apud virgines, quæ nondum deuirginatæ sunt, pulposum & mōlle: mulieribus autem, quæ iam pepererunt, spatiosum & callosissimum est.

10 Testiculi mulierum ubi sunt positi?

Prope ceruicem matricis, ex vtraque parte.

11 Positione verò quales sunt?

Rotundi & minores & molliores, quàm masculi.

12 Meatus, quibus mulieres semē excludunt, ubi sunt?

Iuxta matricis latera positi.

A 13 Quæ sunt orificia matricis?

Orificia matricis per testiculos exeuntia ad vesicæ collum iunguntur.

DE VIRGINIBVS.

CAP. II.

1 Quandiu puellæ virgines esse debent? ex lib. Matricis, & Moschione.

Tanto quidē tempore, donec, purgatione superueniente, cū viro coire possit, natura & matrix officia adimplere & repræsentare videantur.

Saluberrima autē est perpetua virginitas. * Scientes enim masculū, ex frequēti coitu mala solent accipere, & sic mulieres vexantur.

2 Ad uiolatam, ut non cognoscatur. Priscian.

Alumen scissum, gallā & omphacinum cū vino amineo terere, & fac periclysmata. Item.

Cum succo pastinacæ, & fac ad magnitudinem orobi, & apponatur per vnā horam antequam coeat.

3 Virginum probatio. ex lib. Matricis.

Laparium tritum carbonibus impone, & suffumiga: si se comminixerit, virgo est. Item.

Rumicis flores carbonibus im-

* In Græco, εὐδότης.

litum, galos, αγροστίνης

Orby wyke

... ..

Koby li ...

* Cl
par
cōc
cess
ped

* C
luxu
freq
ner
bria
* In
dura
* wa
* C

imponere, & suffumiga: si virgo est, non palleſcet.

DE STERILITATE.

C A P. III.

Ex Moschione, & Cleop. priore.

Sterilitas, matricis commune vitium, viris & mulieribus, & de pluribus causis venire solet. Nam aut in totum mulieres non accipiunt, aut cum ceperint, non retinent, aut non nutriunt, nec ad legitimum tempus perferre possunt, sed antequam integer sit infans, perit. Hæc ergo sterilitas efficitur, cum aut masculus, aut femina aliquam valetudinem corporis habent, aut * partium illarum conceptui necessariorum.

Per virum ergo conceptus impeditur, cum omne corpus habet intus causam, præcedente scilicet aliqua valetudine chronica, & inde eius semen tenue est, & aquatum, & aut valde frigidum, aut iusto calidius, aut corruptum, aut * luxuria sua, frequenti usu venereo enervatus sit, & sine viribus. Partibus autem vir impeditur solet, quoties * hypospadias vel parathocus est, hoc est, in latere membranam habet, qua semine emittat.

Apud mulieres etiam similia vitia sterilitatis inveniuntur: aut enim ipsæ in causa corpus habent siccum, ut sint tenues, & macilentæ & phthisicæ, vel

Ab eorum multum pingues, & grossæ, vel iracundæ & furiosæ. Partibus autem mulieres impediuntur, quoties non purgantur, aut orificium matricis obductum habent, aut contortum, aut membrana, aut aliqua re aliena clausum, aut certe callositatem, aut duritiem, aut vulnus habent, aut in communicatione viri semine non emittunt, & inde steriles sunt, & eunuchæ.

Curatur autem singulæ res prædictæ, competenti sibi diligentia: ita ut vir fatigatus, & exercitijs, & unctioibus, & varijs cibis resumatur. Si verò aliqua valetudo chronica impediatur, antequam curetur, & sic resumatur.

B Hypospadias autem, sicut in Chirurgumenis habes, curandus est. Similiter & mulier resumenda & curanda. Si verò aliqua re aliena orificium matricis clausum fuerit, tollendum est, & si membrana clausum est, aperiendum. Si verò vulnus intus habet, pro differentia eius curandum. Callus verò & durities malaxanda est. Præter enim has causas, nulla alia inveniri potest, quæ sterilitatem faciat, & conceptum deneget.

Ad eam, quæ prius fecunda fuit, & sterilis facta est. Priscianus.

Folia mali granati sicca & tere, & cum melle fac pessum quatuor digitorum, & post purgationem impone tribus diebus, ut non tollatur, & post tertium

Curatio.

Hypospadias
à spado.

flectuch

* Cleop. aut partes ille conceptui necessariorum impediuntur.

* Cleop. aut luxuria sua frequentius venierit, cum inebriatus sit.

* In Græc. ὀρθοσπιδίου, ἢ παραθόκου, ἢ ὀρθοσπιδίου.

Rodrychi

diem tollatur. & vuam passam cum granulis suis, & fac pessarium, vt suprà dictū est, & quando coagulata stillauerint, cognoscat virum.

2 Vt sterilis mulier concipiat. Cleop. libro 1. & 2.

Si menstrua non desint, coagulum leporis in vino viri eius bibat, & statim ea vratur. Mulier verò abstineat se ab aceto, & acrimonijs, & rebus falsis, nec lauatur diebus septem.

Item aliud.

Rutæ viridis succum in lana collige, & post coitum viri statim sibi subijciat, tamē non aqua sublaueretur.

Ad idem.

Bxlica

Herbam arthemisiā tritam cū myrrha in lana collige, post mixtū sibi subijciat, ita vt nec sublaueretur, & concipiet.

DE CONCEPTIONE.

CAP. IIII.

Ex Theodoro Prisciano.

ALiquæ mulieres, quæ voto posteritatis longo tempore desideratæ afficiuntur, medicas accersuere, quas effectus elaboratæ cōceptionis peritas, ac felices exhibuit. Nostræ itaq; Saluiana, professiōis cōmunis hoc magis est tibi necessarium ministerium, quæ ex tuis officijs sedulis, in his maius experimentum habes, quantum aut gratiæ, aut gloriæ ac-

A crescat aut medicæ promittenti, aut susceptæ cōcipienti. Vnde licet inscia non sis huius curæ conceptionem procurantis: attamen disposita tibi, consideratis omnibus, ordinavi. Circa eam, quæ curanda erit, prius inquirendum est, necubi orificium matricis aut inclinatum sit, aut conclusum: vnde aut modicis purgationibus aperientibus expeditur: aut eo tempore purgationis, interiorū dolore nimio, conquassetur. Quod si forte ita res habet, phlebotomanda erit de talo quàm maximè, quod ad inferiora vicinior materia puocetur. Sic deinde ad ordinationem curæ aduertendum nobis erit, quæ conclusum prius moderatè orificiū patefaciat: vt purgatione solenni inoffense disposita, & desiccari & calefieri matrix possit: his enim rebus ita dispositis, cōceptionis vota facilius subsequuntur. Si, phlebotomo adhibito, nec dum tempus sua secreta cognouerit, tunc oleo dulci, vel anethino, vel rutato inguina fouēda erūt & præerea lana in eodē oleo calido infusa cōtegatur: tunc cataplasmatibus chalcasticis calefaciēda: ex quorū aqua decocta frequenter vapores adhibemus. Nā & fumigia, vaporatis partibus, supponi cōuenit, ex suprà dictis herbis, lapide gagate adiuncto. Si his omnibus rectè adhibitis, naturalis circa purgationem

Chalass 62

tionem ordo permanferit, matricis orificium mediocriter relaxato. Nam adiutorijs conceptiones procuratib. imminendum est, & continuò, cū se purgatio inoffensè peregerit, ex diachylton pessos, vel liuiano cū nardino, vel roseo oleo resolutos, ordinabo. prius encolpismo uti cōueniet, & post matricis delauationē, ex eodē medicamento spissiore, pessariū adhibere. Hæc continuis diebus xxx. adhibēda sunt, vsq; in diē vterum alterius purgationis, quibus transactis, liuiano nitrum cōuenit cōmisceri, quod adhibēdum est post encolpismum, ex subiectis speciebus disponendum, cardamū, dictamnium, arthemisia, ireos, rutæ semen: omnia runfa & cribellata, oleo dulci & puriori miscenda sunt, ut ex his ante pessariū, fomentum adhiberi possit. Cōmodiùs interea fiat, si huic fomento recentes porcinos adipēs, aut anserinos admisceamus: post quod continuò pessario tali uti expedit.

Ficus pingues in aqua decoctas & tritas melle miscemus, & hoc pessarium supponamus: desuper verò liuianū superimponi conuenit. Deinde interiectis nitri glebam accipimus, & in modum balani collyrium factum molli lana contegimus, quod superillinitum liuiano iniiciemus: nullo enim reme-

A dio meliori innoxio aut corrigi matrix poterit, aut purgari, quàm huius nitri suppositio. Postquā verò hæc adhibita fuerint, quæ sufficere arbitror ad omnia corrigenda, quæ impedi-
mento conceptui esse possint, iam uti conueniet his duobus sequentibus pessarijs aromaticis cōceptionem maturantibus. Fit autem prius hoc modo.

Cera alba, adeps gallinaceus, terebinthina & nardinum oleum, his omnibus ex æquo solutis, coagulum leporis admiscemus, & hoc post encolpismum supponimus. Aliud verò omnibus experimentatum vsibus, sequens hoc est.

B Calsia, folium, spica indica, amomum, in vncijs singulis, omnia cribellata cum staphyli-

Iam nūc & superiorum pessarium conuenit subiungere compositionem.

Pessarium diachylton contra omnes conclusiones utilissimum, & probatum.

Lini semen, althæa, foenum græcū, omnia æquis pōderib. in vas nouum immittimus, ubi oleum dulce & aquam equa mensura adijcimus, ut semina pertegantur, quæ cū mol-

Diachytun wix
stokkie

rd: rzerucha
skie zarnika
Kosauic

Volz

Casia lawenda

Staph: pastarnak
Diki

Alt: slaz

fen' grdi Bora troaska

li vapore coqui & bullire cœperint, vndatio vel spuma, quæ supernatauerit, colligitur, cui anserinos adipēs, vel gallinaceos & cetera iūgimus, vt pessario moderamentū faciamus. Sic nos diachylōn pessarium conficimus. Quod solutius si fuerit temperatum, vnguentū magnū chalasticum, vel paragoricum faciet.

Liuianum verò sic faciemus:

Cera punica vnc. iiij. mastiche Chia vnc. ij. styrax vnc. j. adeps anserinus vn. iij. butyrū vn. iij. medulla ceruina vnc. iiij. nardī nū oleū vnc. iiij. hęc oīa secundum consuetudinem tunsa, soluta miscebimus, vt pessarium fiat. Hęc est ordinatio curæ omnibus mulieribus concipere cupientibus adhibenda, quam breuiter contexuimus. Sunt etiam alia plurima ab alijs varijs coniecturis composita, quæ causticis adhibita, forsītā possint purgationē sanguinis extorquere. At ego blādīs magis, quā causticis conceptionis causa procurādas purgationes suadere volui. Commodiūs est enim sic impendere officiū medicinæ, vt cū suscepta causa curari cœperit, alia non curetur.

Sunt & alia duo genera pessariorū, quibus magister meus & purgationem inoffensē procurare se frequētius testaretur, & conceptionis officia perfecisse, quæ sic conficiebat:

A Opobalsami vn. j. peucedani vnc. j. s. aristolochiæ vnc. j. myrrhæ & croci ana vncia s. medullæ ceruine, adipis anserini ana vnc. j. s. Seorsim quæ tundenda sunt cribellantur, & solutis ex more miscentur, vt pessarium fiat. Hoc, primo pessario exempto, mox tēpore secretorum post balnea supponēdum est, quod duabus horis cōtinēdum erit. Pōst verò, detracto pessario, hac sequenti confectioe suā *φύσιω* vir illinire debet, & continuò mulieri miscēdus est. Linimentum hoc sequens est.

B Opobalsamū vnc. j. opoponacis vnc. j. thus masculū vnc. ij. cinamomum vnc. j. s. myrrha vnc. j. costum vnc. s. crocum drag. vj. calsia drag. j. Hęc similiter contrita oleo irino cōmiscentur, vt paulo pinguius fiat. Cū verò vtendi tempus aduenerit, post purgatiōes, balnea, & pessarij prioris vsum, vtētis necessariē linimento.

Quæ sunt apte ad concipiendum? ex lib. Mat. & Moschione.

Hæ aptæ esse possunt, quæ ordinabiliter die suo purgantur, limpido scilicet, & moderato sanguine, & quæ orificium matricis rectum & proximius habent, corpusq; omne neq; nimis durum, neq; valde digestū, cum integritate animi & hilaritate.

Quod

*Resina biaty
Zest: masti, kowa, z. vicia
Chia lekariska z. emia
Styrax hurovy oleich*

*Opob: balsamoy
P. med: wiepzyzn
Arist: Korkbrnac*

Opop: opoponacy

*Cost: kost, cytra
myrtha*

Crabbe

fo

2 Quod est aptissimum tempus mulieri coitus ad concipiendum? ex Moschione, & lib. Mat.

In declinatione purgationis, subiacete desiderio coitus, ita ut neq; abundantia cibi plenum habeat corpus, neq; parcitate inane, & post purgationem corporis commisceantur ambo simul: saluberrimus est enim conceptus tunc.

3 Quid est conceptus? Mosch. Ingenti corporis labore & tormento perfertur: successioni autem plus quam necessarius, unde & retentio perseverat: animal verò aliud, cum naturali ratione & necessitate, efficitur.

4 Quæ sunt signa conceptus? Mosch.

Quoties in fine coitus horror quidam mulieri occurrit, ipsamq; orificium vulvæ conduci & concludi sentitur, nullumq; reliquum seminis sinum mulieris humectat, & valde modicum remanet.

5 Ut intelligas si mulier concipere possit, ex lib. Mat.

De galbano sibi collyrium suppone, & si vertex capitis eius estuauerit, potest.

Vtrum etiã mulier fecunda sit, nec ne, lege apud Moschionem in exemplari Græco caput. 161.

6 Ut cognoscas si sua an uiri culpa sit, si non concipiat. Priscianus.

forte magna.

Vasa fictilia duo * in agri via, intus hordeo posito, ibi facies

A eos urinare, & pones in loco frigido per dies septem, & cuius hordeum non germinaverit, eius culpa est.

7 Vt cognoscas an conceptus factus? Priscia.

Si collum * calidum, & dorsum frigidum habuerit, concepit: si verò æquale corpus, non.

8 Vt cognoscas utrum masculum an foemina prægnans in utero habeat. Priscianus.

Apium cum radice sua capiti eius appone, ipsa ignorante, & si prius masculum nominaverit dum loquitur, masculum: si foeminam, foeminam pariet.

Item fac eam stare iunctis pedibus. & si pedem dextrum primitus mouerit ad ambulandum, masculum: si sinistram, foeminam habet. Vide caput Græcum Moschionis 162.

9 Vt foeminam concipiat, ex Prisciano.

Vulvum leporis siccam tere, & ambo bibant, & coeant.

10 Pessarium ad curam conceptionis & menstruorum, & si matrix ex partu concussa fuerit. Ex lib. Matricis.

℞. butyri obol. vj. hysopi obol. iij. myrrhæ obol. ij. medullæ ceruinæ obol. adipis gallinæ obol. iij. terebinthinæ obo. iij. ceræ punice obol. vj. aloës hepatici obol. iij. castiæ fistulæ obol. j. olei rosati obo. ij. melis quantum sufficit, coque in vase fictili nouo, & utere. Hoc

b

vsa est Fabiana Priscilla cū omnes Archiatri in ea defecissent.

11 Pessarium aliud ad concipiendum, ex Priscia.

Piculam & ceram ana, cum oleo solue & vttere.

12 Pessarium ad conceptionem mirificum & experimentatum. ex Moschione.

Rz. spicæ nardi, costi, folij, myrrhæ ana drag. ij. amomi drag. iiij. medullæ ceruinæ, adipis anserini ana drag. viij. ceræ puniceæ drag. iiij. olei nardini obol. j. olei rosati drag. iiij. commisce & vttere, sed istud non fit, nisi nimia fuerit infrigidatio.

13 Pessarium conceptorium ad tumorem, & callositatem & duritiem matricis. Cleop. priore.

Rz. cerussæ, medullæ ceruinæ, cere puniceæ, butyri, olei glaucini, & nardini ob. j. resinæ mastichinæ, terebinthinæ, thuris masculi, & spumæ argenti æquis ponderibus, vt supra misce, primò siccæ tamen sint. contrulæ, probatissimum est.

14 Pessarium conceptorium aliud eiusdem, & Mosch.

Rz. styracis calamitæ, mastiches, *ladani, folij, sarcocoliæ, calsiæ, spicæ, croci, coaguli leporis, dactylorum, adipis taurini, ana drag. iiij.

15 Vt mulier concipiat quæ diu fluxu menstruorū laborauerit. ex Cleop. priore, & Mosch.

Myrtum viridem & succū eius lana inuolue, & post coitū

A statim iniice, sed aqua se nō abluat, & concipiet. Item. Herbe arthemisiæ succum cū myrto trita, cōmisce & in lana collige, deinde statim post coitū subige, & concipiet: sed vide ne se abluat, quia tunc omnia quæ demonstrantur, maximè ad perfectum veniunt, si in mēstruorum tempore pessarizatū fuerint.

16 Pessarium valde utile ad conceptum, ex Cleop. priore, & Moschione.

Rz. fel taurinum, oleo lanam inuolues, & appones pridie ad orificium matricis post menstrua: quod nocte tollat, & cum viro coeat, & statim concipiet.

B 17 Item pessarium aliud ad idem. ex lib. Mat. & Mosch.

Rz. opobalsami, peucedani, aristolochiæ ana dragmā j. (Cleopat. drag. ij.) adipis anserini drag. iiij. myrrhæ, coccognidij, medullæ ceruinæ, ana drag. ij. opopanacis dra. j. & oleū rosatum, terendo cōmisce, & suppone, & per duas horas contineat, & postea aufer, & statim cum viro concubar, & citò concipiet.

18 Conceptorium aliud, ex eisdē.

Rz. fel *caprinū, & cyminū, aliàs taurinum. cōfice cum oleo fycionio, & oleo rosato.

19 Aliud corundem.

Centaureæ ramusculos contere in oleo rosato, & suppone.

20 Pessarium Anathonis Philosphū

Amon' Ormuri

Ceruss' bichido
Glauc' Macraziel

Libani, ha-
bet Mosch.

Cent. Centrus 21

riatur, ita vt nec sol nec luna eā videat. Quòd si voluerit aliquādo vt concipiat, aperiat ipsam pyxidem, & eiectum carbonē soli vel lunę ostendat, & statim concipiet. Aliud. Quatuor fasciculos ad fœminam, quæ concipere non vult, de falice, mitte in aquam coquere ad tertiā partem, & da ei bibere per dies quinq; calicem plenum, & vltra filios non concipiet.

Vt mulier non concipiat. Prisc.

salatru

Nitrum in modum ciceris, & in sinū matricis post concubitum mittas.

26 *Ad eas quæ dolorem matricis patiuntur, quando cum uiro dormiunt. Priscianus. Cleop. 2.*

Si hæc passio perseverauerit, cholericæ fient. Vultus autem earum altas habent veñas & libidinosas, natura tumescit plus intus quàm foris, palpebræ oculorum patent, quando concumbunt. Per somnum facies ignea post pallida. Cura bis autē sic. Lac mulieris quæ masculum lactat & roseū mitte, & calefac, & pone pessariū in ore matricis.

Item galbanum cum roseo simul tere.

Item.

Oui asii vitellum cum myrtæ modico & roseo, in pessario appone.

A DE CISSA PRÆGNANTIVM. CAP. V.

1 *Quid est cissa? Moschion.*

Appetitio inconueti cibi, tempore quodā mulieribus occurrens, cum inæqualitate temporis, & abundantia humoris & nausea.

2 *Vnde dicta est cissa? Ibid.*

Apud quosdam quod tædiū graue mulieribus afferat: apud alios verò, à cisso. j. hedera, quæ quicquid tenuerit, multū fortiter amplectitur, & varietatem * sinus habebit.

3 *Quoto mense cissa prægnantibus occurrit? Ibid.*

B Frequentiùs secundo mense incipit: cuidam citius, cuidam tardius occurrit.

4 *Quandiu cissa perseverat? Ibid.*

Alijs vsq; ad ipsum partum. Omnibus ergo in vtero habentibus occurrit cissa, his qui abundant humoribus.

5 *Quæ eis adhibere debemus? Idem.*

Si fieri potest, interponenda est vnus diei abstinentia: si nō potest, interim vel parcitas cibi sit cum perunctione plurimorum dierum, ita vt prius aquam bibant, postea vinum, sic cosq; constrictionis accipiant cibos, cum epithematib. stalticis, gestari iubeantur, & si fieri potest, voce & lectiōe vtantur.

DE

* *fitus forte.*

DE ABORTU.
CAPVT VI.

1 *Quæ sunt signa futuri abortus.
ex lib. Mat. & Mosch.*

EO quòd ante legitimum tempus pariēdi, subito & sine ratione māmillæ maiores fiūt, frigiditas & grauedo in renibus: humor varius effunditur, & in sine thrombus videbitur. Oportet verò has rebus aborsorijs vti. Nam alię nolunt reb. aborsorijs vti. Illæ aut hoc cupiunt, quę infames & adulteræ fuerint propter lucra. Sed si condylomata, vel alia alia qua impedimenta in orificio matricis habuerit mulier, & si concepit, melius est aborsorijs exterminare quod conceptum est, quoniam cum dies pariendi venerit, periculum mortis mater infansq; subibunt.

2 *De abortu Theodori Prisciani
Gynæciorum.*

Abortium dare nulli fas est: vt enim Hippocrates attestatur, tam duri reatus conscientia, medicorum innocēs officium non decet maculari. Sed quando matricis vitio, aut etatis propriæ frequenter partus euenire fœminæ periclitentur, expedit prægnantibus in vitæ discrimine constitutis, vnus partus sæpe iactura, salutem mercari certissimam: sicut arboribus arefcentium ramorū

A accōmodatur salutaris abscissio: & naues pressæ onere, cum graui tempestate iactantur, solū habēt ex damno remedium. Modum breuiter huic loco annectendum continuò designabo. Si ergo necessitatibus vrgentib. aut ætatis immaturæ, aut vitiorū superiùs cōprehensorū, fœtus molliter subtrahendus erit, sic consentio faciendum, vt cataplasmatib. chalastricis arthemisiæ succū aut tunfæ pulueres misceamus: dictamni quoq; similiter. Sic aristolochiæ, sic rutæ seminis. Sic & fomentis ex supradictarum specierū decoctiōe factis vt cōueniet: & quę scripta sunt in cura conceptionis, ad sanguinem innoxie prouocandū. His verò sequentibus remedijs, duris forsan corporibus minus obfuerit vti, quę vi sanguinem extorquent, simul etiam venientes fœtus pertraxere. Succū rutę viridis potui dedere ad neophyta excludenda. Hanc eandem rutam viridem, cum nucibus rancidis, & cum melle dedere, asseuerantes pro pessario supponendā. Interea etiā myrrham, & arthemisiam, & violæ semen ex æquo cum succo menthæ potui similiter post balneas dari debere asseuerāt. Et lupinorū puluerem, & violæ semen ex æquo cum semine menthæ tentauere. Et trochiscos cum decoctione dictamni

aut arthemisia dederint. Alij panacis radicem, myrrhā, aloē, equalia cum succo menthae dedere. Alij collyrium suppositoriū facientes: sic se hęc innoxie extorsisse testati sunt: myrrhē, absynthij, ireos radices, panacis singulas vncias, & gummi vncias duas, in succo fenogræci omnia infusa cōmiscentes, collyria, vel balanos fecere, & post balnea supposuerūt. Nam dictamnum cum vino tritum post balnea potui dabant: & cōtinuō penē iā maturas animas excludebant. Nam & ouilum fel, & mali granati succū dedere eque violentum. Sic fel taurinum cum nitro combusto, puluere* hysopi, ceroto mi

* *œsopi.*

scuere, & pro pessario supposuere. Item hysopum, cerotū, nitrum, cyminum singulas vncias, cum lacte mulieris, pessarium imponendum tentauere. Nam & nostro pessō vtebatur, solas pingues ficus rufas, balanum vel collyria supponentes. Quibus nos etiā nitri specie admiscuimus: sed innoxie ex hoc purgatio procuratur. Aliud, inquit, exclusoriū violentum. Myrrha, helleborum, fel taurinū, ex hoc pessum supposuerūt. Itē aliud. Myrrhæ vnc. j. ficuum pinguium tritarum lib. j. galbani vnc. j. aphronitri vnc. iij. omnia trita commiscabant, cū vsus exegisset cum melle pessos temperabāt. His

Helleb. clematiza

Aphron: Saletra

itaque & sternutamenta adhibuerūt, ex helleboro, struthio, castoreo, tum membrīs omnibus exagitatis, fœtus facile extorqueri potuisse. Coacti etiā aliorum scripta exegimus, illicita quidem, nec aded sub illis necessitatibus salutaria, si vel importunis mensibus ingerantur. Frequēter ita rebus gestis, vi & vapore adhibitarum specierum, hæmorrhagiæ prouenerunt, per quas exulcerationes, penē incurabiles cursus lefas fœminas occupauerūt. Ad hæc, quibus valemus tandem adiutorijs salubrib. obuiamus.

3 *Ad abortum proficiendum, & mēstrua prouocanda pessarium, quod & mortuū pecus potest foras detrahere. ex Cleopatra lib. priore, & posteriore.*

Lactiridis scrup. j. & s. cum succo porri virginis conteres, & facies pessarium duorum digitorū, & subijcies, pecus citō educit.

Item.

Citri folia coques in aqua, bene inde fomenta vuluam intus, & partū educet, & si mortuus sit.

Aliud.

Helleborum nigrum, pyrethrum, & opopanax simul misce, & suppone: & statim abortum faciet.

Aliud.

Asphaltum, laser, fel taurinū, piperis grana 150. & * rutā æquis ponderibus, da in potione, & statim abortū faciet. Itē.

Castorei prunis impositi fumus,

*Struthion
Castoreo
we stroi*

Opia

Lorv. tuca

Bitt

d. Sarda

*Lyret: 296
Karakoy*

*Asphalt: kon
rite succum
forte.*

esci

mus, naribus applicatus, attrahatur. *Item.*

Vicia Cyminum tritum cum aqua mulla, da vt bibat. *Item aliud.*

Poley Pulegium sine fumo, aut recens tritum cum vino, da bibere. *Item.*

Distamni drag. iij. cū mulla, da bibere.

Opiu' halozv sek Et myrrhæ, opij, ana obol. j. & s. rutæ viridis fasciculum j. sed myrrhā ante opiū teres, & rutā similiter in vini sext. j. vsq; ad tertiā decoques, sed cū inceperit feruere, immittas myrrhā opium, & oleum, & simul decoques, & bibat ieiuna. *Item.*

Fici folia tenera coques in aqua, dein, cū bene coxeris, & odorem fecerit, ipsam misce bis aquā, & colabis, & cyathū vnum dabis ieiunis bibere.

4 De suffumigijs ad idem.

Suffumigia etiā necessaria, vt quæ omnes reliquias purgant. Hoc autem valde bonum est.

Bitumen. Sulphur viuum, * butyrum, resinam frixam, aristolochiam lōgam & sandaracham ana pari pondere, contere & fac pastillos, & exiccans, repone, & cū fuerit necesse, ponito cacabum, & carbones viuos, in * scario pusillo, aut in testa, & hoc medicamento supposito, & aprato ibi emboro, fac mulierem supsedere diuaricatam, & vestimentis totam bene circumtege, ibi suffumigetur, &

A purgabitur. *Item.*

Lapidem * gethē simili modo fac, hoc purgat mēstrua cesantibus. *Aliud.*

Capillos à tonsore deronsos collige, fac simili modo, sed vide * ne aliqui domestici ibi sint. Nam incipiet illi venter dolere, & mēstrua prouocabuntur.

Ad abortum faciendum, vide cap. 153. in Græco exēplari.

5 Abortus ne fiat & impediatur.

Ex lib. Mat.

Ex lassitudine matricis, abū dantia mēstruorum accidit, vt frequenter in mēse veniant: cum fastidio viri, & ita vt semē viri recipiāt sepe, nec cōtineār, abortus occurrit, & ante legitimum tempus pecus reijciunt.

Aborsum autem secundo vel tertio mēse iam formatum, sed sine anima & gracile. Sicut in sanguinatiōe matricis & fluxu ordinauimus, agatur. Hęc enim passio ex fluxu nascitur.

6 Ad retinendum semen & partum. ex Cleopat. 1. & 2.

Si quę mulier conceptū ferre non potest, vel si ipsum semē viri foras reijciat: hęc videbuntur signa. Ex ipsa vulua humor maximus & grossus decurrit. Impeditur enim ab humoribus, & propterea non potest semen continere, sed effundit illud, & hac de causa plurimī masculi accusantur, quasi idoneum semen eis non dederint,

b 4

gagaten forte,

Aliās, uide ne alicuius domestici capillus ibi sit.

Causa fuerit abortus etc.

cum hoc mulieris vitio maxime fiat, nam humor defluens auerit semen, & ideo confirmari non potest. Curatio autem talis esse debet.

*Lotium equinum & *virile commisce æquali mensura in vino, deinde lapides molares candentes in ea mitte, & mulier superfedeat, ita vt vestibus sit bene vndiquaq; circumtecta, ne vapor ille exeat, vt totum calorem intus recipiat, & cum pauxillū refrigerari cœpit, ita vt manus pati possit, inde seipsam vt fuerat tecta, foueat, ne v̄rum sentiat, & cum tepida esse cœperit, recipiat se calidè in lecto, & rebus maxime glutinosis cibetur. Item.*

A. equæ.

Lotiū *equinum collige, & calefacto vel ab igne, vel à lapidibus vt suprâ, seipsam foueat, dum bene tota calefiat, & expurgeretur. Hoc factò, collige lotium in cacabum æreum, & adijce vinum quantum volueris, & lapides cādētes impone, & superfedeat mulier, quæ vestibus bene circumclusa, foueatur, quandiu *vapor exierit.

** donec solutio sequatur.*

Ad abortum impediendum, lege ca. 155. in Moschionis exemplari Græco.

7 *Vt conceptum perferat. ex Cleop. 2.*

Hirci pellem combure, & tere, vt leuis puluis sit, & inde puluere corpus subliniat. *Item.*

Gallinæ pellem ventriculi

A interiorem cum steseore in lineteolo de licio liget, & secū portet, vt non aquam tangat, cum autem parit, tollat à se, ne non possit parere, & periclitetur.

DE MOLA MATRICIS. CAP. VII.

ex Moschio. Cleopat. 1. & lib. Mat.

Valetudo quæ mola appellatur, duritia matricis est, quæ ex præcedenti feruore fit, quæ in tantum ventrem extendit, vt mulieri in vtero habenti similis videatur, aliquando de vulnere in matrice posito, mala caro excrescit, & immisso digito obstetrix in orificio, vel in collo velut callū inueniet. Aliquādo omnis matrix malam valetudinem patitur, & videtur vt omnis duritia lapidea excrescat, & reliquum corpus cum malo colore & fastidio extenuetur. Nam inde dicta est mola à grauedine, & quæ tardè moueatur. Separamus autem molam habentes à grauida muliere. Siquidè in principio ambabus mēstrua non occurrunt, sed & mamas inflatas habēt, & fastidiū patiūtur, & grauedinem renum, & venter eis quotidie crescit: quòd illa quæ molam habet quotidie punctiones & dolores sentit, & accedente tempore mensum, motum infantis non habet, quem grauidæ mulieres à quarto mense sentire incipiūt.

Transa-

Lotium equinum & virile. A. viride. 7-11-1.

Lotium equinum & virile. A. equæ.

*Donc
le a Paris
vint*

*fort
fom*

Transactis verò x. mensibus, omne corpus earū macie consumitur, venterq; & interfemina in tantū excrescunt, vt hydrogicas se putent. Sed ab hydrogica separatur illa, quæ molam habet, per hoc, quod cū veter manu percussus fuerit, nullum sonitum reddat. Apud hydrogicas autē & veter percussus sonū dabit, & digitis impressus aliquantulum recedet. Hæc autem valetudinem pluri mi insanabilem dixerunt: alij mox incipientem, posse sanari. Nos verò curabile dicimus, & sicut chronicas egritudines, ita & molam curamus: vt præcedentibus paragoricis, cū fomento & cataplasmatibus, scarificatione, vaporationibus, & enchymatibus, & pessarijs malacticis, simplicibus, etiam malagmatibus, sicut est diachylōn vel Mnasea. Inde ad metasyncritica nos conuertamus. Primò analeptico cyclo resumentes, deinde metasyncritica subiūgimus, sicuti dropacē & epipalmata, frictionē validā, sinapismū & malagmata, hoc est, diaspermatō, polyarrhōn, & diadaphnidōn, & * caphisen fontis. Encathismatibus quoq; metasyncriticis bene vtetur, hoc est, aqua in qua decoctæ sint bacca lauri, fascis hyfopi, mentha, marrubium. Pessarium autem quod accipiat burtum, succum hyfopi, adipem

fortè aphyffis
fomentis.

A * anserinum, medullam ceruinā, & * cerebrum eius. Mel etiam & ficus rufas, minutissimè, & oleum vetus, aut cyprium, aut sampsuchinum. Deinde ad aquas calidas eas mittimus, & natate in mari iubemus, (&) ex ipsa aqua encathisma facimus. Perseuerante valetudine, etiā helleborū damus. Illa autem thymiamata, quæ antiqui * supponebant, confecta ex croco, styrace, myrrha & resina non apponimus. Arthemisiam etiam decoquebāt, & pulgiū, & oleum & eas ad vapores copulabant: Dabant etiam conditum, in quo decoctum erat cardamomum. hæc omnia reprobamus, siquidem plurimum sunt contraria, & nihil prodesse possunt.

Cleop. capri-
num xiiij.
p. i. capel-
le.

* Mosch. &
lib. Mat. ha-
bent uel.

* Lib. Mat.
apponet.
Græca con-
trarium sen-
sum habent.

DE GRAVIDIS.

CAP. VIII.

i Quomodo grauidæ, præsertim circa septimum mensem, agere debeant mulieres? Ex Moschione. & lib. Mat.

PRæ omnibus quæ conceperūt sint paciētes & quiete, ne nimia gestatione, peccus iam perfectum excutiat: siquidē & septimani nasci possunt. Neq; ergo exercitijs partes illas fricari, neque pectoralibus fascijs mammas constringere decet. Laxamento enim

indigent, vt lacte impleri possint, nec ab ipsa strictura indigentur.

2 Octauo mense quomodo se gerent? Ibid.

Cum omni sollicitudine & diligentia agant: in isto enim mense plurimum grauantur. Quare omnes nimietates gestationis intercēdimus, trāquillitatem indicimus, & cibos etiā parcius accipiant, ventremq; ipsum, si cum pondere pender, fascijs diligenter constrictum suspendant. Ceroto etiam ex oleo viridi vel myrtino cutim ventris linire vt solidetur cōuenit, ne cū parere cōperint, tēfione & conatibus rumpatur.

3 Cum octauus mensis transierit, quid faciendum nono? Ibid.

Inferiores partes latiūs obuoluere, superiores verò perstringere, vt proximè ante partum inferiora loca dilatentur, & pecus ad inferiora deponatur, vt infantis exitus celerius possit haberi. Locus etiam ipse cum laxamento preparare cōuenit, encathismatib. & lauacro vti & pessarijs, quæ ex adipibus anserinis, & medulla ceruina constant: Digito etiam peruncto orificio matricis admoueat, vt possit leniter & sine quassatione aperiri. Grauidæ mulieres omnes vti non debent viris, si fieri potest, vt non agitentur, ne matrix ipsius agitationis ysum non sustinens,

*ruiter res
Gonorrhoea
Scheuch*

A abortiat. Maximè in nouissimis diebus debent ab hoc vsu omnino abstinere, ne sicut diximus, motus eius hac importunitate rumpat chorium, & humor effundatur, qui propter lapsum infantis à natura proufus est.

DE OBSTETRICE.

CAP. IX.

1 In quot vel quas partes diuidere oportet uniuersam muliebrem traditionem? ex Moschione.

IN duas: Vnam quæ de obstetrice tractat: Alterā quæ de omnib. obstetrici occurrentibus cōstat. Hanc ipsam iterum diuidimus in causas secundū naturam occurrētes & præter naturā. Obstetricalis verò ratio, hoc à muliebri differt, q. pars ab uniuerso. Obstetricalis enim pars est, muliebris verò totum.

2 Quæ est aptissima, quæ obstetrix fieri possit?

Principaliter quæ literas nouit, & habet ingenium, præsentem memoriā, & est studiosa, mūda uniuerso etiam corpore, integra, fortis & laboriosa.

3 Quæ est obstetrix?

Muliebrium causarū docta, & medicinali exercitatione perita,

4 Quæ est melior * medicina? * obstetrix.
Quæ exercitata est medicinalibus

nalibus actionibus, cum prouidētia, iustissima & cōmunis, & quod vrget prouidens, horum diligentia habere, coniungereque pro re & adunare possit, & per partes diuidere, & accidentia mitigare propter insequutionem causæ. Non iracunda, nec turbulenta, compatiens, sobria, pudica, arguta, quieta, prudens, nec auara.

5 *Quid est obstetricalis sella?*

Sicuti est sella tonsoria, in qua sedetur, ita vt habeat sub sexu similitudine lunæ foramē præcisum, vt illuc infans cadere possit.

6 *Quæ preparanda sunt, quæ propter partum sunt necessaria?*

Scilicet ex oleo calido vaporationes, spongia mollis, lana munda, falcia, ceruicalia, & re sumptiui odores, & si fuerit obstetricalis sella vt cathedra, lecti duo, & locus aptissimus partui necessarius.

7 *Ministræ cum obstetrice quot sunt necessaria?*

Tres. Ex quibus duæ dextra leuaq; ad latera stare debēt, inter quas incubere possit. Tertia verò dorsum eius teneat, vt occurrentibus doloribus non se in latus declinet, hortando eā vt fortiter sustineat.

A D E P A R T V.

C A P . X.

1 *Quibus mensibus rectè & uirtales nascūtur? Ex lib. Mat. & Mosch.*

Nono & decimo maxime secundum ordinē, & septimo etiam, vnde difficulter aliqua euadere solet, quæ viij. mense pariat.

2 *Quæ sunt signa proximi partus? ex lib. Mat. & Mosch.*

Si septimo, vel nono, vel etiā decimo mēse grauedo vteri, & ex renum cōsensu feruor & dolor in clunibus, lumbis, & inguinibus erit, ipsius etiam matricis ad inferiores partes de-

Bscensus, cum orificij apertione & humectatione. Cū verò iam proximat, superiores partes graciliores fiunt, & extenduntur loca super pectinem & inguina, & frequentis vrinæ desiderium nascitur. Immissoq; digito ad magnitudinem oui in orificio inuenitur: humor verò qui effertur primò lentus, postmodum plurimus, & sanguineus.

3 *Quomodo separatur dolor qui de feruore uenit ab eo qui de præsentis partu occurrit, ex Moschione.*

Eo quòd de feruore dolor cum clausura & siccitate in orificio inuenitur.

4 *Anteq̄ ad sellam paturientes colloceus, quid facere oportet, ex Mosch.*

Oēs dolores illas omnib. ea

lesactionib. vaporare, oleo calido, & succidis lanis loca ipsa irigare, eas deambulare, & lauare & cibos accipere antiqui iubebant. Nos verò non permitimus hoc fieri, quia ambulatio ipsa infantem propè foris positum, reprimat, & matricè quassat: lauacrum verò vires minuit, & digestionem corporis mulieris infrigidat. Quibus autè cibus in frigore datur, corrumpitur, & non nutrit eas.

5 *Quomodo oportet parturientem collocare?*

Iactantes eam supinam in lecto, qui duris est stratus, conduplicatis illi pedibus, & apertis. Cumq; ad magnitudinem oui in orificio matricis (chorium) inuenerimus, ad sellam eam leuamus. Nam si ita fuerit lassa, vt in lecto parere debeat, ibi pariat. Si verò sella obstetricalis non est intus fortis, in mulieris femoribus sedere debet, vt illic pariat.

6 *Obstetrix autem quomodo, aut ubi sedere debet?*

Viriliter cincta sit, & si in lecto partus efficiatur, habeat modicè inferiùs obstetrix sedile, in quo sedeat, vt ita facillimè manus mittere possit. Si verò sedès in sella paritura est, & inferiùs obstetrix humiliori sella, vt possit ex superiorib. partibus infantes adducere, & aliquatulum apertis pedibus suis, plus tamen humiliori loco,

A vt eam non impediant, faciem suam auersam auertat, ne pariens præ verecundia se concludat. Ante omnia tamen ligamentis omnibus, & capillis solutis, quod propter laxamentum solet fieri. Digito autem sinistro oleo calido peruncto, orificiù matricis circumagendo aperiat, vt chorium illuc cadere possit. Omnis circa parturientem satagere debet, & petere eà vt non clamet, sed omnem spiritum ad inferiores partes exponat, maximè cum dolor occurrat. * Alias quæ retrò eam continent, iube vt cum linteo manus eius foris excludant. Si verò folliculus diu non fuerit ruptus, vnguibus eum rumpere & immisis paulatim digitis, plus adaperire. Obseruandum est ne infans subitò simul cadat, ne quassatio capiti & ceruici infantis adducatur. Naturaliter verò orificium aperitur aliquando, mergentibus humoribus per ipsum. Tunc apprehendere debet obstetrix, & in diuersum adducere huc atque illuc. Illo tēpore, quando se matrix aperit, conari oportet, & quando se concludit, nō conetur, ne feruore aut sanguinis fluxu, ipsius matricis adductio emergat. A lateribus verò ministræ sine quassatione, manibus apertis, deorsum deducant. Cū verò exire fœtus cœperit, manibus pannum habentibus eum susci-

Vide Græca.

4^o suscipiat obstetrix, & obstetricaliter quā lenissimè, vt vnà cū secundis procidat.

7 Quando aut quomodo oportet umbilicum præcidere, ex Moschione, & lib. Matricis.

Cū modicè infans in terra requieuerit, à ventre eius digitis quatuor scalpello aut cultro acutissimo præcidendus est. Nec superstitionibus antiquorum consentiendū est, qui lino, aut vitro, vel canna acuta, aut cortice panis secabant. Cū verò præcideris, sanguinem quī in eo remansit coagularum exiccabis, & lana torra vel licio ligabis, ne subsequēti fluxu sanguinis infans periclitetur. Sed eadem hora qua natus est, ex vtraque parte ligandus est, & sic in medio præcidendus, ne & ipsa quæ parit fluxum sanguinis patiat.

DE PARTV DIFFICILI. CAP. XI.

1 Quot sunt modi uel cause, quibus laboriosus & difficilis partus efficitur? Moschionis.

PLurimi duas causas esse dixerunt. Vnam apud eam quæ parit: alteram apud eum qui nascitur. Alij verò tertiam causam addunt, quæ extrinsecus venire assuevit. Apud alios etiam quarta causa emergit, quæ ex omnibus prædictis

A causis miscetur.

2 Quomodo dicunt per eam quæ parit, difficultatem partus emergere? Ibid.

Primò si iracūda sit, aut multum timida, & verecunda, vel primariola, corpore etiam vniuerso vel partibus impediatur. Vniuerso aut si multum gracilis, vel valde pinguis vel musculosa, vel imbecille habēs * corpus. Partibus autem, si imbecilis matrix & in feruore sit, aut aliquibus condylomatibus impeditur, vel orificiū eius in angustu conductum est, vel cōtorum, vel ex parte cōclusum, vel in vicinitate hæmorrhoides, vel collectiones, vel in vesica lapidis sit, & in longaone stercoreū retentio. His enim omnib. causis exitus infanti denegatur.

B

3 Quomodo dicunt per infantem, qui nasci habet, difficillimum partum fieri?

Si naturaliter grande caput habet, vel omne corpus, vel tres manus, vel certè hydropicus sit, vel gibbosus, vel lāguidus, vel inflatus, vel mortuus, aut positione corporis cōtra naturam inueniatur.

4 Quæ sunt uerò schemata infantium nascentium: uel quot schematibus infans nascatur? ex Mosch. & lib. Mat.

Generaliter sunt quatuor modi. In capite, in pedibus, in obliquo iacens, aut conduplicatus. Specialiter verò schemata plurima inueniuntur. Ille enim

1. corpore gracili.

qui in caput fertur, aliquando rectum quidem caput in orificium matricis habet, reliquum verò corpus contortū. Aliquando in capite quidē descendens

* lib. Mat. et non in.

* obliquum.

* aut in priore ab orificio, aut retrorsum caput infigit, aut in * diuexū se projicit. Aliquādo verò cum strictura hæc schemata fiunt, aliquando sine strictura. Aliquando etiam vnam manum foras projicit, vel vtrasq; ita vt intus iunctis existat. Aliquando ita descendit, vt directū orificio matricis pedes habeat compositos, & corpus habeat rectum, manibusq; lateribus iunctis. Aliquando in priorem partem, vel retrorsum ab orificio pedes infigit, quod & ipsum aliquando cum strictura fieri solet, aliquando sine strictura. Aliquando vnum pedem vel vtrasq; foras emittit, manibus scilicet supra caput contortis. Aliquādo diuisos pedes partibus matricis infigit: aliquando etiam duplicatis pedibus in genua exire conatur. Aliquando ita conduplicatur, vt sedenti similis naticas foras ostēdat. Vel contra ita conduplicatur, vt plantas capiti in orificio matricis iunctas inuenias.

Al. in obliquum.

Qui verò in * diuexum iacēt, aliquando in latere, aliquando supini, aliquādo ad dētes inueniuntur, sic etiā duplicatus, & in diuexum positus esse potest.

5 Ex quatuor schematibus prædi-

A Etis que sunt exoptabilia, & secundum naturam, & que aduersa & contranaturam? Ex ijsdem.

Quoties in caput ferūtur, ita vt in orificium matricis directū caput eius inueniatur, manibus scilicet lateribus & femoribus iunctis. Proximum verò bono schemati est, quoties & in pedibus descendit iunctis, & orificio matricis oppositis, manibus scilicet lateribus porrectis. Et ex vtrisque schematibus melius est, quod in capite descendat. Cū enim labi foras cœperint, nullus metus remanet, ne manus ibi separatæ remaneant, cū infantem adducere cœperis.

6 Quomodo dicis de extrinsecus uenientibus causis difficultatem partus emergere? Mosch.

Frequentius à frigido nimio aëre, aut paulo plus calido, aut certè cū ea, quæ parienti sunt necessaria, non adfunt.

7 Quomodo per folliculum dicis impediri partum?

Cū tardius à fundo matricis resoluitur, aut certè ita solidum est, vt difficillimè rumpatur, aut econtrà ita tenue, vt ante tempus soluatur, & ante humorem illum effundat, qui propter lapsus infantis à natura præparatus est.

8 Quomodo dicis per eum modum, qui ex omnibus causis miscetur, partus impediri?

Si languidus vel lassus est infans, & inde nō adiuuat parturientis

rientis conatum, vel certè mortuus est, & paruum caput habet, & inde orificium matricis extendere non possit, nec ab obstetrice facilè apprehendi. Et hæ sunt causæ, quas Moschió & cæteri voluerunt facere difficultatem partus. Soranus verò noster alias subiecit causas, vult enim aut strictura impediri partus, constrictis & siccatis partibus ipsis, aut fluxu & abundantia * humoris, vel fluxu sanguinis, consumptis viribus parturientis, vel illis rebus quibus orificium matricis concludi solet, sicuti cicatricibus, clausis, vel collectionibus, vel hæmorrhoidibus, vel pluribus his similibus, vel etiam morte infantis, vel in diuexum contra naturamposito, vel numerositate partuum, vel tres manus, vel pedes habeat, vel ipsi infantes quatuor vel quinque concepti sunt.

al. sudoris.

DE IUVANDO PARTU DIFFICILI. CAP. XII.

1 Quæ ergo diligentia obstetricandæ sunt illæ, quæ tardè & cum difficultate pariuntur ex Mosch.

SI aliqua strictura vel angustia, siccitate vel feruore impediuntur, siue hoc inimicum frigus attulit, siue duritia corporis infantis, siue matricis breuitas, cum temporaneum conceptum receperit, siue pin-

Aguedine corporis, seu metu vel ira parturientis, vel colli matricis curvedine, vel torsione: hæc omnia supra dicta chalaistica diligentia relaxari solent.

Debemus eis quæ difficultè pariunt, ita subuenire. Primò frequèntius oleum dulce & calidum cathisandum est, vel succus seminis lini, vel fœnogræci, maluarum etiam decoctarum. Aliquando etiam ouis crudis illuc admixtis: Sic effici potest ut etiam stricturæ relaxentur, & omnis angustia spatium accipiat, & infans, qui ad exitum impeditur præparato lapsu, facillimè exire possit. Nam propterea de pollinibus ex melle cataplasmamus omnem vicinitatem supra pectinem & renes. Encathismate etiam utimur, vel spongijs in eadem aqua tinctis vaporamus, & sacculis calidis easdem partes contingimus. Nam aliquando & leui motu vehiculi eas gestari permittimus. Siquidem hanc gestationem antiqui * exercitus agitabant, ut ad superiores partes lecti eas ligarent & colliderent. Alij verò ad scalas ligabant, & sic pendere iubebant. Alij infinitum deambulare & salire cogebant, alij scalas etiã ascendere. Alij autem manibus sub axillis missis, à terra subleuabant & diutiùs exagitabant. Sed hæc omnia nos reprobamus. Prædictis enim rebus gra-

uiter quassatur matrix, & in A
maiores feruorē ire solet. Idcirco vtendum est prædictis omnib. vaporationibus, & meruentem quidem hortari debemus securamque facere, quòd nò pericliterur. Eam verò quæ nunquam peperit, & dolores nescit, docere debes, vt cum dolores occurrerint, spiritū retinendo, ad inferiores partes gemitus impellat: subnascentib. aut dolorib. resumamus pane feruenti vel tostato, cucumere, pepone, & madēti gleba. Si verò ea antecedēti ægritudine lasa ad partū venerit, occurrente etiā laxamento, simplici cibo resumimus. Pinguissimam autem in lecto in genua & ad dē- B
tes collocamus, vt pinguedine qua matrix premitur, liberetur. Orificiū verò ipsum matricis, digito oleo vel aceto tincto circumdamus, & si curfus fuerit, corrigimus. Si quod verò impedimentum ibi inuenerimus, chirurgia tollimus vel minuimus. Si verò lapis in collo vesicę positus vrinam denegeret, eum retrò in vesicam cathetere repellimus, & sic vrinā tollimus: vel iniectione clysteris, stercora de longaone deducimus. Folliculū verò non ruptū antè, digito presso formantes locū phlebotomo sollicitè diuidimus. Omnibusq;, post hæc, prædictis encathisimatib. vtimur. Hæc ergo prima est dili-

gentia, quæ difficultatem partus maturare potest.

2 Si autem præter naturam positus fuerit infans, quid obstetrix facere debet? ex Moschione.

Vtiq; in primo eum secundū naturam componat, scilicet parturiens competenter in lecto collocanda est, vt altum habeat corpus, & paulo durior sit stratus, & si in priorē partem ab orificio matricis pecus infixū est, supina est collocanda. In genua etiā & ad dentes, si retrò ab orificio matricis infans est. Si in sinistrum, in dextrum se conuertat. Si verò hæc schemata infantē corrigere nò possint, tunc diligenter vnguibus incisus & oleo illinitis, & in vnum conductis digitis, sinistra manus orificio vuluę immitti debet, illo scilicet tempore, quo se matrix naturaliter aperit, & apprehenso pectore ad competētem locum corrigere: Si verò valdè infixum est, prius eum à loco importuno euellere oportet.

Sed antequam schemata illa ponamus, quæ contra naturam sunt, meliùs faciemus, si ea quæ sunt exoptabilia & secundum naturam, ipsa primò ponamus.

Partus primus. Hic est secundum naturam primus, melior ab omnibus partibus. Siquidē cum labi cœperit, nullus metus subest, ne manus extendat,

Syn. lib. 10

obli

& ibi remaneat, & hic est secundum naturam. Secundus partus. Ita cum occurrere coeperit, sollicita debet esse obstetrix, ut cum ad manus peruenerit, teneat, & sic eum adducat.

* obliquum. 3 Si in * duexum iacet quid faciendum?

Immissa manu obstetrix eum componat, & si caput proximum inuenit, ipsum teneat, & adducat.

4 Si ambæ manus foras ei uenerint, quid facere debet obstetrix? ex Mosch. & lib. Mat.

Duobus humeris eius, manus suas ex utraque parte infingens, retrorsum eum reuocet, sicuti superius dixi, manibus ad latera compositis, & apprehenso capite, paulatim & leuiter foras eum adducat.

Si infans caput interius habuerit, & si duas manus eijcit, oportet obstetricem, prius immissa manu sua, caput ad orificium corrigere, & comprehensis manibus infantis, conari decet, ne caput eius orificium uulvæ obturet, sed facillimè omne corpus infantis exire possit, quò priores manus exierant.

5 Quoties manum emittit, quid faciendum?

Principaliter uideretur, ut nunquam eum teneat obstetrix & adducat. Plus enim, relicto intus capite, orificium matricis obturatur. Nam & in ipso conatu, exarticulare manum in-

A fans poterit & amittere, ut cum de utero euaserit, culpa obstetricis, uirtuosus efficiatur. Melius ergo facit, si humerum infixis digitis eum retrorsum remoueat, & intus capacitatem uulvæ positum, ita componat, ut manus eius erectas lateribus iungat, & apprehenso capite foras conari incipiat.

6 Si in pedibus descendens, in aliquam partem uulvæ reliquum corpus inclinauerit, quid facere debet? Ex lib. Mat. & Moschione.

Sicuti superius diximus, obstetrix immissa manu, eum componat, & sic adducat.

7 Si unum pedem foras habuerit?

B Etiam modò videat, ne nunquam obstetrix teneat & conetur, ne reliquo corpore infantis plus matrix claudatur, sed prius infixis digitis ad inguen infantis, sursum eum reuocet, & post, immissa manu, pedem alterum * colligat, & si fieri potest manus eius lateribus iungat, & apprehensis pedibus foras adducere conetur.

8 Si uerò ambos pedes eiecerit, quid faciemus?

Duabus manibus suis obstetrix in inguinibus infixis, sursum eum repellat, & compositum sicut dixi, foras eijciat.

9 Si * diuisis pedibus duabus partibus uulvæ plantas infigat, quid faciemus? *al. diuersis.*

Immissa manu obstetrix eos iungat, & ad orificium matricis

eos componat & sic adducat.

10 Si genua hic ostenderit, & sic exire conatus fuerit, quid faciemus?

Retrorsum repellendus est, *fortè, uel.* & correptis manibus * & pedibus adducendus.

11 Si uerò in naticas sederit?

Obstetrix manum infigat, & retrò infantem repellat, & correptis manibus & * pedibus, ** uel.* extrà adducat.

12 Si grande caput habuerit ut exire non possit? ex lib. Mat.

Intrinfecus repellendus est, & vnctionibus vncto orificio, immissa manu obstetrix eum adducat, tenens caput eius, adiuuante etiam conatu suo parturiente.

13 Si caput contortum habuerit? ex lib. Mat.

Obstetrix immissa manum eum corrigat, & humeris comprehensum leniter adducat, ne matrix ipsa quassetur.

14 Quoties fuerit duplicatus, quid faciemus? Mosch.

Scias uolo, duobus modis pecus in vulua duplicari: quoties enim naticas eius in orificio vuluæ inuenimus, ex interiori parte fiet duplicatio. Quoties autem caput & plantæ in orificio inueniuntur ex superiori parte, secunda est duplicatio, & potest obstetrix ita corrigere, ut * plâtis reuocatis sursum, caput hic teneat, & sic infantem foras adducat.

15 Si in diuexum iaceat, aut supinus,

A uel in dentes, quid facere oportet? Ex lib. Mat.

Præcipimus ut in vulua displicitus, & appreheso capite, adducatur.

16 Si plures uno fuerint & simul se ad orificium contulerint, quid & quomodo agendū. ex Mosch. & lib. Mat.

Si plures vno fuerint, si duo aut tres vel quatuor, sicuti frequētius diximus, in sinū vuluæ omnes sunt repellēdi, & sic sigillatim eiiciendi.

17 Qualiter foetus in utero sit cōuertendus? ex lib. Mat. & Mosch.

B Si supinus vel ad dentes est, leniter obstetrix, immisisis digitis, in latus eum cōuertat, & accepto spacio, ut vel si vnam manum obstetrix immittere possit, eum facillimè ad integrum schema componat, & quascumque partes orificio propiores habuerit, easdem teneat & sic adducat: ita tamen ut maximè caput infantis querat, & ipsum teneat & foris adducat. Si quidem melior ab omnibus descēsus per caput inuenitur. Sed si pedes fuerint proximiores, ipsos teneat, & sic adducat.

Hęc autem omnia leniter ab obstetrice, & sine quassatione faciendæ sunt, ita ut frequenter oleum calidum, vel prædictos succos scœnogræci, seminis lini, & maluæ decoctum locis illis infundat. Hac enim diligētia, & lapsus infantibus preparat, & sani euadere possunt, & quæ parit

Lib. Mat. habet & plâtis in orificium rectis, adducat.

parit sine vexatiōe & sine qual-
fatione seruator. Plures enim
infantes post difficillimū par-
tum euasisse cognouimus, & vi-
uere vidimus.

18 *Quæ sunt uerò periculosa sym-
ptomata, quæ nos terrere possunt, ut
periculum prædicemus?*

Si febres insunt, vel maximè
acutæ, neruositas omnis pati-
tur, talisq; feruor præcedit, ut
& gangræna ibi efficiatur, plu-
rimum sudet, pulsus etiam mi-
nutus sit, aut in totum non ap-
pareat, & delirium subsequa-
tur.

DE HIS, QUI NON
POSSUNT DVCI MANI-
bus. ex Mosch. Cap. XIII.

SVNT qui nullo modo mani-
bus adduci possunt, & aut
magnitudine corporis sui
resistunt, aut morte, aut in tan-
ta strictura arctati sunt, ut in to-
rum euelli nõ possint. Quid tū
facere oportet?

Embriulcia adhibere vel em-
briotomiam: siquidem iam
pecus mortuum est, & debe-
mus miseræ parturienti subue-
nire, maximè cum sic periculo-
sa iuxta eam symptomata inue-
niantur.

1 *Quomodo ergo embriotomi-
am facere debemus?*

In aliquantulum duro stratu
supina iaceat, eaq; laboret, &
curuatis illuc pedibus eius &

Aparefactis, spondis etiam lecti
plantis eius infixis scapulis e-
ius aut ministris, vel fascia ad
reclinatorium religatis, is qui
facturus est, in contra paulo in-
ferius sedere debet, & appre-
hendens curuedinem embriul-
ci, & tepefactos infrà digitos
abscondere, quibus perunctis,
& in vnum conductis, cum ea-
dem curuedine embriulci, in
orificium matricis manum sini-
stram intus iniicere, & tentare
locum, & quærere locum, in
quem eum figat.

Si verò in capite partus descē-
dat, aptiores inueniuntur ocu-
li, occipitium, & os. Si verò pe-
cus in latus est, in inguinibus,
& inter coxas infigi potest. **B**
Si per pedes descendat, super pe-
ctinem bene infigitur: Vel si ex
prædictis locis nullum inueni-
re poterit, vbicunq; vulnerato
loco, embriulcum infigat, & e-
recta manu, foras embriulcum
ministro tradat, & eodem mo-
do etiam alterū immissum, alij
parti infigat, quem & ipsum mi-
nistro tradat. Ita autem æquali-
ter infixi esse debent, ut cum co-
nari cœperit, æqualiter adduce-
re possit. Dein ministro iube ut
leuiter conari incipiat, ita ut cū
matricem viderit ad inferiorē
partem, tunc & ipsa conetur.
Quoties verò matrix in sursum
ascenderit, non conetur. Ipse
verò digitus in dex ceroto inū-
ctus, orificium matricis circūa-

gat, & illud aperiat & stricturā soluat, & quicquid ibi corrigēdū est, corrigat: frequentius tamen oleo calido & succis loca ipsa irrigans. Cū verò compe-
tenter infans sequutus in aliquantulum foras exierit, superioribus partibus iterum embriulcos infigat, & hoc tandiu faciat, quādiu omne corpus infantis foras eijciat.

Si autem illæ partes, quæ foras emisse sunt, nec embriulcos admittere possunt, nec reliquū corpus exire permittāt, aut certa aliqua pars infantis multūm grādis sit, aut ipsum pecus mortuū est, vt nec exagitari nec exire possit, ad embriotomiam ipsam necessitate est veniēdū, vt per partes concisum corpus infantis, sic auferatur.

2 *Quomodo uerò apprehendimus mortuum esse infantem?*

Ex eo quòd frigidus est, & nō mouetur, nec pulsus habet.

3 *Quomodo pecus incidere debemus?*

Principaliter partes, quæ foras sunt, si reuocari intus nullo modo possint, quomodo erit, sic etiam præcidi potest, & paulatim ad educationem deduci.

Quod si non regi possit, neque embriulcis adduci, quærendū est, ne forrè hydrocephalia sit, hoc est, aquam in cute capitis habeat: & ipsum caput prius prægrande in occipitium, effuso uerò humore, vastitas capitis succumbat. Si autem natura gran-

A de est ipsum caput, prius manu constringendū est. Mollities enim adhuc ossium facilè celeriter exire potest. Si non, etiam ferra mēto in occipitio aperiēdū est: sic enim effuso cerebro, breuiari caput potest. Si autem in diuexū iacet, & humeros lateribus vuluæ infixerit, & adhuc superuixerit, etiam iugulo eius ferramētum infigere possumus, vt effuso abundantis sanguine, corpus pecoris attenuari possit. Nā hac ratione etiā uenas ipsius aperim⁹, si hydrops sit, vt humores effundat, aut vt intestina eius adducere possimus: manus etiam ac pedes, sicut retrorsum dixi, etiam intus ab articulis præcīdimus. Si uerò magnitudine sua, caput in interiore parte vuluæ absconditum est, à gutture præcisum corpus dextra manu adducimus.

4 *Si uerò duplicatum pecus sic remanserit, quid faciemus?*

Præcīdimus & tollimus, dūmodo omnes præcisas partes in tabula componamus, & uniuersa membra consideremus, ne quid ibi remanserit.

5 *Post Embriotomiam quid obstetrix facere debet?*

Vtiq; post tantam quassationem partium, prædictis succis & oleo calido hæc omnia irrigare, & paragorizare. Si uerò fluxus sanguinis plurimus fuerit, rebus competentibus constringere & siccare.

DE

DE SECUNDINIS. A
CAP. XIII.

1 *Secundinae unde dicuntur.*
ex Mosch.

AB eo, quòd prius infans
cadens in terram, sic etiã
illæ exeūt. Nam inde &
prægnas dicitur, q̄ priores na-
scūtur, & priores rumpantur.

2 *Quid est chorium?*

Membrana sine orificio, quæ
infantem, & quæ eū ipso sunt,
continet, fundo matricis inhe-
rens: dicitur & vasculum, & se-
cūdina, & nouissimū, eò quòd
prior rumpitur.

3 *Vnde dictum est Angion.*

ἀγγίον. hoc est vasculum: Ideò **B**
vasculum, quia infantes ibi in-
cluduntur, in quo sic voluūtur,
sicut pila in arena.

4 *Ex quibus rebus constat cho-
rium?*

Ex neruis, venis & pulpis. Est
aūr colore purpureo, similitu-
dine folliculi.

5 *Ex quot & quibus constat um-
bilicus?*

Ex quinque: duabus venis &
duabus arterijs, per quas nutri-
menta sanguinis infanti submi-
nistrantur. Quinta aūr est * Lu-
cialis dicta, quæ infantes in cho-
rium lucium transmisit. Hoc er-
go umbilico, infans in matrice
detinetur.

6 *Quid est amnios?*

Membrana vniuerso corpo-

ri infantis adhærens, quod fre-
quentius aliquando foris cõsu-
mitur, & non per omne corpus
inuenitur.

7 *Si secundinae ibi remanserint, quid
faciemus? ex Mosch. & lib. Mat.*

Cum infans in manus obste-
tricis ceciderit, si ad umbilicū
adhuc cohæret, obstetrix debe-
bit etiam attentare leuiter hac
& illac adducēs, an per ipsum
umbilicū infantis possit foras
adduci, adiuuante conatib. suis
& ipsa parturiente, idq; fiat, qñ
fundo non adherent & orificiū
patet. Neq; verò in directū co-
netur, vt ne matrix simul addu-
catur. Si verò tarditas ipsa mo-
rã habuerit, præciso umbilico,
separandus est infans, eūq; alia
mulier accipiat, & reliquã ipsa
teneat. & cū se matrix aperiat,
ducendū, cū aūr recludit, nō
conandum. Sed si ruptū vel præ-
cisum statim intus se absconde-
rit, orificio matricis patēte, per
unctam manū statim obstetrix
immittere debet, & si iam ad
fundum matricis recesserint, et
si obuolutæ sunt & natant, qua-
cunq; parte apprehensis tolle-
re debet. Si verò adhuc ad fun-
dum matricis tenentur, resolu-
tis ibi digitis & apprehensis se-
cundinis, tētare hac & illac, &
adducens persuadeat auferre.
Illæ verò quæ imperitia in dire-
ctum conantur, frequenter &
ipsam matricem adducunt.
Sed si ne sic subsequatæ sunt

aut orificiū matricis statim se-
clauerit, vt neq; manus immit-
ti, neq; ipse exire possint, & fer-
uor fuerit subsequutus, ibi eis-
dem dimissis, omnibus succis,
& encathismate, & cataplasma-
tibus & vaporationibus, qui-
bus ad feruorem vti solemus,
vtendum est. Hac enim diligen-
tia, omni strictura laxata, fre-
quentius quicquid ibi remāse-
rit & alienum est, foras emitti-
tur, & sua sponte cadit.

8 *Ad secundinas remorantes & men-
strua. ex lib. Mat.*

℞. lupinorum, absynthij, ela-
terij ana obol. j. sagapeni, myr-
rhæ ana scrup. xij. rutæ simili-
ter tunde & cerne, & cum felle
raurino collige, & super umbi-
licum impone.

9 *Quæ sunt, quæ propter retentio-
nem secundinarum antiqui adhibebāt?
ex lib. Mat. & Mosch.*

Sternutamenta, & à scala su-
spensiones, & potiones dabāt,
quæ eas eijcere possent, & fu-
mos suffiebāt, & pessos sangui-
nem educentes subijciebant.
Quin etiam pondera ad ipsum
folliculum ligabant. Quæ om-
nia nos reprobamus, siquidē
feruorem partibus ipsis facere
possunt, & presentem sine dila-
tione sanguinis fluxum.

10 *Vt secundina citò sequantur. ex
lib. Mat.*

Granum aristolochiæ rotun-
dæ in femur liga.

A DE PARTV MEDI-
CAMENTIS FACILITAN-
do. Cap. XV.

1 *Ad partum iuuandum.*

Polypodij radicem tere, &
super pedem pone, incho-
ante dolore, etiam mortu-
um pecus eijcit. *Aliud.*

Agrostis semen, quod adhuc
in ipsa herba sit, & lanā de me-
dio frontis arietis collige, & si-
mul repone, & cū opus fuerit,
circa renes aut lumbos habeat,
sed dum peperit solue, ne vul-
ua sequatur.

2 *Vt citò mulier pariat. ex lib.*

Mat.

B Granum aristolochiæ rotun-
dæ in femur liga.

DE FOETV MOR-
TVO EXPELLENDO.

Cap. XVI.

1 *Pessariū quod mortuum pecus po-
test foras detrahere. ex Cleo. li. priore.*

LAtiridis scrup. j. & s. cum
succo porri virginis conte-
res, & facies pessariū duo-
rum digitorum, & subijcies, pe-
cus educit citò. *Item.*

Citri folia coques in aqua, et
bene inde fometa vuluam in-
tus, & partum educet, etiam si
mortuus sit.

Ad mortuum foetum expel-
lendum medicamenta, vide in
exemplari Græco. cap. 154.

DE

DE IIS QUÆ POST PARTUM FACIENDA
sunt. Cap. XVII.

1 Puerpera quomodo à partu tractā
da? ex Mosch.

Ivbemus & spongia longa ipsam extergi: iactanda est in lectum, in obscuro cubiculo modicè patentibus pedibus, ut quicquid ex ea foras exire cœperit, non impediatur, pannis loca ipsa contegātur, ita ut frequenter mutantur. Sed & lanis mundis oportet & ventrem & pestinem contegere: & si sine quassatione partus effectus est, oleo viridi cum modico vino admixto ipsam partem irrigari. Si verò laboriosus partus præcesserit, oleo dulci & calido ipsa loca calefacere. Deinde biduo eas à cibo abstinere. Tertio verò die, encathismate calido & perunctione curata, & aqua calida faciem eius fomentabis. Cibabis autem eam simplici cibo, hoc est pane & aqua calida, & pultibus, & ouis forbilibus. Aquam calidam ad bibendam dabis. Septima autem die nullis occurrentibus querelis lauacro uti, & varios cibos, & vinū modicū aqua temperatū dabis eis.

2 Quomodo cognoscis post partum sufficientem purgationem occurrisse?

Eò quòd sanguis vberimus

fuit primò: secundò fæculentus & paucus, nouissimè purulentus.

3 Si de conatu & tensione frequentius in partu ruptiones occurrerint, his quid facere debemus?

Post aliquantos dies parrus, cerotaria imponimus, quæ cōficiuntur sic. Cera, oleum rosaceum, spuma argenti, cerussa, alumen rotundum, & in fasciam paulò strictius faciamus.

4 Si ex partu contingat sanguinis fluxus? Priscia.

Arion Basilicum incende, & tere & cū aceto inuolue, & impone in pessario. Item.

Lapatij succo intinctum pessarium appone.

5 Si ex partu natura plagata fuerit? Priscia.

Testiculos tauri solue cū aqua, & sicca, & cum oleo liquefacto, *lineo in pāno cum modico croco impone. *al. line.*

6 Si matrix ex partu ulcerata sit? Priscia.

Olei scrup. iiij. & butyrum verus misce, & fac pessarium, & suppone.

7 Si matrix ex partu concussa fuerit. ex lib. Mat.

℞. butyri obol. v. œsypi obol. iiij. myrrhæ obol. ij. medullæ ceruinæ obol. ij. adipis gallinæ obol. iiij. terebinthine obol. iiij. ceræ punicæ obol. vj. aloës hepatici obo. iiij. casie siringos obo. j. olei rosati obo. ij.

mellis quantum sufficit, coque in vase fictili nouo, & utere, hoc vsa est Fabiana Priscilla, cū omnes archiatri in ea defecissent.

8 *Signa caloris matricis post partū ex lib. Matricis, & Cleopatrae priore.*

Videntur si-
gna suffoca-
tionis matri-
cis, & cura
eadem est.

Cū se matrix ad stomachū fecerit, vehemens nascitur dolor, corpusq; affligitur. Interdum etiā, vt in comitali morbo, exanimata videtur, sed hoc distat, quōd nec oculi uertuntur, nec spumāt, nec nerui cōtrahuntur, sopor tantum in eis esse videtur. Quibus crebrō hoc accidit, & * calor supra vi-

* lib. Mat.
dolor.

res fuerit, sanguis emissus prodest: si paruus sit calor cucurbitae affigendae sunt inguinibus. Si verō diu tacere aut iacere cōsueuerit, oportet naribus faetorem ex vltis apponere, & aqua frigida perfundere, aut ex ruta trita cum melle vel oleo cyprino, aut cataplasma naturalibus pubetenus apponatur. Inter hoc, corpus & coxae perfricentur, & synapismū leue super ventrem pone, tertio vel quarto die intermisso, ne corpus rubeat. Si duritia permāserit, * solutio in lacte discolo, deinde contrito cum albacera, & medulla ceruina, cypri-
no oleo, & seuo taurino, vel caprino, cum rosa mixto. In portione dandum est anethum. Si verō vulua exulcerata fuerit, tunc ex rosa, scilla, axungia re-

centi, & albumine oui pessarium fiat, & apponatur: Vel albumē oui cum aceto adiecto roseo, vel rosae puluere, aut suffumigium fiat matri ex sulphure, & tolles dolorem. Quōd si purgatio mulieri defuerit, cucurbitulae, cute incisa, inguinibus. vel sub māmīs appositae iuant. Si verō magna constipatio fuerit, subijciendum est costum, pulegium, & violae albae: amplius nepitha, saturea, hyssopus. In cibo verō accipiat porrum, rutam, cuminum, cepe, & synapi, vel omnia acria olera. Si verō sanguis q̄ ex inferioribus erumpere solet, naribus eruperit, incisis * clunibus cucurbitae apponantur, & si per tres vel quatuor menses, trigesimoq; die repetierit, scias te hoc vitium sanasse. Si verō se sanguis non ostenderit, scias ei capitis dolorem futurum, tunc si ex brachio sanguinem tollas, sanabis eam.

al. inguinibus.

DE NVTRICE.

CAP. XVIII.

1 *Quae nam ad nutriendum apta est? Mosch. lib. Mat.*

Adolescenta, quae pulchro etiā sui corporis sit colore, & iam bis pepererit, & pectus latum habeat, ipsaque mammas neque nimium laxas & rugosas, neque interim valde

valdè tenfas papillas, neq; mul-
tū graciles, neq; valdè breues,
& quæ non multas cauernas
haber: neq; iterum parua & bre-
uis, animosa, & quæ cum in-
regro affectu puerum amare
possit, & quæ nunquam irasca-
tur, si fieri potest, grata & mun-
da sit.

2 *Qua uita agenda est nutrix?*

Communiter sicut omnes
homines ut sana esse possit.
Exerceri ergo debet lauacro,
vel perunctione corpus refice-
re, cibumq; sufficienter sume-
re, semperq; ebriositatē & indi-
gestionem vitare.

3 *Quæ sunt exercitia quæ manibus
nutricis fieri possunt?*

Exercere se debet nutrix in
aliquo opere, præsertim parti-
bus supernis, ut lac plurimum
& digestum habere valeat, & si
fieri potest, ad virum suum nō
accedat, ne per usum venerē
purgatio se commoueat, qua
superueniēte copiositas lactis
exterminetur aut extingatur.
Primis verò diebus quibus la-
ctare incipit, simplicem cibum
& leuem accipiat, & aquam bi-
bat, ne solidum lac mox natis
infantibus, cum difficultate
per angustos gutturis meatus,
descendat. Et cum paruuli ac-
cedentibus diebus & mensi-
bus solidantur, & fortiores fi-
unt, iam etiam solidiorem, &
fortiorem cibum capere nu-

A trix incipiat. Postea verò vi-
num, sic ut & conditum subiū-
gat. Et si ita per ordinem actū
fuerit, ut docuimus, infans si-
ne lesione, & sine indignatio-
ne saluus custodiri potest.

Nam si nutrix ebrietati deserui-
at, infans infirmabitur. Cū
tot mensibus mater sua, his &
alijs rebus custodita, sanum cō-
seruauerit. * Infans nanque se-
paratus à matre non præualet
hæc & his similia sustinere. Si-
cut enim ramusculi, dum ad-
huc in eadem arbore consistūt,
unde nati sunt, sustinent tem-
pestates & ventos, separati ve-
rò ab arbore inserti in alia, non
preualent sustinere, quousq; ra-
dicem infigant.

B 4 *Quid est faciendum si nutricis
lac fuerit exterminatum?*

Si hoc cōtigerit, alterius mā-
millas accipiat: vel si nō sit alia,
illi cuius lac exterminatū est,
cōpetēti diligentia prouocan-
dum est, & si lapsus est, cibis
& potionibus competentibus
confortetur. Secundum autho-
ritatem etiam antiquorum, ve-
bera omnium pecorum man-
ducata, sicut vespertilionum
etiā cōbustorū cineres, & no-
ctuæ cum vino bibere dabant,
vel cū aqua soluta, māmīs illi-
nebant. Quæ nos oīa reprobamus:
importunitas enim hæc
stomachum exterminat, & ci-
bum corrumpit.

Illis verò quæ plus quàm de

*Vide Græcā
hic enim quæ
dam deside-
rantur.*

bent lac habent, fortiorib. exercitijs, & laborib. & stipticis rebus minuatur.

Si verò spissum est, accipiat cibum digestibilem, & qui modicè nutrire possit, neq; siccus sit, aquam bibat & quotidiano lauacro vtatur. Nam & nutriti cibos falsos accipere non permittimus, quoniam paruulum corrumpunt, & lac & vires infantis minuunt. Nutrix verò cibos bonos & succos, qui faciliè digerantur, accipiat. Portiones, quæ stomachum custodire valeant, & lac augere, bibat.

Illam verò quæ aquosum lac habet, rariùs oportet lauare, & vinum bibat, & cibū accipiat solidum, sicuti sunt pulres duræ, oua elixa, frixa, & porcina caprinæ carne vtantur.

5 *A somno expergesactam, quid facere oportet nutricem?*

Deambulare modicè, mammæ fricare, vt lac quod somnus constrinxit, solvatur, & sic infans applicetur.

DE MAMMILLIS
POST PARTVM AFFE-
ctis Cap. XIX.

1 *Si post partum ad mamillas lac confluat, cum tensione & grauedine, dolore & seruore, quid eis apponere debemus? ex lib. Mat. & Mosch.*

Primò quidem quæ leniter constringere possunt, hoc

A est, spongias molles posca madidas, vel panem in posca infusum, & cum palmulis tritis. Si verò lac stringere velis, herba *policaria, & coriandrū viride, & vna lupina trita in ceroto admixta, māmillis impone.

2 *Ad feruorem mamillarum quid facere debemus? ex Cleop. 1. lib. Mat. & Mosch.*

Mammillis adhibēda sunt, ea quæ relaxare possunt, fomēratio scilicet olei, vel aquæ calidæ, & succorum. Cataplasma etiam pones de seminibus, & in declinatione cerotum induces, & omnino adhibeantur quæ in sanguinatione matricis & fluxu ordinata sunt.

B 3 *Si puerpera ipsa lactat quid faciendum?*

Omnia ritè vt prædictum est.

4 *Si uerò alia lactauerit, eius quæ peperit lac, quomodo stringimus?*

Lapidē pyritè bene tritū ceroto admiscemus, & vtimur, & paulatim strictas mammæ ipsas fasciare iubemus, fugientes scilicet ea, quæ antiqui exponebant, hoc est, aquam falsam, cyminum, & strobilos, & alumen scissum, & hederam, quæ omnia acredine sua impetum feruoris duplicare possunt: rebus verò chalasticis tumorem mammarum sedare valent.

5 *De māmillis post partū dolētib. ca.*

1. Theodori Prisciani de Gynæcijs.
Mammillas cū tensione tumentes

al. psyllium.

mentes vel dolētes, quod post partū quāmaximē mulieribus euenire consuevit, quas ex eo etiā grauis dolor inquietat, hoc ordine curare debemus. Per initia mediocriter pstringētib. vti cōueniet, id est, spongia molli infusa in posca, quæ leui anadesmo continenda erit. Sic etiā dactyli cū pane in posca infusi & contriti sepe par beneficiū præstiterunt. Si verò certa ratione lac prohibendū erit, cataplasmati superiori admiscendum est aut alumen scissū, aut herbæ polycaris semen, aut coriandrum, aut portulaca. Nam & vnguenta ex solis earum succis frequenter adhibuimus, pēna molliori loca tractantes. Si indignatio illa his minimē potuerit prohiberi, & lactis aggregatio maximū feruorem locis incusserit, tunc cataplasmatib. chalaisticis conuenit imminere, vt est panis in melicrato infusus cum oleo dulci contritus. Similiter etiam de seminibus tam lini quā fœnogræci, vel hordei aliquando singulis, aliquādo commixtis cum adipibus sæpe porcinis recentibus in melicrato tēperatis. Si autem pondus cataplasmatitis tolerare non potuerint, cum spongijs vaporandæ sunt ex aqua visci lini seminis & fœnogræci: & impositis continuò lanis in oleo dulci calido infusis, fouendæ erunt.

A Si saniem fortè collegerit, iam suis temporib. & proprijs adiutorijs matura aperienda erunt, vt sub vna digestiōe possint curari. Si verò minimē percurari possint, transacto igitur impetu, vel indignatione mamarum, simplex cerotariū adhibēdum est vsque in plenam sanitatem. Sanè si per eadē facta nutrire minimē decreuerit, tunc cerotario supradict-o, puluerem molaris lapidis contusū admiscebis, & desuper ligabis, lactis impetum prohibiturus.

B Quod si lactandi arripuerit voluntatem, tunc ligatura laxa ta fomenta chalaistica adhibenda erunt, quæ lactis non prohibeant copiam ministrari: sed magis præeuntibus fomentis, & vaporationibus dictis, cypetro, ouo & croco in vnum tritis, māmillas vngueto adiuuabis. Item alij cyminum cum aqua tritum, alij verò fabæ pollinibus, & vua passa trita miscuerent, & ex his cataplasmando lactis adauxere fecunditatem. Sic sesamo trito cū oxymelle cataplasmata confecerunt, his omnibus lactis fecundum officium procuratum est. Si nimium interea lactis pondus duritiem fecerit, folijs apiorum, vel menthæ, vel caulium, cum pane tritis & melicrato, illam duritiem resoluimus. Ergo per initia omnibus mediocriter stipicis obuiandum

est: per augmenta vel impetus, chalcitici & paregorici. Et licet omnibus hac lege deferuendum sit, attamen mammillarum mollium intuitu omnia moderatius foeminis adhibenda sunt.

6 Ad lac augendum. ex Prisciano.

Lumbricorum viuorū scrup. j. tere, & cum mellis cyathis ij. bibat vt nō cognoscat. Item. Lac vaccinum bibat. Aqua salsa calida vel marina fomēta, & post vino calido.

Ad lac augendum vide cap. 156. in Mosch. Græco. Ad lac minuendum, vide ibidem caput 157.

DE INFANTE, ET B
QVOMODO TRACTAN-
dus. Cap. XX.

1 Ex quibus probabis infantē aptum esse ad nutriendum? ex Moschione. & lib. Mat.

EX hoc, quod illa, quæ illū in vtero habuerit, omnibus mensibus sana fuerit. Vitali etiam mense si sit sanus natus ipse paruulus. Si omnibus partibus fuerit integer, omnes poros patētes habeat, vocemque solidam statim vt cadit emittat. hæc omnia integræ sanitatis sunt testimonia, & pleno tēpore natū infantem ostendūt.

2 Quoties in die lauādus infans est? ex Mosch. & lib. Mat.

A Semel. Necessitate verò aliqua occurrente, bis: frequēs verò lauacrum * flaccidum corpus facit.

3 In quali loco lauandus?

In obscuro & temperatē calido.

4 Quibus rebus infantis superficiē lauari oportet aut aspergi. ex Mosch.

Antiqui vino cum aqua salsa abluēbant. Alij verò lotiū puerile & puluerem gallarum vel myrtæ aspergebant. Nos autē sale tritum & aphronitrum aspergimus, prædictę enim res, odore suo infantem feriūt, nec tutum est infantē nimium astringi: inde enim deterius habent.

Si verò multū mollis est infans admixto * sale, vel oleo, vel succo scenogræci, asperge, aut line per torum corpus, ita vt neque oculis, neq; ori ex his aliqd incidat. Deinde cūm siccatur corpus, aqua frigida eum abluere, & aqua calida ipsum lauare debes. Digitis verò in naribus, vel ore immisis, omnia purgare, & oleum oculis infantis infundere. Deinde minimum digitum in ano infantis immisum, * meconium tollat, & vmbilicum lana ligata immediatē sui præcidere, & linteolo oleo intincto contegere.

5 Propter quam causam oculi infantium oleo irrigantur?

Vt tunicæ quibus constāt emolliantur, extergantur, vt integrum vsum habere possint.

Quare

* Lib. Mat.
capiti eius
nocet.

al. melle.

In Græco
ῥῆμα,

6 Quare iubentur matres post lauacrum infantum auriculas & nares exsiccare?

Ne remanente ibi humore, graciles aurium pori perfrigeſcant, & malè accipiantur.

7 Quomodo oportet infantes ungerere?

Primò ad dentes positos, deinde etiam ſupinos femoribus ſuis antè ſupposito linteolo, ita vt aliquando ſingulatim manus iungat. Aliquando vtraſq; iungat, & extendere etiam iuat. Similiter etiam pedes, ſingulasq; partes corporis formare: & quæ concaua eſſe debèt, premantur: quæ verò gracilia, conſtringantur, & quæ extantia, adducantur. Oculorum etiam ipſorum folliculos frequenter fricare, caput verò diligenter rotundum facere, paretellas etiam in genubus mouere, deinde omne corpus extendere & remittere, & vniuerſas partes ſuis officijs commemorare.

DE FASCIANDO
INFANTE. CAP.
XXI.

Fortè. Quomodo diſponendū eſt lauacrum.

* Quomodo ſaſciandus eſt infans poſt lauacrum. Moſch.

Sedere debet nutrix, & genubus iunctis femoribus ſuis in linteolo infantem accipere,

& ſublatis ſaſcijs oleo tepido vngere: & in pelui grandi aqua calida limpida, & ſine odore miſſa temperata. Deinde manum ſiniſtram ſub axillā infantis ſiniſtram tenere, ita vt pectus ſupra cubitum iaceat. Deinde in aquam poſitum leniter fomentare. Primò dorſum, deinde ſupinum cōuerſum, & partes ipſas fouere, ita vt omnes ſordes, quæ in collo ſunt, & concaua loca, ſicuti ſunt axillæ & inguina diligenter extergantur. Immiſſo quæ digito intra os, ſaliuas omnes tollere & leniter gingiuas & linguam conſtricare. Deinde leui manu ſuper pectinem premere, vt vrinæ officium commemoret.

B Sed cūm viderit corpus eius aliquantulum calefactum, ſufficienter obruiſſe, lauare, & in tepida aqua deponere, vt ad vſum frigidæ aſſueſcere poſſit infans.

2 Quomodo oportet infantem ſaſciare?

Superpoſita femoribus eius ſaſcia munda, & lata ſufficiēter, quæ lōga è lana, vt ſingulas per partes voluere valeat, ita vt omnia loca, quæ ſunt gracilia, conſtringantur, & antè laxiùs circūm cingantur. Deinde coniunctis genub. & talis lana interponatur, ne ita coniunctis aliquid de membranulis caſſetur. Caput pannis aut lanis mūdis contegatur.

3 Vbi oportet & quomodo infantem iacere?

In locis mediocriter calidis, ita vt nihil oleat, & nec valde fit lucidus locus, stratumq; eius fit concauū, nec valde molle, ne multum iacendo, spina infantis aut collum cōtorqueat. In mediocri mollitie collocatum etiam caput infantis iacere debet.

4 Quanto tempore fasciandus est infans?

Apud quosdam diebus quadraginta: apud alios Lx. Apud nos quādiu in integro sui corporis infans coaguletur & solidetur: quòd si citiùs soluetur, euenire solent ei languores, dū sano corpore sunt nati. Tardius verò solui debet q̄ imbecillis est. Semel omnis fascia, & non delapsos soluimus, sed per partes paulatim. Si verò semel soluerimus eos, & corpus mundaerimus, nouitate ipsa percutitur, & male accipitur.

DE VMBILICO INFANTIS. Cap. XXII.

1 Post quot dies umbilicus infantis cadere solet.

part. plumbi
Post tres vel quatuor. Vlnusq; quod remanet, plumbi puluere bene curetur.

2 Quomodo concauitates umbilici formantur?

Frustum plumbi ad similitu-

A dinem denarij factum apponimus, quod possit pondere suo concauum facere.

DE CIBANDO INFANTE. Cap. XXIII.

1 Quando oportet infantem cibum accipere primū, ex Mosch. & libro Matricis.

Cvm post omnē * commotionem quietus fuerit effectus, hoc est, post * nonam vel x. horam, talem cibū primū accipiant, qui stomachū & ventrem purgare possit, & eum nutrire, sicut est mel modicè decoctum. Si enim crudum fuerit, & austerum est & inflat: si verò paulo plus fuerit coctū, constringit.

2 Quomodo mel ei dandum est?

Nutrix debet os eius illinire, & mulsam tepidam instillare, & sic secunda die lac offerre.

3 Cuius lac accipere debet infans?

Maternum lac dare oportet: aut extraneum, non maternum, siquidem adhuc ex labore partus, & turbatione & purgatione lac eius malum est, & * crassum & indigestibile.

4 Quod est uerò lac bonum?

Bonum lac est mediocriter cādidum, nec subliuidum, nec gypso simile, nec subacidum, sed moderatè coagulatū, & stillicium
al. pingue.

*al. commutatio-
tionem.
al. octauam.*

latim in vngue leniter dilatetur, nec se citò diffundat. Reliquæ autem differentiæ malum lac ostendunt.

5 *Materno ne lacte nutriendus est infans an nutricis? Mosch.*

Amabilius quidem potest à matre nutriri, verùm matrona vt post partum sana esse possit, melius à nutrice potest nutriri. Vnum enim lac maturum sufficiēter duobus infantibus ministratur.

6 *Post quod spacium lauacri ad mammillam applicandi sunt?*

Post modicum, donec omnis turbo lauacri digeratur, quicquid enim prius accipitur, cor rumpitur & nō nutrit. Nam & ipsa nutrix, si nō digesserit balneum, & exiccatis antea mammis infantē applicet, malè habebit infans.

7 *Quomodo lactari debet?*

Manibus acceptum infantē aliquantulum in latus ponere, & ad vtrasq; mammillas conuertere, vt modò dextram manum infans, modò sinistram liberam habeat, & de ambabus mammis accipiat. Deinde ori eius appositam papillā teneat, & quasi latentem lac exprimat, ne cū labore infans didam sugere incipiat.

8 *Quoties in die infans lactari debet? ex lib. Mat. & Mosch.*

Frequenter in die lactandus est, modò ex sinistra modò ex dextra māmilla, quoniam se-

A mel, quod ei sufficiat, accipere non potest. Lassatur enim diutius lactādo, aut de bono lacte citò satiatur. Non ergo determinandus est modus, sed cum visus fuerit velle, oportet eum accipere. Ita tamen vt ante lauacrum, nec in lauacro vnquā accipiat didā, ne lædatur * cor *al. cor.* pus eius. Qui enim ante lauacrum vel in lauacro lactantur, scias eos varijs & multis lāguoribus detineri.

9 *Quibus signis intelligere possumus infantem debere cibum accipere?*

Eo quòd præcordia eius cōcaua sunt, vel etiam tantum rēpus transiit, vt cibum accipere debeat, os etiam aperiat, & labia frequentius moueat, & cū in * antè intinctum digitum labijs eorum applicuerimus, fugant cum quodam ploratu. *fortè lacte.*

10 *Quomodo uerò apprehendimus an propter cibum ploret, an non?*

Fasciam principaliter inspiciamus, ne stricta sit, ne iacens pedem aut manum contorserit, aut aliqua re puncturā senserit, aut de abundantia cibi aut lactis plorent, inspicite: & ne à plurimis coopertorijs grauat, aut ne paruitate eorum perfrixerit, aut nimio sole æstuauerit. Si verò aliqua re punctus est, subito plorare incipit: si coopertoria plurima, vel parua, id visu probatur & tactu,

aut enim frigidus esse debet, A
aut multum calidus. Si autem
abundantia lactis vel cibi pre-
mitur, huc atq; illuc se projic-
cit, & plena praecordia habet.
Si aestuauerit, cum anhelitu ru-
bet: si verò aliqua causa inequa-
litate est, & ille languet, & lac
accipere non vult, & macrior
effectus est. Ex praedictis ergo
signis omnes ploratus eius se-
perari possunt.

11 Quando infantem à lacte dedu-
cere debemus?

Post annum & sex menses,
aut suppleto biennio, dentibus
iam abundantibus & firmis,
quod possint non tantum cibum
diuidere, sed etiam diligenter
eum manducare.

12 Quem cibum primum infanti B
dare debemus?

Panosum, hoc est micas in
mulsam vel in condito vel in la-
cte infusas, vel succum alicae vel
pultes.

13 Deinde bibere quid ei dabi-
mus?

Aliquando aquam, aliquan-
do vinum aliquatim per per va-
sculum vitreum ad imaginem
papillae formatum & pertu-
rum, quod rusticitas * Vtala
appellat. Ante paucos verò di-
es, paulatim cibum offerre con-
uenit, & raro ad didas applica-
re, & nouissimè ex toto lac ne-
gare, & quae amara sunt mam-
millis illinire.

14 Quando gestandus est? ex lib.

Mat.

Ante cibum gestandus est:
nunquam statim post, ut non
quod accepit rumpatur aut re-
ijciatur.

15 Quae sunt exercitia quae facere
possunt infantes? Mosch.

In primis ad pilam ludant,
ut altius manus extendant.
Haec exercitia vtilia sunt infan-
tibus.

DE IIS QUAE INFAN- TIBVS ACCIDVNT.

Cap. XXIII.

1 Quando incipit infans dentes
habere? ex Mosch.

Non omnes equaliter. Plu-
rimis verò à quinto men-
se nasci incipiunt.

2 Quae sunt signa quae infantes o-
stendunt dentire?

Gingiuarum prurigo, & fer-
uor maxillarum & in ceruice ner-
uorum dolor. Vnde frequentius
sanguinolentus humor per
os aut * nares exire solet.

al. aures.

3 Quibus utendum est rebus tunc
infantibus, ut non laboriosè & cum
tormento dentes eijciant?

A quinto mense oleo dulci,
& adipibus gallinaceis, & cere-
bellis leporis, gingiuas frequen-
tius fricare. Nouissimè medio-
criter decocto melle illinire.
Cum verò feruor emerferit, va-
poratione & cataplasmatibus
vti, ita ut nutrix eius vinum nò
acci-

γαστρίδα &
μαλίσσασιον.

accipiat & parcius cibos sumat.

4 Ad feruorē faucium quibus utendum est?

Omnia quæ relaxare possunt, sicuti mel modicè coctū. & ex eo mulsam & succum pti sang, & cætera his similia.

5 Ad pruriginem corporis eorum quid faciendum est?

Vaporationem lauacri calidi, & perũctione olei cum quo modica cera soluta est.

6 Si uerò exanthemata & pustule cum humectis uulneribus exierint, quid faciemus?

Vtimur illis quæ constringere & siccare possunt. Post lauacrum autem perfundentes aqua calida, in qua decocta est rosa, lentiscus, * celsa agrestis, myrtus & coria mali granati. Cataplasmatibus autem misce folia plantaginis, intyborum, portulacę & uuæ lupinæ. Illinimus oleo rosaceo vel myrtino, cum cerussa, spuma argenti & alumine.

7 Sonitum uerò narium & oris strepitum quod frequentius de humoribus occurrit, quomodo sanamus?

Mulsam ex modico melle cocto factam, frequētius infantibus damus.

8 Ad tusciculam uerò eorum quid dabimus?

Semen lini, amygdalas, succum liquiritię, & tragagantha utimur & electuarijs.

A 9 Quæ est ualetudo quæ apud infantes Syriasis appellatur?

Cerebri est feruor cum meningis, ita ut occipitium infantis concauum fiat, cum igneis & frequentissimis febribus.

10 Si uerò uenter infantis solutus fuerit, quid faciemus?

Si adhuc lactet, omnia quæ stringere possunt nutrici damus. Epithema quod est de palmulis & lenticula inducimus.

Si uerò plurimis diebus nõ fuerit assellatus, mulsam & olea quæ uentrem mouere possint etiam nutrici demus.

DE VALETVDI-

NIBVS MULIERVM

communibus Pars altera.

HActenus de Catapocianis tractauimus, & quoniam omnium ualetudinum speciales curas nõ habet, quas vel maximè obstetrices nosse conuenit, placuit ut ad Gynæcia triacontos conferamus: inde uerò plana omniũ causarũ cura insinuari potest.

Quæ sunt ergo ualetudines mulierum, quæ per stricturam fieri solent?

Retentio menstruorum, feruor matricis, tensio, inflatio, tumor, duritia, & uulua præfoecatio.

Quæ sunt quæ per fluxum?

f

Plura in greco.

agrio sycamina.

Sanguinis ipsius fluxus & gonorrhœa. Quoniam ergo, quia omnes earum valerudines aut per stricturam sūt, aut per fluxum, illę priores curandæ sunt, quæ per stricturam occurrunt, hoc est, menstruorum retentio, inflatio & tumor, callositas orificij & clausura vuluæ & præfocatio, quoniã metasyncritica Græci dicunt, placuit ab ipsis principiū sumere.

DE VALETVDINIBVS MVLIERVM
que per stricturam sunt, & primò

DE MENSTRA PVRGATIONE in genere. Cap. I. ex Mosch.

1 Purgatio mulierum quid est?

Purgatio (est) conceptę pecudis intra vterū gestatio, (nutritio) & officij (minister, obsequium) partus, qui naturaliter per matricem fertur, (&) frequentius xxx dieb. expletis occurrit.

2 Vnde dicta est purgatio?

Ab eo dicta est, quod super abundantem sanguinem corporis mense vno collectum excludet, & inde corpus limpdatum (faciat) nam ideò & menstrua dicta sunt.

3 Quando incipit primò occurrere purgatio?

Quædã initiū habent à xiiij. anno, quædam citius, quædam tardius.

A 4 Quando cessat?

Cuidam in anno quadragesimo, cuidam in quadragesimo quinto.

5 Quanto sanguine mulieres purgantur?

Non omnes equaliter. Differunt enim secundum naturam & ætatem, vt plurimum tamen ad duas heminas purgantur.

6 Quæ est vita quæ plurimum purgationem facit?

Quæ * vagæ sunt & delicatæ, & nihil agentes, plurimo sanguine purgantur.

7 Semper ne equali sanguine menstruo purgantur?

Non semper modico, sed à magno incipit purgatio & in modico finitur; nam & ætate parçè & quoties suum incrementum accipit corpus, & post vacuam vitam si ad exercitacione mulier accedat, necesse est vt modicè purgetur: alijs temporib. verò pro diuerso genere viuēdi, purgationis etiam modus variat.

8 Quot diebus mulieres purgantur?

Non equaliter omnes pleręque tribus, aut quatuor, aliæ pluribus, aliæ paucioribus.

9 Quenam secundum naturam nō purgantur?

Puellæ scilicet & anus, & illæ quæ voce cantāt, & quæ graui ægritudine laborant, & quę in vtero habent. Puellæ enim ideò non purgantur, quia adhuc infantulæ sunt: Anus, quia

iain

In græco & x.
na. Vide græ
66.

al. otiosæ.

iam virtus & calor defecerunt: Quæ autè voce exercentur, ab exercitatione sua sanguis earum consumitur. Illis verò quæ graui aut longa ægritudine laborant, vniuersus sanguis cum virtute corporis, labore consumitur: Quæ autem in vtero habent, infantes nutriunt ex sanguine.

10 *Quid differt ea quæ in totum non purgatur, ab illa quæ retentionem menstruorum habet?*

Quòd hæc res valetudinem ostendit, non purgari autem etiam secundum naturam occurrere solet.

11 *Quomodo probamus aliquas secundum naturam non purgari?*

Ex eo quod ad imperum sanguinis molestias sustinent.

12 *Quibus signis intelligimus primæ purgationis tempus adesse?*

Purgatio primò venire à xiiij. anno incipit, alijs prius, alijs postea. & mammas inflatas habent, pondus super pectinem cum quadam pruriginè sentiunt. Aliæ verò quæ iam frequenter purgatæ sunt, adueniente die purgationis constituto, pigræ efficiuntur, grauedinè habent in renibus, aliquando & dolorè sentiunt ibi, & frequenter oscitant, & omne corpus extendunt, ruboremq; in buccis habent non perseverantè, sed inter aliquas horas se ostendentem: aliquando & fastidiù patiuntur, & nauseant. Vniuersaliter mulieribus purgatio

occurrit, si fortè futurus est conceptus, & vtiliter præparat locum, in quo semen herere, & conglutinari possit. Sanitas autem earum gloria est, & si quid citò eas senescere facit, & in superuacuo partu fortè periclitatium: anus, quæ purgantur, sanæ sunt.

Vide Græc.

DE RETENTIONE

MENSTRUORVM

uel quoties cū dolore & guttatim purgantur Cap.

secundum.

Multæ sunt causæ quæ nõ purgari mulieres faciunt.

Nam quædã primò sunt, quæ nullam valetudinè habentes, naturaliter nõ purgantur: aliæ ætate impediuntur, sicut anus & puellæ, aliæ exercitatione sanguinem purgationis consumunt, nihilq; est, quòd matrix propter purgationem accipiat, & seruet, & inexploro mense purgationem repræsentet: aliæ verò sunt, quæ valetudine aliqua, aut vniuersali corporis aut partium non purgantur: vniuerso corpore, vt sunt tenues & synhæcticæ, vel cõtrà multum pingues, & crassæ. Partibus verò impediuntur, vt quæ orificium matricis aliquando reclusum habent, aut callosum, aut præcedente vulnere cicatrice induratum. Omnes ergo has prædictas causas ap-

prehendimus his scilicet signis. Si enim naturaliter in totum non purgetur, quæ sana sit, & sine aliqua querela corporis & matricis viuat, hæc certè nunquã fuerit purganda. Quæ verò nõ purgantur anus & puella, interrogatæ à Medico si fuerint, annos suos simpliciter confiteri possunt. Valerudinarię verò (quæ sint) vniuersi corporis à Medicis videntur. Si verò matrix habuerit locaturæ impedimentum, ab obstetrice infesta causa inuenitur, & quod illa purgatio, quæ semper fuerat, morbi impedimento iam non contingat. Non purgatas naturaliter non oportet curare, ne contra naturam faciamus, sed neque illis quæ aut exercitijs aut cantilena nõ purgantur: At illis quæ propter aliquem morbũ non purgantur, competentem diligentiam passionibus earum adhibebimus. Si verò membrana fuerit clausum orificium, aperiemus: si verò aliqua res aliena ibi fuerit inuenta, tollimus, callositatem malaxamus, feruorem soluimus, cicatricem in quantum possumus extenuamus, fatigatas & renues resumimus, multũ pingues & grossas tenuamus. Harum omnium prædictarum valetudinum, & signa & curas in sequentibus specialiter inuenies, vnde curare possis, & quoniam

A prima est retentio menstruorũ, ab ea initium sumimus.

Strictura ergo & feruore in matrice posito, aliquando retinentur menstrua, aliquando cum dolore guttatim ferũtur. Signa tibi occurrunt hæc. Grauedo cum tensione & dolore lumborum, & supra pectinem, & inguen, capitis etiam & ceruicis, cui & bases oculorum

* consentiunt, frequentius & anorexia eis occurrit, sonitus aurium, feruor, cum rubore vultus, mammillarum etiam inflatio, partiumq; muliebrium siccitas, quæ omnia occurrunt diebus scilicet purgationis. Ita que cum prædictis signis mulier iactari cœperit, & dolores

B occurrerint, iactanda est in cubiculo mediocriter calido, & lucido, strato scilicet molli, & cooperiẽda stram tẽis nouis & floccosis, ita vt biduo nihil accipiat. Loca verò illa, quæ dolent, & tensionem & grauedinem habent, omnibus vaporationibus, aut linteolis calidam (aquam) habetibus, vel saccellis vaporentur. Nam & vesicæ oleum calidum habentes semiplenæ benè partibus ipsis apponuntur: post vaporationes autem lanis mundis oleo calido intinctis & expressis, vniuersa loca contegantur. Cataplasmatibus etiam ex pollinibus in mulla coctis cataplasma mus, & occurrẽte tertia die, oleo

Signa.

In Græco,
συνεσταλμια

Cura.

leo simplici perungimus, & aqua calida fomenta faciemus, cibum calidum & simplicē dāmus. Cū verò prædictæ querelæ creuerint, & dolor fuerit vastus, secunda vel tertia die phlebotomamus, & cū mulier post phlebotomiā refecta fuerit, in encathisma eam ponemus, q̄ cōstet ex oleo dulci, & aqua calida, aut ex succo feminis lini, fœnogræci, & radicis bletæ, ita vt cū illuc infederit, succis illis & interiores partes fomententur. Et cū encathisma digesserit, peruncta & fomentata, facies vt cibum simplicem accipiat. * Tertia die post phlebotomiam subiungere etiam debemus cucurbitas, in ascensione quidem doloris lenes, in statu autem valetudinis (&) in remissione cum sacraficatione eas applicamus, super pectinem scilicet & præcordia. Perseuerante aut̄ etiam adhuc valetudine, etiā sanguifugas venæ imponimus. Quod si parum sanguinis tulerint, cucurbitas illuc ponimus, & sic modum sanguinis supplemus. Post vsum verò sanguifugarum, cerotum * imponimus,

* In Græco, locis ubi sanguifuge appositæ erant. * in aliquibus succis.

& si necesse fuerit, iterum cum prædictis rebus cataplasmas, ex spongijs in * aqua succorum tinctis, loca ipsa vaporamus. Nam & oleū dulce & calidū ad plenum hoc (acerabulum, in Græco) iniijcimus. Vti-

A mur & pessarijs simplicibus, ex quibus primū est, quod ex oleo dulci & calido constat, ita vt intincta illic lana apponatur, aliquando & succum fœnogræci & maluarum ei admiscemus, possumus & paregorica pessaria etiam hac disciplina conficere: vt fœnogræcum diligenter obducatur, tantundem feminis lini accipiat, & radices altheæ vel bis maluæ, dein supermissa aqua decoquatur. Cū verò pinguis factus fuerit succus, adipes anserini vel gallinaei illic miseri & soluti, cum penna desuper tollatur, & sic succis admisceatur. Possunt deinde cum his succis & * palmulæ pingues coqui, ita, vt cū madefacta fuerint, sublatis cortices, quos à foris habent, terantur, & sic succis admisceantur. Nam & melilotum benè tunsum & cribellatum frequentius illic admiscemus, aut in linteolo ligatum decoquimus, & sic palmulas ibi elixamus, & * cilium ipsarum conterimus. *furculos.*

In Græco, palmæ furculi pingues.

Hac ergo diligentia valetudine in melius proficiente, etiā sella vel bosterna eas gestari iubemus. Facta verò declinatione, purgatio se ostendere solet, post cuius transitū, referuanda est lauacro, vario cibo, gestatione, exercitijs, & fricatione, primò totius corporis, secundo & ipsius matricis, quæ fieri debet hac disciplina: vt cū ad

encathisma mulier sederit, vel in balneo descenderit, in foliū, ibi mulieres spongijs vel penicillis ab umbilico ad inferiora loca sine quassatione defricentur, ita vt quotidie incrementū fricationis ipsius faciāt, & post encathisma vel balneum, cerotaria quæ de oleo liliaceo vel sampuchino fuerint, partes ipsas illiniant, (& in orificium imponant)* Cū verò plus causa processerit, & exterioribus pessarijs vti possumus, quæ accipiant ceram, terebinthinam, adipēs taurinos, medullam ceruinam, & oleum cyprinum. Nā & malagma diachylōn solutū, facit pessarium optimum, & acopō diasampuchō benè apponitur, & nouissimè liuianū maius, ita tamen vt si hæc minus purgationem redintegrauerint, oleis embasin eis faciemus, aut quod est verius & certius * cydo curemus.

Ex Greco.

* In Greco,
ἰσχυρῶς.

Ad prouocanda menstrua, ex lib.
Matricis.

Educere qui menstrua volūt, ante tres vel ante quatuor dies venæ incidendæ sunt ad tibias, aut de ambobus talis, aut post vnum diem de alio tollas. Item his tenues dabis cibos. Nam quinque vel sex dies curationes incipe, postea suffortiris euacuationem, aut da castoreum cum pulegio, aut calamento bibere, euacuant verò fortiter. Educit autem mēstrua

Handwritten notes:
Pulegiū cum
castoreo
: vbi dicitur

A benè pulegiū, aut calamentū, id est, mentastrum coctum in mulsa, & post tritum & siccatum, & sic pulegium detur in mulsa. Calamentum autem fortiter est operatiuum, harum autem tempus * vsus vtile est post balneum in sabanis, sic enim data potio, plus operatur. Dictamnium & sabina similiter datur: vtiliter ad hoc datur picra, quæ recipit aloës drag. 100. & alias species ana drag. vj. Deducit autem mēstrua & ampeeloprason, quādo frigidis & pinguis detinetur humoribus. Quando autem ex plenitudine excluduntur menstrua, centaury maioris & minoris radices apponantur, & malabrarum Ægypti. Quando autem glutinosi & pingues humores constringunt, petroselinum, apitiū, allium, smyrnis & storax potata vel apposita profunt, & raphanus commestus, & adiantum, & amomum. Ascensiones autem mensuris hæc conueniunt, aqua vbi coquitur sambuci folium, & arthemisia, & dictamnium, laurus & * coriza.

* rationum
in textu.

* conyza.

Caraplasma autem ad secundas & menstrua cienda ex arthemisia adhibetur.

Collyrium autē hoc fac, quod probatum est, sine periculo educit menstrua: Ter aut quater bulliat sabina cum vino, pecus corrumpit, & mortuū educit, & centaury maioris succus, &

Handwritten notes:
H. Galien. f. v. C. v. d. d. i. x.
v. m. j. calamentū = 96
drag. = v. m. j. d. d. i. x.

radix idem operantur, & calamenthi succus appositus.

Ad menstrua prouocanda ex priorre lib. Cleopat.

Sic (vbi) oportet, menstrua prouocabis, si suis temporibus compositiones dederis, quæ demonstrantur, & dederis ab his diebus quibus solita erat purgari. Neq; vile semper potiones dari, sed subiectiones fieri, aut per calefactiones aut per cataplasmata, vt remissionē corporis habeat, quo facilius medicaminis virtutes proficiant. Itaq; si menstrua prouocare volueris, pusillū nitri floris, & farinae mundæ aliquid, & oleū violaceum suppone ori matricis, quia humores oēs superfluas educit. itē. Pulegiū sine fumo vel recens tritum, myrrham, & piper coterens, bene cōmiscet, & subige in pessariū, & subijce.

DE POTIONIBVS mensis prouocantibus.

1. Potio probata ad sanguinem prouocandum, ex Cleop. 1.

℞. herbæ bethonicę, polygони drag. iij. aquæ cyathos ij. vini dulcis scrup. j. cōmiscet cum polline hordei & bethonicę, & da bibere ieiunis, cōtinuō sentient beneficiū. Sed his diebus quibus solita est purgari, dabis ita, vt ex balneo eam calefacias aut cataplasmate, vt remissionē corp⁹ habeat, & facilius medicamēti virtus proficiat. Foris

A verò nitri modicū & farinae mūde aliquātulū ex oleo trāsmarino subijce, & suppone, celerius humore & sanguinē detrahes.

Potio ad consuetudinem prouocandam. ex Prisc.

℞ myrrhæ scrup. j. piperis grana xl. staphidis agrię scrup. j. da in vino post balneū, citō subuenit ℞ castorei scrup. ij. piperis grana xv. vini cochlearia tria, simul tere cum pulegio, & bibat.

℞ mēthę siccæ scrup. ij. & myrrhę scrup. iij.

Potiones alię ex Mosch. & Cleo. 1.

Cyminū tritum cū mulsā da ad bibendū. Violæ semen & myrrhā pari pondere cōmiscet cum vino, & in potu dato, & vt validius operetur, adde piperis grana quinq; aut vij. aut ix.

Ad idem potio optima.

℞ piperis nigri scrup. j. absynthij tarūdē, da in aqua, vt bibat.

Vt mulier purgetur potio. ex li. Mat.

Baccas lauri xxxvj. cum vino tere, & bibat. Item. Staphidē agriā in aqua decoque, & ius bibat. *Potio alia. ex Cleop. 1.*

Herbæ arthemisię radices impari numero teres, adiecto vino veteri, & dabis ei bibere, facilliter expurgat.

DE PESSARIIS MEN- ses prouocantibus.

2. Pessarium menses prouocans ex Cleop. 1.

Helleborum nigrum & myr-

*Subigone
afficiet
de infusa
polyg. piper
unde dicitur
ab q. m. q.
a m. de p.
plur. m.
gab.*

rham pari pondere commisce, A
addens paucillum unguenti,
vt lenia fiant, & feniculi modi-
cum, postea facinde pillulas in
modum nuclei oliuæ, & sup-
pone.

Pessarium hæmagogum ex Cleop.
1. & Mosch.

℞. myrrhæ, aloës ana drag. j.
feminis violæ dra. j. croci drag.
ij. castorei obol. ij. butyrum
& oleum nardinum, omnia si-
mul tere, & cum oleo * nardi-
no temperentur.

Pessarium aliud ad idem, menstrua
prouocans. Mosch. Cleo. 1.

℞. butyrum, resinam, tere-
binthinā, & oleum rosarum, a-
na æquis ponderibus, commi-
sce, & vtere.

Pessarium ad sanguinem prouo-
candum. Cleop. 1. Mosch.

℞. caricarum pinguiū drag.
* v. myrrhæ dra. vj. galbani. dra.
* ij. aphronitri. obol. iij. mellis
obol. ij. tere, & cū * vino misce.

Pessarium sanguinem & menses
euocans. Cleo. 1.

℞. cedrię scrup. j. laseris scrup.
iij. cōtere, & mel decoctū adij-
ce, quod in modum auellanæ
cum oleo nardino, vel lana col-
lectū, subijce, quia statim san-
guinē prouocat.

Pessarium aliud ad idem. Cleo. 1.

℞. floris æris drag. j. salis
scrup. j. & s. simul contere, de-
inde olei * fycionij aliquatūm
admisce vt spissum sit, & sub-
ijce.

Mosch. ha-
bet cum nar-
do.

* Mosc. obo.
vi. * Mo-
sch. obol. ij.
* Mosch. in
unum.

Cleopat. olei
succini legit.

Pessarium menstrua uenire com-
pellens. Cleo. 1.

Herbam arthemisiam cum
succo scenogreci decoctam si-
mul teres, & lana illinis, & sub-
ijcies, & menstrua uenire com-
pellit.

Suppositoriū ad sanguinem, & mē-
strua prouocanda Cleo. 1. & 2.

Acaciam nigrā lana modi-
cè inuolue, & ori vuluæ impo-
ne, & accepto inūctorio, vt te-
gatur, mox prouocabis sangui-
nem.

Pessarium ad fluxū sanguinis pro-
uocandum. Mosch. Cleo.

℞. ireos illyricæ quantū vo-
les, & rundes, & puluerem faci-
es, cū lacte humano miscebis,
B & tepidū suppones, experimē-
tatum est.

Pessarium aliud ad menstrua pro-
uocanda. lib. Mat.

℞. croci obol. s. galbani obol.
s. storacis obol. s. in lana subi-
ge. Item ex succo absynthij
iniijce pessarium.

Pessarium adhibendum, quæ nō
legitimè purgatur. Mosch. & Cleo.

℞. opopanax, rutæ viridis,
myrrhæ trogloditicę ana ob. j.
separatim terantur, & post in
vnum misceantur, quibus ad
misce mellis limpidi quantum
sufficit & suppone.

Aliud ad mēstrua prouocāda eiusdē.
℞. sulphuris viui, opopanax,
castorei, rutę viridis, foliorum,
olei cyprini, terebinthinę, &
butyri ana obol. j. nitri rubei
obol.

Cleo. cum vi-
no coligan-
tur.

Cleop. cera obol. ij. * ceræ obo. vj. medullæ A
obol. iij. ceruinæ obol. j. cū oleo vete-

ri cōmisce quantum sufficit.

Pessarium aliud menses mouens.

Cleo. pri.

Herbam arthemisiā coctā
cū farina hordei subijcies, men-
strua deduces.

*Pessarium ad consuetudinem prouo-
candam. Prisc.*

Centaurium tere cum folijs
in aqua, & fac pillulā, & impo-
ne ori matricis. Item rutam, &
nigellam, & myrrham antè cū
vino bibat.

*Relaxatorium pessarium quod adhi-
beatur post secundum grauium.*

Cleop. 1. Mosch.

Et ceræ obo. ij. & s. adipis anse-
rini, taurini, olei rosati, ana ob. B
ij. terebinthinæ obol. j. s. ceroti
œsypi, buryri, medullę ceruinæ
ana obol. j. tere, & vtere. Post
hec reparata virtute, purgari o-
portet antidoto Theodoro, &
interiectis quindecim dieb.
picrā accipiat. Post tridū verò
adhibeant quæ menstrua pro-
uocent, & reuerso tēpore con-
sueto, sic operare.

*Pessarium aliud quod etiam stercus
detrabit. Mosch.*

Et elaterij scrup. j. scāmonij
scrup. s. cū succo porri virginis,
contere & fac pessariū, & subij-
ce. *Aliud.* Et myrrhæ drag. j. salis
indici scrup. j. tere oīa, deinde
oleū liliaceū quod sufficit ad-
misce, vt spissum sit & subijce.

Pessarium mirificum et experi-

mentatum. Cleop. 1.

Et spice nardi, costi, folij, myr-
rhæ ana obo. ij. amomi dra. iij.
medullæ ceruinæ, adipis, anse-
rini, ana drag. viij. ceræ punicæ
drag. iij. olei nardini dra. ix. o-
lei rosacei drag. iij. commisce,
& vtere.

3 DE SVFFVMIGIIS menses mouentibus.

Suffumigia quæ menses mo-
uent, quæ in titulo, de me-
dicamentis partum & fœtū du-
cētib. & abortum facientibus.

4 *Ad idē euaporatio. Cleo. 1. Mosc.*

Altheam coque, exinde su-
perfedere mulierem facito ad
vaporem, menstrua educit: hec
radix decocta in vino bibatur,
difficultatem urinæ soluit.

Ad menstrua cienda, lib. Mat.

Et lupini, absynthij, elaterij,
ana obol. j. sagapeni, myrrhæ a-
na scrup. xij. rutæ, similiter tun-
de, & cerne, & cum felle tauri-
no collige, & super vmbilicum
imponere.

DE FERVORE MA- TRICIS EX MOSCH.

Cap. III.

MAtricis feruor multis de
causis fit. Aliquando e-
nim ex nimia perfrictio-
ne emergit, aliquando ex intē-
pestiuo labore, vel frequēti ab-
orsu nascitur, vel si ab imperita
obstetrice malè fuerit mulier
obstetricata, & aliquādo omnis

matrix est in feruore, aliquādo *Signa.* partes eius. Quoties ergo omnis patitur, dolor eius occurrit cum duritia, & feruore, & ficcitate, grauedo etiam lumborū, totiusq; vicinitatis, & inguinū. Nā aliquando horripilationes, & punctiones sentiunt: torpor etiam in inguinibus cum frigore occurrit eis, & pulsus minor, & spissus, stomachi consensus, aliquando cum pressura pectoris. Cū verò causa in peius ierit, & singultus ei occurrit, & dolor ceruicis, & occipitij, et oculorum, vel maximè radicū. Nam & vrinae frequentius et stercora impediuntur, ipsaque loca grauiora sunt, et extendūtur cum acutis febrib. et deliratione, et spasmō. Quoties autem orificium eius patitur, digito obstetrix immisso, clausurā eius apprehendat, et cum dolore contingat, quando et inguina eius nascuntur, et suprapectinem tensionē habent. Quoties autem collum matricis est in causa, post orificium vuluæ tumor cum feruore inuenitur, ita vt pes mulieris, qui huic tumori proximus est, consensum habeat doloris, et impediatur ad ambulandum. Retentio etiam vrinarum et stercorum, vel vtrarumq; rerum fiat. Siquidē aliquādo pars eius patitur, quæ longaoni superiacet, et aliquādo omne collum est in causa, et inde ambæ res impediuntur.

A Sed si capacitas eius, quæ sinus dicitur, habuerit causam, hinc à foris dolor, inflatio, & tumor inuenitur. Si verò pars eiusque in priore est, dolor, & inflatio, & vrina retinetur. Si verò posterior pars, in renibus est dolor, & tumor, & stercora impediuntur. Si verò in lateribus, tumorem inuenies, & dolorē. Fundo verò matricis in causa posito, & dolor, & tensio, & grauedo in ipso vmbilico sunt. Nam frequentius & ipsum orificium rugosum est, & intus infusum cōducitur, vt obstetricibus conductis nulla causa matricis esse dicatur. Vniuersa ergo vulua in feruore posita, æquē iam partium eius signa prædicta occurrunt, & omnium vicinarum partium sensus efficiuntur. Ipsius ventris cutis plus in tumore tenditur. Sed aliquando contingit, vt matrice causam nō habente, ipsæ cutes partiantur, quam (ob) rem separare nolui, siquidem vna diligentia, vtræq; res curantur. *Curatio.* Quantum ergo ad curam pertinet, ipsa esse potest, quam ordinauimus retrò, illis quibus mēstrua non veniunt, vel cum dolore purgātur, & has verò iubemus iacere in cubiculo mediocriter calido & lucido, silentiumque habere, ita vt biduo cibum nō accipiant. Manibus etiam calidis extrema earum contineantur, & lanis contegantur, vt etiam

tiam ex oleodulci vel ex succis encathismis. Similiter etiam & hæ tertia die, si feruor excreuerit, phlebotomandæ sunt & ad encathismata collocandæ: Caraplastmata etiã de seminibus sunt apponenda. Si verò perseverauerit feruor, benè loca etiã ipsa scarificamus, vel sanguisugis utimur. Spongijs etiam feruentibus succis intinctis & expressis vaporamus, & prædicto ceroto, & pessarijs utimur. Et occurrente plena declinatione, & lauacro, & vario cibo cū potione vini eas resumemus. Si etiã febres huic feruori fuerint adiunctæ, etiam has competenti diligetia emendamus, sicut in commentario febrium inueniri possunt. Reprobamus autem omnia, quæ antiquitas vana suspitione quasi ad feruorem ponebat, sicuti succum vne lupinæ, vel oleum rosatum, vel rutæ mixtum, & cum lanis succidis appositum, panem etiam cum folijs apij contritum: hæc verò omnia acredine sua, & feruorem duplicant, & periculum laboranti nutriunt.

*Ad matricis feruorem, uel duritiem, uel dedignationem, aut uulnera curatu * difficilia. Cleo. 1.*

Mosch.

Matrix quæ feruorem habet, aut duritiem, vel dedignationem, aut uulnera, quæ * difficilia sunt ad purgandum, sic cura

Mosch. habet, ad purgandum facilia.

** facilia.*

A re incipies. Encolpismum conficies sic. Ræ seminis lini, fenogræci, & altheæ manipulos singulos, caricas v. coques ad spissitudinem, donec fiat succus, cui succo admisces succū ptisanæ, & vteris per triduum. Intermissio * triduo, conficies pessarium, quod duritiem, feruorem, & tumorem, & constipationem tollat. Conficitur autem sic: Ræ adipem gallinacéum, & porcinaum, adipem anserinū, medullam ceruinam, ceram albam, ceram puniceã, thus masculū, mastiches, oleū lentiscinum, * oleum commune, cerussam & butyrum, hoc totum æquali pondere misces, & conficies pessarium, & subijcies.

Mosch. biduo.

B

Pessarium ad feruorem matricis.

Cleo. 1. Mosch.

Althea decocta, & adeps anserinus, & vitulinus, resina & terebinthina modicè addantur, quod appositum, plurimū prodest, etiã vteri præfocioni valde utile. Item Altheã coque, exinde supersedere mulierem facito ad vaporem. Item tolle radices, quas homines in vsu habent, & diligenter pannino inducens, naturæ impone, & sanabitur. Inuenies verò in eo panniculo vermes, & miraberis.

*Pessarium ad nimium feruorem matricis, et ad cocturam, quæ semper nascitur inter * renes.*

Cleo. priore. Mosch.

Mosch. habet uel oleum.

Mosch. inter inguina.

* Mosch. R̄ croci * scrup. j. ceræ puniceæ
drag. 1. obol. j. & s. adipis anserini, cæsyp
pi, medullæ ceruinæ ana obol.
* Mosch. * ij. mellis dra. j. gelamina ouo-
bol. 1. rum * ij. olei rosati quod suffi-
* glere o- cit, confice & vtere.
uorū dra. Pessarium de nouē speciebus, quod
ij. facit ad feruorem, & uulnera matricis
recentia. Cleop. 1. Mosch.

R̄ ceræ tyrrhenicæ, resinę te
rebinthinæ, adipis anserini, bu
tyri ana obol. j. medullæ cerui-
nę, mellis, olei rosati, cæsypi, adi-
pis taurini, ana obol. ij.

DE SATYRIASI

Cap. IIII.

Ex Moschione.

Satyriasis est commune vi-
tium uiris & mulierib. sed B
frequentius uiris occurrit.
Inde à Satyris nomen accepit,
quod fabulosa antiquitas pro-
cliues in Venerem scripsit. Mu-
lierum autem satyriasis est, par-
tium pudendarum prurigo cū
dolore, ita ut impatienter ma-
nus suas illuc mittat, cum * in-
satiabili uirorum desiderio a-
missa scilicet omnis pudoris
verecūdia. Siquidem enim res
* quæ matricis consensum ha-
beat, & verecundiam eis con-
fundat & tollat, & aliquantu-
lum eas delirare faciat. Curam
autem earum eandem adhibe-
mus, quam in stricture ma-
tricis & in feruore po-
suimus.

quæ, fortè
hæc.

A DE MATRICIS IN-
CLINATIONE SIVE
motu. Cap. V.Ex Cleop. priore. Moschione &
lib. Mat.

Matricis collum & orifi-
cium in quatuor partes
inclinatur, & torque-
tur, antè & retrò, sursum & iu-
sum. Si ad inferiores partes
(inclinat) apprehenditur, &
digito obstetricis, & alijs qui-
busdam signis: Si autem in la-
rus se inclinauerit, pes eius qui
contrà est contrahitur, tensio-
nem, & torporem, & * frigus
sentit, & ad ambulandum impe-
ditur: Si uerò in priora & sur-
sum facta est inclinatio, tensio-
nem supra pectinem sentiet, &
urina impeditur. Si uerò retrò
se plus iusum (&) retrò inclina-
uerit, stercora cū * uetustate ex-
eunt, & cum ingenti difficulta-
te mulier sedet, uel maximè si
ad anum facta fuerit inclina-
tio. Sunt & hæc uniuersa signa
stricture, scilicet, collo matri-
cis in feruore posito, aut duri-
tiem habente, & ideo sic & has
* curamus, sicuti & illam
ualetudinem retrò
curauimus.

* Cleop. &
frigidationē
in corpore
sentit.

Mosc. sterco-
ra & uentosi-
tas nō exist.

Cleopat. hæc
omnia retrò
in mola dixi-
mus, uel sicut
in motu mat-
tricis curan-
tur.

DE

DE MATRICIS IN IN- A
GVEN INFVSIONE

Cap. VI.

ex Prisc. & Cleop. priore.

SI in inguen matrix infusa fuerit, in vesica magni dolores fient, vnde vrina concluditur, & est fornicatio tibiarrū, cuius curatio talis esse debet. Ad * nares quidem bene olentia adhibeas, vt est myrrha (i. vnguenta fragrantia) & omnia suauissimi odoris quæ inueneris. Ad matricem verò appones malè olentes suffumigationes vsq; dum restitatur.

Prisc. diuisa
nare.

DE MATRICIS AD SV- B
PERIORA MOTV, SIVE

de suffocatione ab utero, uel sup-
pressionione uulua. Cap. VII.

Ex Cleo. priore.

Prisc.

Quando matrix mota fuerit, dolor & symptomata valida aderunt, & si citius non occurritur, vulnera fient in * locis eius, & quando sub hypochondrijs posita fuerit suffocationem facit, ex qua dolor superuenit ad cor * fortissimus, & vomitus subsequitur, aliquādo etiā saliuua velut acetū, & os aqua adimplerur, & ribiæ frigidæ fiunt, caput & lingua formicāt & vox deficit, Curatio talis est.

Prisc. in ipsa.

Cleo. ad os.

Subtus matricem lana ponenda est, in panno inuoluta albo, balsamo intincta, aut oleo amaracino, aut alio qualicumq; bene olenti. Ad nares etiā offerimus asphaltum, quod melius erit, si molle fuerit. Vomitum autem capræ nigræ cornu, aut tibijs ceruinis, aut pennis in aceto infusis, mouebis. Offeres etiam naribus quæ sternutationem moueant, & cum solutum fuerit os & lingua ad loquendum, bibant castoreū cū vino, & vnctos digitos oleo naribus offer. Lana autem prædicta supposita maneat quousq; sanetur, quoniam si tuleris reuertitur passio. Debet verò imponi semel & iterū.

De præfocatione matricis ex Mofchione. Cleo. i. & lib. Matricis.

Vulua præfocatio quæ à Græcis hysterice pnix dicta est, ab eo quòd mulieres præfocet, nomen accepit. Est autem retentio spiritus cum omni silentio. Ea fit quoties matrix ad pectus ascendens mulierem præfocet, ita vt quasi mortua iaceat. Efficitur autem hæc valetudo, ex frequenti abortu, vel crudo partu, viduitate etiam longa, menstruorū retentiōe, & inflatione * matricis. Signa autē occurrūt hæc, quod ascendente sursum ad pectus matrice, patientes cadant, omnemq; sensum amittūt cū silentio, dentes etiam fixis strident, & ali-

Vomitum

Sternutationem

Retentio spiritus

Causa valetudinis

Græcum exempl. φρυγο
vii. omnes tres
latini habent
inflationem.

Mosch. tor-
quentur.
Cleo. grauior
thorax.

quādo eis manus & pedes * vr-
gentur. Aliquando in rectum
iacēt, p̄cordia inflantur, tho-
rax & ipsum pectus * grandius
fit, venæ etiam quæ in fronte
sunt tumidiores videntur, su-
dor frigidus per faciem & cer-
uicem destillat, pulsus aut nul-
lus inuenitur, aut valde breuis-
simus, & aliquando citius ad
se redeunt, & surgunt, & quæ
passę sunt sciunt, aliquando ne
sciunt, dolent & capite & cer-
uice, aliquando & delirant. Ali-
quando propter silentium si-
miles sunt caducis & apople-
cticis, & lethargicis, & catale-
pticis, & quæ lūbricos habent:
sed in hoc separantur, quod ap-
ud caducas, & apoplecticas, B
& quæ lumbricos habent, ma-
trix nullæ querelę p̄cessis-
sent, & ipsa matrix suo loco in-
ueniatur. Apud illas autē quæ
hystericen p̄niga patiuntur, &
in feruore sit matrix, & cū sur-
sum ascenderit, tunc cadant,
& ex eo, quod caducæ in fine
post spasmū saliuas plurimas
emittant, & pulsum maiorem
habeant, & si euaserint, paraly-
ricæ sūt. Hystericæ autem, aut
nullum, aut breuem, aut spis-
sum pulsum habent. Lethargi-
cæ autem & catalepticę sepa-
rantur, quod semper cum fe-
bribus sunt; hystericæ autem
nunquam. Illæ verò quæ lum-
bricis laborant, & in intestinis
punctiones sentiunt, & pulsus

A lumbricorū habent, & matri-
cem sanam: & hæc est à simili-
bus sibi valetudinib. hystericarum
separatio. Est autem p̄re-
focatio passio quæ per stric-
turam occurrit, & aliquando fit
acuta, aliquando chronica, ac
propterea curā eius ordinabi-
mus, vt quoties primò occur-
rent, paragoricę gubernentur,
& cū recesserit, & frequenti
interpolatione effecta fuerit
chronica, metasycreticę curē-
tur.

Cū ergo mulier ceciderit
in ægritudinē collocanda est
in cubiculo calido & lucido,
ita vt stramēta altiora fiant ad
caput, & quasi erecta sedeat, &
porrectis manibus, & pedibus
eius, quæ de valetudine tor-
queri solet, mentū eius frequē-
tius moueatur, & voce excite-
tur, & medianis partib. vniuer-
sas calefactiones admoueas,
manibusq; calidis vniuersa ex-
trema eius iubeas contineri.
Dein penicillo aqua calida tin-
cto faciem eius vapore. Si verò
diutius taciturnitas * illa p̄mā
ferit, bene vteris & cucurbitis
super pectinem & inguen ap-
positis, lanis etiam mundis v-
niuersa extrema conteges, &
patefacto aliquantulū ore eius
aquam calidam instilla. Deinde
& mullam subiungere, & in
pensili lecto eam exagitare.
Cū verò ad se redierit, si nul-
la lassitudo eius fuerit, vel si
antē

Curatio.

*Locati
antioxi
P. f. f. f.*

lib. Mat. cl.
us.

*Signa hystericæ
P. f. f. f.
v. l. i. a. b. a. l. i.
f. u. p. t. i. o. n. i. s.*

*Signa hystericæ
P. f. f. f.*

*Signa hystericæ
P. f. f. f.*

M
ue
di
cil
dic

lib.
ma
tis
* li
tite.

Græc
habe

Græc
wom
des R.

Moschion: antè * modicè cibata fuerit, sta
uel *fiante mo*
dicum datus
cibus impe-
dierit.

lib. Mat. &
malis grana
tis simplicib.
** lib. Ma. sub*
tile.

tim phlebotomanda est. Post
phlebotomiã enchymatiformis
ex oleo, & encathismate succo
rum curanda, & peruncta ter-
tia die, cibum simplicem acci-
at, & vsque ad declinationem
alternis diebus nutriatur. Quo
tidie tamen cataplasmatibus &
fomentibus curata, cum appo-
sitione prædictorum pessario-
rum. Facta verò declinatio-
ne cerotarijs & * malagmate
simplici utimur, lauacro etiam
& vario cibo, & vino * genero-
so resumimus. Si verò frequen-
tius occurrendo, effecta fuerit
valetudo chronica, interpola-
tiõne prædictis utimur auxilijs,
& competentibus exercitijs,
& varia gestatione resumi-
mus, cibis etiam secundum perio-
dum ordinatis. Post verò & me-
tasyncritica subiungimus, quæ
constant ex salsa dropace, &
metasyncriticis cucurbitis, pa-
roptesi, fricatione partium, e-
pipasmatis acerrimis, encathif-
mate, & sinapismo: Et si hæc mi-
nus profuerint, nouissimè &
helleborum damus, præceden-
te scilicet frequen-
te reiectione,
deinde peregrinari terra mari-
que eas iubemus, uti etiam a-
quis calidis, quarum omnium
usus * matricis est ordinatus.
Veterum autem medicorum
errores, qui vniuersas res putri-
das & grauiter olètes naribus
applicabant, ut capillos com-

Græca aliter
habent.

Græcè. ἐν τῇ
πρωτοκρίσει &
ἐν τῇ μίσει.

A bustos & nidorem lucernarum
Castoreo etiam nares & aures
illinibant, omnibus rebus ma-
lè olentibus vsu utebantur, &
ad matricem inferius bene o-
lencia pessaria ex nardo & sto-
race, quæ antiqui apponebant,
ut illa malè olencia matrix fu-
geret, & ad hæc quæ boni odo-
ris erant, descenderet. Alij ve-
rò varios strepitus cymbalarum
& timpanorum sonos adhibe-
bant. Alij frequenti parmico
cōcutiebant caput, & naribus
acetum acre infundebant, plu-
rimasque res faciebant impor-
tunissimas, quas prætermitte-
re volui, ne rebus vanis, & ni-
hil profecturis onerare potius
B lectorem visus essem, quàm ve-
ri aliquid scribere.

De præfocatiõne matricis ex Theod.
Prisciano capite secundo libri Gy-
nciorum.

Sunt variae & diuersae causae
matrices frequen-
tius attètates,
quæ sub duabus præcipue prin-
cipalibus passionibus constri-
ctionis, vel relaxationis, etiã
partiliter sub certis accidenti-
bus, alias causas efficiunt. Hæc
ergo sub definita lege profes-
sionis quæ constri-
cta sunt sol-
uo: resoluta verò quibus quàm
maximè defectus & lassitudo
sociatur, stypticis & mediocri-
ter frigidis stringo. Quibus for-
tè repentina commotio matri-
cis innascitur, hæc musculorum
omnium cōtractione et totius

corporis dolore nimis quatiuntur: et hæ sæpe per interceptum vocis officium sub horrore casus, veluti paralyseos meritiuntur imaginem: quam passionem Græci hystericen pñgam appellant. Quo tempore ad illa duo præsidia principalia, omnis conclusionis necessitatibus subuenientia, recurrimus: phlebotomi præsens beneficium, et ventris purgationem: specialia verò fomenta olei dulcis calidi, et aquarum chalasticarum, et cataplasmata de feminibus, vt dyachylôn, cerotaria simplicia ex salibus temperata et medullis, pessaria ex melle et butyro et liuiano, cæteraque quorum confectio in * prædictis adiunxi. Encolpismi verò ex succis, aut ptisanæ, aut fœnogræci, aut olei dulcis. Articuli his et calefaciendi sunt, et molliùs constringendi, ventosis quoque ad motis inguinibus, vel femoribus recursus vel inclinationes matricis recurremus. fumigijs bene olentibus ad inferiora naturalia prouocamus, odoribus enim insuauibus repercutitur. Minoratis verò suprâ dictis accidentibus, plena quoque declinatione manifesta, conuenit iam exercitijs aptis sexui commoueri, et aëris vel locorû mutatione iuuari. His cibi humaniores, his iam lauacra concedenda. Vini attamen

Cap. de conceptione.

A semper sub moderatione procurandæ sunt.

De Suppressione uulvæ ex Cleo. 2.

Frequenter eius lingua tenetur, vt non facillè loqui possit, et angustiam patiuntur.

Æ opobalsami modicum et * citrinorû. scrup. v. galbani, piperis gra. x. picis liquidæ modicum, sed prius galbanum in aceto acerrimo infunde, & post omnia misce, et tempera in vino, vt molle sit, et reponere, et cum necesse fuerit, in carbonem pone, et odorem sufficiat.

Suffumigia ad matricis suffocationem. Prisc.

B Si suffocata ex vtero defecerit, et ad periculum mortis deuenerit, vt per os potionem accipere non possit, fumigationibus succurre.

Rutam viridem frica et offer. Item.

Sulphur cum aceto naribus offer, et appone. Item.

Asphaltum in carbone pone, et nares suffumiga. Item.

Asphaltum et castoreum impone carbonibus, et suffumiga.

Fumigium ad præfocationem matricis quatenus & lingua soluat & excitetur. Cleo. 1.

Æ peucedani drag. vj. galbani, castorei ana scrup. xij. piperis gra. xj. opobalsami modicum, galbanum in aceto optimo

mo infunde, et cætera: tunde, A
et commisce bene, vt mollescant, et in pixidem conde, et ex carbonibus suppositum, naribus applica, vt euigilet.

Potio ad matricis suffocationem. Prisc.

Semen vrticæ tere, et da cum vino vel melicrato, mox iuuat.

Pessaria ad matricis suffocationem.

Rutam cum melle bono tempera, et line os matricis. Item Lenticulam infunde in vino et tempera post, et melle calefacto collige, et appone, mirificum est.

Pessarium ad idem ualde utile.

Cleo. 1. Mosch.

Althea decocta, et adeps anserinus, et vitulinus, resina et terebinthina modicè addantur, quòd appositum plurimū prodest.

Pessarium ad motam matricem.

Prisc.

R̄ ceræ thyrenicæ, medullæ ceruinæ ana scrup. viij. terebinthinæ, adipis anserini ana scrup. iij. opij obolos ij. cum oleo cyprino vtere in pessario.

Sternutatio ad idem. Prisc.

R̄ hellebori albi, et castorei scrup. j. tere et offer naribus.

Ad eas quibus aponia est facta de suffocatione matricis. Prisc.

Picem in mollem lanam inuolue, & pessario impone.

Ad eas quæ in pectine habent do

lorem, quasi uespan mordentem. Prisc.

Apium tempera cum castoreo & adipe anseris, & pessario impone.

DE INFLATIONE ET TENSIONE MATRICIS.

Cap. VIII.

ex Theod. Prisciano.

Inflationem vel tentionem, si longo tempore matrix egra conceperit, omnibus superiorib. chalaisticis aptis constrictionibus imminebo, superaddens cataplasmatibus ficus rûsas, absynthij puluerem, vel eius decoctionem: *epithemata* amyntica ex puluere lauri baccarum, pyretri, castorei, nitri, & cæterarum similium cerotario commixtarum. Expediit frequenter polyarrhio uti: Encathismata verò vel vapores ex decoctionibus staphylini, dauci, pulegij, vel cæteris similiter diureticis procurabo. Inflationibus diu permanentibus, arthemisiam misceo, aut marrubium aut hysopum, aut baccas lauri, aliquando cassiam & celticam, ex quibus etiam pessaria cõficienda erunt, nã & ruta viridi trita cū melle pessario seper vtor tēperato. Supaddo nitru vel aphronitru, pulegiu, ficu

pingues purgatas & contusas, cuminum, sed earum sensum mordacem calidum lactis temperabo commixtione. Si duritiem verò contraxerit, quam alibi mylen appellauimus: hanc primò sicut còtra inflationem ordinando adiutorijs chalasticis contexuimus, imminendo soluere laboro. Omnibus itaq; supradictis constrictionum accidentibus minoratis, iam conuenit ex paruo leues attentare gestationes: & sub certa declinatione passionis appetere iam lauacra, cibos humectiores præsumere: & post resumptionem corporis aneticis temporib. omnes ex ordine cyclicas disponere curationes, in guinibus adhibendo, has semper sollicitabunt, & iam ad lauacrorum frigidorum consuetudinem reuertentur.

De tensione & inflatione matricis ex lib. Matricis. Cleopa. 1. & Mosch.

Tensioni & inflationi matricis occurrere solent inflatio & tensio sub vmbilico aliquantulum dura, & dolor etiam ventris & renum cum sensu capitis & stomachi. Vrina enim impeditur, & vigiliæ subsequuntur punctionesq; concurrunt, frequentius autem imminente purgatione hæc occurrere solent. Quando etiam digitum obstetrix immittit, orificium patens inuenitur. Curam au-

A tẽ eandem adhibemus, quam ad feruorem matricis adhibuimus.

De matricis inflatione, ex iisdem.

Matrix inflatur, adeò vt venter impleatur de frigore, vel abortu, vel laborioso partu, vel thrombo sanguinis in orificio remanente: quæ inflatio, si digitis prematur, cedit, & statim sese iterum recolligit, & si quis manu partes ipsas percusserit, vt tympanum sonant. Aliquando etiam cum punctationibus & torsione ventus ipse hac & illac decurrit, & quasi foras exire quærit, & aliquibus inflatione perseverat interdum, & sese ostendit & iterum se tollit.

B Curam autem eandem adhibemus, quam in strictura & feruore frequẽtius insinuauimus: ita tamen vt obstetrix thrombum diligenter quærat, & sine quassatione educat. Cùm verò chronica effecta fuerit hæc inflatio, metasyneritica quæ in prefocatione vuluæ posuimus, vitimur. Post quorum usum, epithema diaphenicòn dicitur vitimur, vel quod ex feminibus conficitur, vel poliarrhiòn vel diadaphnaidó imponimus. Encathisma etiã malagmatib. simile adhibemus, * staphylinũ, daucum creticum, & pulegiũ. Causa perseverante, & arthemisiã illuc miscemus & marubium, & fasces hyfopi, lau-

Signa.

Curæ.

diaphenon.

staphidem forte.

KLIII

drag
ex li

rum & baccas eius, ita vt hæc omnia fuerint decocta, inde encathisma facias. Pessaria verò similia rebus prædictis componimus, scilicet, quæ accipiunt rutam, & nitrum, & pulegium, & fel taurinum, ita vt hæc omnia melle colligantur, & pessarium faciant. Est etiam aliud pessarium commodum, quod recipit ficus diligentissimè tritas, ita vt semen non appareat drag. j. cymini drag. j. aphronitri * drag. ij. s. Vniuersa autem acerrima pessaria cum lana fuerint inducta, in oleo vel in lacte debent intingi, & sic apponi. Cucurbitas etiam metalyncriticas partibus illis benè apponimus, & hac atq; illac trahentes violenter adducimus. Aquis etiam calidis vtimur: nouissimè autem in frigidam descendere permittimus.

Ad inflationes & dolores matricis, ex lib. Mat.

Encathismata iuuant, & decoctio arthemisiæ vtriusque, lauri, ireos, calsiæ, radicis centaurij maioris, foliorum siccorum violæ, & maximè in diurnis maluæ, meliloti, foliorum siccorum lilij cum fœnogræci obtrifena, & lini semine. Suffumigationes quoque expediunt ex agni semine, calsia bdellio, lybano, smyrno. Apponantur autem ei iunci radices coctæ in mulsa, & malaxatæ cum adipe porcino, & terebin

thina, & fœnogræci succus, cum butyro recenti, lilij radices assè cū oleo rosato & flores eius cum ceroto, & medulla, & axungia, & œsypo & malis granatis.

Si matricis fuerit inflatio uel duritia, pessarium chalasticum adhibe quod sic conficitur. ex Moschione.

Æ cedriæ obol. j. adipis fassiani, butyri ana obol. ij. medullæ ceruinæ, terebinthinæ ana obol. iij. ceræ obol. vij. olei nardini obol. ij. olei liliacei obol. vj. axungia porci obol. iij. adipis anserini obol. j. & s. solues species admiscens oleum, & temperato medicamine curabis, & miraberis. Cleopatra autem lib. priore idem aliter describit, vt Æ cedriæ obol. j. adipis fassiani, butyri ana obol. ij. olei liliacei obol. vj. adipis porcini, & anserini obo. j. & s. solues species, & admiscebis oleum, & temperato medicamine curabis, & miraberis effectum.

Ad inflationes & apostemata matricis, ex Prisciano.

Butyrum cum roseo optimo aduna, & in molli pessario appone. Suffumiga sic.

Et cæram tyrrhenicam, vel semen apij carbonibus appone.

Ad uentositatem matricis, ex Prisciano.

Præcedunt signa hæc. Dolor matricis, renum, inguinis stentinae, concidit enim in ventrè, & clausa dolorem concitat. Myrrham in vino nigro coctam, id est temperatam bibat. *Item.*

Et medullæ ceruinæ scrup. j. tere & misce oui aysi vitellū, & iterum tere, & misce cum roseo ad crassitudinem mellis, & pessario appone.

DE TVMORE M A T R I C I S.

Caput IX.

Græcus habet.

περι φλεγμονή.

ex Mosch. Cleop. priore & lib. Mat.

Mosch. negationem non habet, alij duo habent.

*Cleo. & oleum cyprinū encolpizamus.

MAtrix cū intumuerit, duritia sub umbilico cū quadam inflatione occurrit, ita vt si cum digito prematur, cedat, & postmodum iterum se recolligat. Cutis ventris colorem suum non * habet, & digitis adducta sequitur. Et in hac passione ea adhibentur, quæ in inflatione matricis posita sunt, vt post encolpizemus, * olei simplicis, etiā de oleo cyprino vel irino encolpizemus.

De tumore uulvæ. ex Cleop. 1. & posteriori libris.

Si mulieris loci doluerint, aut vulua per coitum punctiones senserit, sciant sibi vuluam

A in tumore esse, magis tamen in interiore parte quàm foris. huius rei signum est tale: oculorum anguli dolebunt, & facies ignea plusquam pallida, & hoc vitium erubescunt medico fateri. Curatio talis est.

Mulieris lac quæ masculum perperit, cum oleo rosato æqualiter misce, & calefac, de hinc fac pessarium de lana molli, & ex eo maceratum, induc vsque ad caput vulvæ. *Curatio.*

Item aliud.

Galbani modicum contunde, & cum oleo rosato cōmisce, & fac vt supra.

De tumore aut alio uitio in matrice. Cleo. 1. & 2.

B

Tumor autem vel aliquod vitium in matrice si fuerit, vel crescere cœperit, mammillæ tumēt, & duriores solito * fiunt, color adest subliuidus, & si nō curentur, ad finem male fiunt, id est, disrumpitur passio matricis, & fit decursus foras, & sic dolor paulatim sedatur, * vnde sine filijs quædam earum sunt, & tactum durissimum circa matricem habent, & ructāt frequenter. Præterea, quando sine cibo sunt, odorantur aliqua, & graue subructant, à viro tangi nolunt, & putant se plenas esse * medicina. Curatio eis talis est adhibenda. *aliàs, & subliuidæ. aliàs, inde grauidæ sine filijs efficiuntur.*

Cupresso ex aqua, & oleo, & modico melle matricē fomenta, *aliàs omittitur hæc distinctio. Curatio.*

ra, & tunc post fomentationē, vino myrrhato, tensis pedibus, fomenta, & subiunge adipem anserinū. Et lib. 2. sic habet.

Succo cum * modica recēte vttere, & pessarium prædictum humorosæ matrici subijce, q̄a ad omnia eius vitia facit.

De tumore uulvæ absq; uulnere ex Cleop. 1. & 2.

Si quando ergo vulua sine vulnere intumuerit, hac compositione vtteris.

terebinth. scrup. iij. R̄ picis siccæ, * terebinthine, adipis anserini, & porcini recentis ana scrup. iij. solue ad ignem, & admisce olei * drag. j. & acerum, donec omnia liquefcant: sed loca prius calefacias cum spongia ex aqua calida, in qua sœnogræcum decoxeris, & sic hoc medicamentum in pessario suppone.

Item aliud.

alibi scrup. j. R̄ ceræ albæ * scrup. iij. medullæ ceruinæ scrup. iij. adipis anserini vel porcini * obol. vj. (croci scrup. x. ex Cleo. lib. prio re) oui costi testam bene tere, & vitellum eius decoctum contere cum oleo rosato aut lycionio, & coque & commisce pariter omnia, & vttere.

Pessarium malacticum quod facit ad duritiem & tumorem uulvæ.

Ibid.

Papauer viride cum suo fructu tundes diligenter, deinde exprimes succum vsque ad vnam heminam, & admiscebis

A passi crerici drag. j. & s. aut sapæ bonæ duplum, & coque vsque ad medietatē, deinde exprimes cum linteolo, & facies vt habeas paratū myrrhæ scrup. vj. cymini, galbani ana scrup. iij. hæc trita & cribellata addes decoctioni, * deinde addes adipem anserinum, medullam ceruinam & oleum post secundā decoctionem. Postque succo passum admiscebis. Deinde si fortē medicamen durum fuerit factum, iterum de eodem succo adijcito, & cum bene temperatum fuerit, repones in vase * bono fictili, & aquam prius infunde, sed melius in pyxide cornea seruabitur, & cum volueris vtī, cum oleo rosato temperabis.

Fortius pessarium ad tumorem & impetum uulvæ, quod Erasistratus fecit, quo utebatur regina, & laudabatur magnificē.

Ibid.

Papauer viride cum * fructu suo fume, vt superius diximus, tunsum in pila lignea, & exprime succum vsq; ad * sext. j. deinde adijcito passi boni sext. j. & immitte etiam vinum, dein excoque ad tertiam, & per linteum cola, & quod humoris ex presseris, repone: deinde tere galbani * scrup. ij. hoc diligenter trito, adijce opij drag. j. hoc iterum tere, & decoctioni adde, & iterum decoque, postque in sole tere, vbi siccando succi

ad spissitudinem.

aliās, nouo.

aliās frutice.

aliās sext. ij.

aliās. scrup. iij.

plurimum recipiat, donec ce-
roti fiat crassitudo. Cùm autē
vti volueris, ex eo cum oleo ro-
faceo distempera, & pessarium
illine, & subijce, quia omnes
imperus tollit, & cumulat, &
somnia facit. Est enim opti-
mum, quia ego expertus sum.

Pessarium aliud ad idem & acrius.
Ibidem.

** quamcunq;*
polentam.
Herba strignus, id est, vua lupi
na recens in marmore tunsa, vt
lenis fiat, * adde aliquid po-
lentæ, & butyri quod sufficit,
oleumq; rosaceum, hæc simul
mixta pessarium inde illine.

Pessarium ad tumorem & impetum
uulvæ ex Cleop. 1. & 2.

P. quædam egypti
Sic pessarium meum confice,
quo ego sæpe vsa & exper-
ta sum, & Arsenoës soror mea.
fit autem sic.

Scrup. j. R̄ ceræ * scrup. vj. olei ros.
obol. j. croci scrupul. j. hysopi
scrup. iij. calsię, cinamomi, nar-
di, farinæ fœnogræci tenuissi-
mæ, & myrrhæ ana scrup. j.
meliloti cocti scrup. vj. bene
tere, & ceram cum oleo rosa-
to liquefac, & sustine donec
al. frigeat. * stringat se, & sic in eodem
mortario misce, & iterum par-
tim tere cum butyro, hysopo,
medulla ceruina & adipe quod
sufficit: cùm vti volueris pes-
sario induc, & subijce, & loca
ipsa illine.

Si uulua intumuerit, ac uesticæ quæ-
stio fuerit, uel si menstrua defecerint, sic
curabis, phthysicis, iliosis, & omnibus

A doloribus intrinsicis prodest hoc
medicamentum. ex Cleopat. 1.
& 2.

R̄ floris æris acetabulum j.
in linteo liga, & adipem to-
tum in circuitu illine, ad ignē
coque, donec * combustus fue-
rit totus adeps, deinde cum i-
pso linteo in mortario tunde,
& adde nucleorum persicorū,
& amygdalarum vstarum dra.
j. galbani * scrup. iij. * anethi
feminis acerabulum j. storacis
scrup. vj. opij scrupu. j. & s. o-
mnia tere, & cum vino bono
misce, & fac inde catapotia: ca-
tapotia ad menstrua da scrup.
j. ieiunis ante cœnam per par-
tes commisce vino bono. dum
ita tamen, vt scrupularia sint
singula.

Pessarium ad eas quæ tumorem
habent & urinam non faciunt.
Prisc.

R̄ andraginis drag. iij. adi-
pis anserini drag. iij. misce in
lana, & suppone.

Pessarium ad tumorem & in-
clinationem matricis ex Mo-
schione.

R̄ croci, cæsypi ana drag. ij.
medullæ ceruinæ drag. iij. resi-
næ terebinthinę drag. s. adipis
anserini, gelaminis ouorum
elixa dra. j. oleum irinum
& roseum æquis pon-
derib. commisce,
& vttere.

DE PHLEGMONE A MATRICIS. CAP. X.

Ex Cleopat. priore & Prisc.

PEr phlegmonem matricis sunt febres acutæ, eleuatio vētris & duritia, dolor renum, & stomachi anatropæ, nausea phlegmatica, aut quasi acerum, aut cholericæ, vrinæ detentio, strictio ventris, fastidium, sitis, aspera lingua, & nigra quasi atramento tincta, dolor ceruicis, & inguinum, & tēpora saliunt, oculi dolent, extremi digiti, & vngues: & si depositus fuerit digitus in naturam ipsius, sentitur magnus calor, siccitas, duritia & strictura oris matricis. Curatio talis est.

Curatio.

Butyrum & medullam ceruinam æquo pondere in vino misce, & vtatur. Item ad eas quæ tumorem habent & vrinā facere non possunt, aut ginem, & adipem anserum æquè misce, & lana inuolue, & appone.

* andrachnē, id est, portulacam. Priscianus habet andraginis drag. iiij. adips anserini drag. iiij. misce.

Item pessarium ad idem & omnem tumorem matricis. Axūgiam scrophæ virginis, quæ nō peperit, cum melle aduna, & in pessario vtatur, & post balneū hoc faciat. Itē ad eas quæ antē & retrō patiuntur, & in coxa, & per totum ventrē, neq; surgūt, neq; dormire possunt. Butyri drag.

iiij. medullæ ceruinæ scrup. iiij. ceræ, commisce & vtare.

Ad apostemata matricis & inflationes. Prisc.

Butyrum cum roseo optimo aduna, & in molli pessario appone, suffumiga sic. Ceram tyrrhenicā, vel semen apij carbonibus appone.

DE COLLECTIO-
NE IN MATRICE Cap. XI.

Ex Mosch. & Cleop. priore.

EX præcedente nimio feruore, aliquando in pinnaculis ipsis, aliquando in sinu mulieris, aliquando in orificio matricis, vel intus in ipsa matrice collectiones emergūt cum febribus, vigilijs, dolore, horrore, et cum horrore punctiones, et grauedines pro locis in quibus emerferit collectio, et nec vrina, nec stercora impediūtur. Pedes etiam cum corpore difficillimè mouētur: nam et aliquando magnitudine collectionis tumor supra pectinē inuenitur digito obstetricis. Illę verò quæ in alto sunt, minus quidem doloris habēt, et digito apprehendi non possunt, frequētius tamen organo patefacto, mulierum oculis videntur, et sudores in fronte et in ceruice calidi et abundātes occurrunt. Omnes ergo collectiones, quæ hinc in proximo emergunt, ita vt in sinu mulie-

Signa.

Curatio.

ris, aut in pinnaculis inueniuntur, cum fuerint mature aperiendae sunt. Si vero valde tenuatae sunt, circumcidantur. Si soliditatem habeant, quae conglutinari possit, simpliciter diuidantur. Potest etiam illa quae in orificio matricis inuenitur, longo phlebotomo pungi. Post apertionem vero earum exiccato humore, linteolis in posca intinctis contegantur. Omnis sinus muliebris, spongia molli & noua posca madefacta bene suppletur, ut linteoli qui secus sunt positi illic contineantur, & non cadant. Sane si volueris etiam a foris alteram spongiam posca madefactam contra se opponere, melius facies. Tertia vero die, sublatis omnibus medicaminibus, poteris apponere quibus vulnera curantur. Si vero feruores vulneris ibi inuenieris, spongia sublata, lanis in oleo calido & dulci intinctis sinum complebis, foris etiam iisdem lanis omnia conteges. Cum vero sordidum fuerit vulnus, melle despumato tetrapharmaco incocto bene vulnera purgamus. Quibus purgatis, si concaua fuerint, resumptione corporis, & cephalico bene complebis. Aequalia vero vulnera, linteolis vino madefactis, ad cicatricem rapies. In collectione autem quae in orificio matricis fuerit, sollicitus esse debebis, ne plus caro ex-

A crescens, aut ipsa cicatrix eam claudat. Signum autem induratae cicatricis est, quod & ipsa loca sunt alba, & sine dolore, nullusque horror ibi inuenitur. Si vero interiores partes matricis in alto collectiones habuerint, neque digito obstetricis apprehendantur, neque organo patefacto mulieris oculis videri possint, & hac de causa sectionem per chirurgiam non admittant. Efficiendum est, ut cataplasmatibus calidis iugiter et vaporantibus omnibus spongiarum, & encathismate, pessarium etiam chalasticorum, et malagmatum simplicium, sicut est diachylon * illae collectiones, quae in alto sunt, & maturentur & rumpantur. Sed si * praedictarum rerum usu, feruor quidem recesserit, & dolor minutus sit, collectio tamen non fuerit rupta, cataplasmatibus illis, quae de seminibus fieri solent, pollines scilicet hordei adhibere debemus, & orobi, et cuminum sicumque decoctam & tritam & terebinthinam et * niminam cataplasmatibus bene supermittimus. Encathismata etiam ex aqua faciemus: in quibus haec decocta sint. Laurus, pulegium, marrubium, arthemisia * satureia, centaurea, & mentha. Accelerare vero debemus, & maturitatem & ruptionem collectionis illius, ne diutius ibi in alto remanens humor, maximam

* et manasse. Cleop.

* Cle. Si supra dictarum usum feruor non fuerit, & dolor non minuitur, utimur, &c.

Mosch. sca. paregia.

maximam partem matricis cōsumat. Vtimur etiam pessarijs, quæ maturent & rumpant, sicuti est quod recipit.

℞ adipis anserini, ficum diligenter tritam ana obol. ij. resinæ, terebinthinæ ana obol. j. rutæ drag. iij. iris illyricæ obol. j. nitri drag. ij. ita ut cum pessariū in lana fuerit inductum, in cyprinum vel irinum oleum tingatur, & sic apponatur. Cleopatra sic conficit.

℞ adipis anserini obol. terebinthinę obol. j. rutæ drag. iij. ireos obol. ij. nitri drag. ij. fiat ut supra. Est & aliud pessariū exterius, quod recipit buryrum, succum hyssopi, adipis anserinos & gallinaceos. Nam et **B** nitrum cum vva passa exollata & ficum, ad rumpendam collectionem bene facit. Competenter etiam melinem diaphoreticam bene imponimus. Solent autem hæ collectiones aliquando intus ipsam vuluam rumpere, ita ut humor per partes muliebres foris excludatur aliquando intestina rumpunt, ut humor per longaonem cum stercoreibus exeat: aliquando in vesica, ut cum vrina sanies feratur. Si verò in prædicta parte humor remanserit, per cutem ventris exitum quærit. Quoties verò in matrice rumpitur, per ferramentum illud quod metrenchyta dicitur, vniuersa medicamina possumus infunde-

A re. Si verò ad intestina ruperit, clystere per longaonem medicamina accipiat. Si verò in vesica, per catetherem. Si verò collectio caput foras fecerit, cataplasmatibus maturetur & scalpello diuisa, facillimè curari potest.

DE CONDYLOMATIBVS MATRICIS.

Cap. XII.

Ex Mosch.

Frequentius in partu rugę, quæ in orificio matricis sunt, accepta soliditate cōdylomata faciunt, quæ etiam ipsa, cum in feruore fuerint, paragorizanda sunt, dehinc commalaxanda, nouissimè chirurgia tollenda, sic enim facillimè cicatricem recipere possunt.

DE RHAGADIIS IN MATRICIS ORIFICIO.

Cap. XIII.

Ad Rhagadia in matricis orificio ex Cleop. 1. Mosch.

EX partu difficili, vel ex nimia * purgatione, rhagadia in orificio matricis emergere solent. Quę si recentia sint, & sine feruore, rebus * cha **Cleo. labore.** lasticis paragorizari debent. Si **Mosch. stalticis.**

verò iam etiam callosum est, primò callus commalaxadus, & sic ferro sublatuS, facillimè sanari possunt.

Ad eadem. Priscianus.

℞ coronam spinæ, gallam & omphacium, tere & vnge rhagadia adipe anserino, vt adhæreat puluis, & super asperge, facit & ad condylomata.

DE DVRTIE MATRICIS CAP. XIII.

Ex Mosch.

Signa. **P**raecedente feruore & neglecto, duritia matricis efficitur. Nam aliquando vniuersa durefcit, aliquâdo pars eius. Signa autem hæc sunt.

Plura sunt in Græco. * Contra se foris duritia, reuolutus dolor ad renes & inguina, & grauedo super pectinem sentitur. Si verò in collo matricis fuerit duritia, à foris quidem nullus inuenitur tumor. Cùm aut obstetrix in orificiũ matricis miserit digitũ, ibi duritiem & patens orificium inueniet, ita vt cum punctioibus & doloribus vsũ viri mulier sustineat. Nam hæc causa à callo in hoc separatur, quòd callus in totum nihil sentiat, nec corporis sensus habeat.

Curatio. Cura autem quæ in strictura matricis posita est, ipsam huc transferemus.

Pessarium aromaticum ad duritiã

matricis. Cleo. priore. Mosch.

℞ resinæ, * terebinthinæ * Cleo. distin drag. ij. ceræ punicæ drag. viij. œsypi, buryri, croci, medullæ uerò non.

ceruinæ ana drag. iij. olei * ro. * Cleo. o. fati drag. iij. axungie porcinae, lei obol. iij.

spica nardi, pollinis scenogræci, & meliloti ana drag. j. calsie,

costi ana drag. ij. * ceræ thyrrenicæ dra. xx. hylopi, mastiches, * Sequentib. Cleo. caret.

adipis vitulini & anserini ana dra. viij. mellis quantũ sufficit.

Pessarium malacticum. Mosch.

Cleo. pri.

℞ ceræ thyrrenicæ obo. * iij. Cleo. drag. adipis anserini, œsypi ana dra. xx.

vij. medullæ ceruinæ, croci ana drag. iij. resinæ terebinthinæ drag. ij. mellis * corylam i.

olei rosati quod sufficit. Cleo. quod sufficit.

Pessarium malacticum ad duritiã

& dolores. lib. Mat.

℞ lini seminis, scenogræci ana obol. i. cum melle & passo vtere.

Pessarium malacticum ad duritiã matricis. Mosch.

℞ ceræ punicæ obol. i. adipis anserini, medullæ ceruinæ obo. & s. œsypi drag. iij.

Pessarium malacticum quod facit ad duritiã & tumorem uulue.

Cleo. i. & posteriore.

Papauer viride cum suo * fru. suo frutice. stu tundes diligenter, deinde exprimes succum vsque ad vnã heminam, & misce passu * creti * passu esty. ci drag. i. s. & coque vsq; ad medietatem, deinde exprimes cū linteolo,

&

aliàs, scrup.
vj.

Hæc in poste-
riori libro
non haben-
tur.

& facies vt habeat paratū myr-
rhæ * drag. vj. cymini & galba-
ni ana scrup. iij. hæc trita & cri-
bellata addes decoctioni, dein-
de adipem anserinum, medul-
lam ceruinam & oleum quan-
tum tibi videretur, mellis & cœsy-
pi acetabulum i. post secundā
decoctionem addes. Postq; fuc-
co passum admisce. Deinde si
fortè medicamentum durum
fuerit factum, iterum de prædi-
cto succo adijce, & cum bene tē-
peratum fuerit, repones in va-
se nouo fictili, sed prius aqua
infusa, sed melis in pyxide cor-
nea seruabitur, & cum volueris
vti, cū oleo rosato temperabis.

*Pessarium chalaasticum ad matricis
duritiam & inflationem, ex Mosch.
& Cleo. i.*

R̄ cedrię obol. adipis fassiani
butyri ana obol. ij. olei liliacei
obol. vj. adipis * porcini & an-
serini ana obol. i. & s. (medullę
ceruinę, terebinthinę ana obo.
iij. cerę obo. vij. olei nardini o-
bol. ij.) solues species & admi-
scebis oleum, & temperato me-
dicamine curabis, & miraberis
effectum.

*Pessarium ad matricem emollien-
dam, ex Mosch.*

R̄ medullam ceruinam, adi-
pis anserini, nardi, cerę puni-
cæ, adipis gallinacæ, olei
cyprini, ana obo. j.

A D E A T R E T I S S I V E
M V L I E R I B V S C L A V S I S .

Caput XV.

Ex Mosch.

Q Væ clausæ nascuntur, &
appellatur *atretis*, tribus
modis nascuntur clausæ
mulieres vel efficiuntur: aut e-
nim pinnaculis his sibi cohæ-
rentibus clauduntur, aut ipsis
quidem patentibus in medio
sinu muliebri pulpa vel mem-
brana innascitur: aut etiam in
his sinu patente orificium ma-
tricis clauditur, ita vt mulieres
aliquando ad vnum officium
impediatur, aliquando ad duo,
aliquando ad tria. Quoties er-
go foris pinnacula sibi cohæ-
rent, ad tria officia mulieres im-
pediuntur, ad vsum virorū, ad
purgationem, & ad conceptū.
Si verò pinnaculis patentibus,
in medio sinu muliebri fuerit
clausura, ad duo officia impedi-
untur, ad communicationem
viri, & ad cōceptum: si quidem
(vt) menstrua liquari possint,
per cauernam qua etiam vrina
concluditur. Quoties autem
orificium matricis fuerit clau-
sum, ad officia duo impediun-
tur, * siquē nec purgari nec cō-
cipere possunt, viri verò vsum
sine impedimēto sustinēt. Si ve-
rò impedimentum illud, quod

*hos vbi clausæ
atretis*

*Abūdat (ut)
* Possunt e-
tiam per ue-
nas, quæ in
matricis col-
lum desinunt
purgari mu-
lieres, teste
Galeno.*

Mosch. axun-
gie obol. iij.
() hæc in
Cleo. lib. des-
tillantur.

forte, orifici
um.
Signa.

Signa
clausurae.

Curatio.

orificium non est pertusum, sic etiam purgatio fieri potest, conceptus tamen negatur. Si verò cauerna illa contra * officium matricis est posita, potest etiã conceptus fieri, partus tamen in toto denegatur. Apprehenduntur tamen hæc omnia organo, parefactis muliebrib. vt & visu videantur, & tactu probari possint. Si verò nunquam ibi in ipsis partibus vulneratio præcesserit, cū hac valetudine natæ sunt mulieres: si verò præcesserit, sic ibi prædictæ partes cohærere potuerunt, & cicatrice solidatæ sunt. Si verò in pinnaculis fuerit clausura, visu debetur: Si verò in medio est pulpa, vel membrana, post pinnacula, immisisis digitis, in medio natura amittitur, separantur autem cum pulpa, aut membrana pressa & mollior sit, & cedat. Nam & ipsa mulier relaxatione sua instruere non poterit, ad quæ officia impediantur, ita tamen vt orificium clausum non possit vel organo videri. Siquidem si cauernam modicã habuerit, & purgatio qualiscunque fieri potest, & conceptus, sed cū pariendi tempus (instat) tunc periculum mulier impinget. cū exitus denegatur infanti, & propterea curiosius inspicienda est & curanda. Ex omnibus autem differentijs quas prædiximus, facillè curari possunt, quæ

A in pinnaculis clausuram habent, vel membrana clausæ sunt. Siquidem durissimè pulpæ cum ingenti difficultate præcidantur, & molestè sanguinent, & si non sollicitè fuerint curatæ, citò renasci possunt. Membrana autem & facillimè tollitur, & sanguinationis meatum non habet, nec aliquando renasci potest. Cū ergo curari cœperint, cõponendæ sunt supinæ, pedibus parentibus, & si in pinnaculis inuenta fuerit causa extensis, scalpello medietas diuidenda est vsque ad inanitatem. Si verò in medio sinu impedimentum fuerit inuentum, si cauerna est membrana illa infixis ancistris rumpenda est, & tollenda. Si autem pulpæ fuerint inuentæ, in gyrum præcidendæ sunt ferramento illo, quo polys tollimus, & ita sollicitè secandæ, ne aut vesicæ collum, aut longaonem tangamus, ne incipiat turpiter aut stercus, aut vrina exire. Si autem in orificio fuerit clausura, & sine cauerna fuerit, phlebotomo medietatè sollicitè diuidimus, & infixo ancistro extendentes, in rigosthomo præcidimus. Si autem occurrente purgatione intus sanguis remanserit, siquidem clausum orificium nihil foras emittat, post sectionem thrombos illos purgationis, qui intus remanserint,

Cantharis
in alijis
pulpæ.

rint, si fieri potest, statim etiam illos tollere debemus. Si verò impedimentum aliquando occurrerit, altera die benè eos excludimus. Post sectiones verò qua diligentia vulnera curanda sunt, retrò frequentius ordinatum est, ita ut cum ad cicatricem rapi cœperint, priapismo medicamine, quod ad cicatrices facit, illinimus vsq; ad plenam sanitatem: non exinde recedat, ne iterum sibi partes cohærere incipiant. Solent autè & melicerides & atheromata, & steatomata in ipsis partibus nasci, & quasi prædictas clausuras facere, quæ ipsa omnia apprehensa simili modo curari possunt. Siquidem ubicunque fuerint natæ vel inuentæ, vna disciplina tolluntur, quam in chirurgia Cenis expressius habes ordinatam.

De clauso orificio matricis ex Mosch.

Clauditur orificium matricis aliquando feruore, aliquando cicatrice, præcedente scilicet vulnere, aliquando durissimo callo, ob quam clausuram mulieres neque semen recipere possunt, aut si viris naturaliter vsq; fuerint, conceptum infantem parere non possunt. Organo ergo patefacto mulieris, videri potest causa, & digitis apprehendi. Quoties autem in feruore est, & ruborem habet inflatum, tunc oportet om-

nibus paragoricis uti, quæ in feruore matricis posita sunt. Recedente verò feruore, calum in medio diuidimus, & ex vtraque parte initio tenente latius præcidimus, ne naturalibus cicatrix curata, iterum orificium claudat.

De Atretis Theod. Prisciani in Gynæcijs capite 4.

Contingit interea certa & specialis hæc passio foeminarum: ut aut naturaliter aliquando clausæ nascantur, aut vulneribus præeuntibus, cicatrice interueniente, clausæ fiant: ut præsentis indignationis interuētū penitus cōcludatur. Quæ ergo causæ præsentis indignationis obductæ fuerint, omnibus chalasticis adiutorijs ex lege soluendæ erunt. Sed si ex vulneris obductæ cicatrice, aut nescio qua illa peregrina nascēdi lege clausæ fuerint, quod tamen aut digitis aut oculorū fide possit probari, tunc à chirurgicis considerata mensura ressecandæ erunt: adhibita tamen ratione, ut hæc patefactio linteolis, aut alijs adiutorijs patefacientibus diutiùs disterneretur, ne obductæ in se identidem scissuræ recentiores, occasionem claudendi protinus sortiantur.

De carne superflua in matricis orificio. Mosch.

Et Phylotenus affirmat, de *Philoxenus* orificio matricis carnem quã fortè.

dam emergere, & in tatum ex-
crescere, vt expleto orificio, &
collo matricis, aliquando &
foras hæc cadat. Et hæc quo-
que tribus digitis in initio ap-
prehensa, ferramento radici-
tus tolli potest. Vulnus (dein-
de) pari diligentia est curan-
dum.

*Ad conclusionem matricis, ex
Mosch. & Cleop. 1.*

Re spicæ indicæ, adipis gal-
linacei ana drag. iij. & s. adi-
pis anserini, axungia porci, a-
dipis taurini, medullæ cerui-
næ, olei nardini ana drag. iij.
fucci hysopi drag. iij. & s. ceræ
punicæ * drag. iij. commisce, &
vtere.

*Cleci. drag. ij.
& s.*

*Ad matricem clausam ex Pri-
sciano.*

Bdellium tere, & appone,
aut suffumiga.

DE ORGANO MVLIERVM

Cap. XLVlex Mosch.

*Qua disciplina organum mulie-
ris aperiendum est?*

SCio me retrò ad inspicien-
dam valetudinem mulie-
rù frequétius organi men-
tionem fecisse, quod Græci *
rasdyatha vocant. Et quoniam
nisi insinuata fuerit disciplina,
quatenus hoc ipsum fieri pos-
sit, occurrente necessitate, ob-

*an Cato-
ptron.*

Astetrices facere non audent.
Idcirco placuit nobis, vt etiam
hoc Gynæcijs adderemus, vt
ex rebus huic corpori necessa-
rijs, nihil prætermisisse videamur.
Itaque supinam iactantes
eam, qui inspicere habes, fasciam
longam accipies, & medijs par-
tibus eius, duobus laqueis ip-
sis manibus mulieris misis,
medietatè, quæ intra est, * cer-
uici eius traicies. Deinde reli-
qua fascia sub axillis missa, ad
manus alligabis, vt patefacti
pedes eius, ventri cohæreant.
Deinde accepto organo, & vn-
cato priapis, quem Græci thala-
ston dicunt, in aliquantum ad
prunas calefacere, vinum sine
quassatione priapis iniicere,
suo scilicet axe posito. Iube e-
tiam ministro, vt ad aperiend-
um organum axem torquere
incipiat, vt paulatim partes ip-
sæ aperiantur. Cum verò plus
iusum tollere organum nolueris,
ministro iube, non iterù a-
xem torqueat, * quò organum
iterum claudi possit: ita tamen
adhuc patet, sic auferatur,
ne vniuersa clausura aliquas te-
neat, & nocere incipiat.

uici eius.

*al. quò orga-
no iterù clau-
dere pos-
sint.*

DE CLAVIS MATRI- CIS CAP. XVII.

ex Mosch.

VT in pinnaculis, & in si-
nu muliebri, & in orifi-
cio

cio, vel in collo matricis clavi nascuntur, sic sunt sine affecti loci dolore: aliquando rufi, aliquando albi, facillimè aurè hi foris visu deprehenduntur. Inrus verò aperto organo videri possunt, & hi sarco collabo apprehensi, benè præciduntur & curantur. Interiores autem qui tolli non possunt, medicaminibus commalaxari debent.

DE SYMPTOMATE TURPITVDINIS.

Cap. XVIII. Ex
Mosch.

*sympho-
toma.* **Q**uam Græci * num vocant, turpitudinis symptoma est grande nimis. Nam assuerant quædam pulpâ ipsam erigere, similiter vt in viris, & quasi vsum coitus querere. In cura autem sic facies. Supinam iactam mulierem, pedibus clausis, & in initio quod foras esse plus videbitur, tenere oportet, & scalpello præcidere, deinde curare vulnus cõpetenti diligentia.

DE DOLORE M A T R I C I S.

Cap. XIX.

De dolore matricis ob abstinentiam viri. Prisc.

Signa. **C**ontingit sæpe viduis, virginibus. & quarum viri diutius absunt nausea, saliuâ

A quasi aceto os plenum, tibie frigent, & quæ in matricis suffocatione contingunt, patiuntur. Vnde prior & eadem cura adhibenda est, quam in suffocatione diximus, cætera, vt in Gynecijs Cleopatrem de pruritu legitur, adhibeantur.

Curatio.

2 Ad eas quæ dolorem patiuntur quando cum viro dormiunt. Prisc.

Si hæc passio perseverauerit, cholericæ fient: vultus autem earum altas venas habent & libidinosas, natura tumescit plus intus quàm foris, palpebræ oculorum patent quando concumbunt. Curabis autem sic. Lac mulieris, quæ masculum lactat, & roseum misce, & calefac, & pone pessarium in ore matricis. Item.

Signa.

Cura.

Galbanum cum roseo similitere. Item.

Oui assis vitellum cum myrrhæ modico, & roseo in pessario impone.

3 Ad eas quæ in pectine habent dolorem quasi uestram mordentem. Prisc.

Adipem tempera cum stacte, & adipem anseris, & pessario impone.

4 Pessarium ad magnum dolorem matricis & scabiem, probatissimum. Cleo. i. & Mosch.

R& thuris masculi, mastiches, cerussæ, galbani ana drag. iij. ceræ puniceæ dra. ix. pōpholyges dra. viij. hæc oia tere sine pōpholy-

ge, & cum modico vini albi cō
misce, postea mitte pompholy
gen, & solue ceram, & olei li-
liacei obol. j. admisce, & v-
tere.

5 De dolore matricis caput pro-
prium habet exemplar Græcum, in
Latino desideratur.

DE VALETVDINIBVS

Mulierum quæ per fluxum
sunt, & primò

DE HÆMORRHA-

gia, siue sanguinis fluxu à
matrice.

CAVT XX.

Ex Theod. Prisciano cap. 7.
Gyneciorum.

*Assumata
cū fluxu
sanguinis*

FRequenter, ita rebus circa
abortum faciendum gestis,
vi & vapore adhibitarum
specierum, hæmorrhagiæ pro-
uenerunt, per quas exulcera-
tiones penè incurabiles cursus
læsas fœminas occupauerunt.
Ad hæc, quibus valemus tandè
adiutorijs salubribus obuia-
mus. Hæmorrhagiæ matricis,
licet etiam ex alijs fieri soleât,
attamen quia omnes sub vna
lege curandæ sunt, subiectis ea-
rum causis, adiunctis omnibus
vt arbitror, sub constrictione
passionibus præactis, ad reso-
luta ac sub effusione laboran-
tia descendemus: quæ quàm
maximè sæpe chronicarū mo-

Are caularum difficiles liberatu
sunt. Vaporibus constringen-
dæ sunt ex decoctione speci-
rum omnium stypticarū, quas
etiam nunc subiungo: myrti
viridis flos, mali granati corti-
ces, & arboris pini cortices, &
filiquarum folia, vel baccæ lé-
tisci. Similiter rosa sicca, galla,
ros syriacū &c. & encolpismis
imminere conuenit ex croco,
hypocisthide, acacia, ompha-
cio, lapide hæmatite, lemnia
sphragitide, omnibus runfis,
& mixtis decoctionibus supra
dictarum specierum, aut succis
polygonij, vel arnoglossi tēpe
ratis: post verò spōgia infusa in
posca supposita, muniendæ e-
runt, inguinibus verò lanas in-
fusas succis supradictis impo-
nes. Expedi interea omnibus
superioribus locis, vsque ad
mammillas cucurbitas staltica-
cas imponere: sic etiam inter
scapulas diu perseueraturas,
sed molliter detrahendas. Epi-
themata verò omnia staltica,
quæ dysentericis ordinaui, im-
ponenda sunt, quā maximè ex
dactylis thebaicis in vino vel
aceto decoctis, ex cerotario, cō
mixtis speciebus quoq;, quas
nosti competenter posse con-
stringere.

De fluxu sanguinis à matrice
ex Moschione. & lib. Mat. &
Cleop. pri.

Ex difficillimo partu, vel ex
aborfu, vel ex vulnere in ma-
trice

Curatio.

Cleo-
lum

* Li-
rece
gan-
pen-
men-
* ca
Infr-
nico
* Cl

trice posito, aut quoquo modo ruptione venarū, solet plurimus sanguis per loca muliebria effundi. Subsequitur autē laboranti lassitudo corporis, & tenuitas, fœdus * color, & fastidium. Est autem periculosa valerudo, siquidem cum ingenti difficultate stringitur & licatur. Aliquando tamen non de matrice, sed de ipso linu mulieris, sanguis occurrit. Oportet autem eas cū curari cœperint, iacere in cubiculo breui & obscuro, & medio ceter refrigerato, & firmo. Inferiores pedes altiores capite habeant, cū omni silentio & quiete corporis. Omnis verò motus fluxum prouocat, ita vt pedes cōtortos supra inuicem habeant, & * spongijs magnis in aqua frigida vel posca intinctis, partib. ipsis applicare, hoc est, pectori, renibus, & ad inguina, ita vt frequentius etiam mutetur, ne temperie corporis calefiat. Extrema etiam vniuersa strictiùs tenere, & fascijs ligare oportet, aut aqua frigida submittere faciem, etiam de aqua recenti * fomentare, omneque corpus eius ventilare flabellis. Quin & caput eius oleo frigido & * spanno perungimus, & per interualla acetum sorbendum damus. Encathisma & ex * aqua in qua decocta sint myrta, lentisci, celsa agrestis, coria mali granati, * & eius frō

A des, & bitumen, ita vt cū hæc ebullierint, refrigerant, & sic ibi mulier sedeat. Si verò propter motum, qui fluxui contrarius est, encathismatis vt non poteris, ipsam aquā intus infunde, vel succum plátaginis, aut rubi, aut intyborum, aut vuae lupinæ, vel polycarię herbæ, in pessarium impone. Perseuerante valerudine hypocisthides, & acaciam, & opium in aceto soluta, & diligenter trita in lana alba in pessarium impone, quibus rebus & omphacium interdum admiscemus. Nā & penicillo mollis aceto tinctus bene officio matricis apponitur, vt fluentē sanguinem suscipiat, ne coagulando ibi, partes ipsas vrat, frequentius autem penicillus ipse mutandus est. Cucurbitæ etiam stalticæ cum abundanti igne partibus ipsis à foris bene apponuntur, ita vt ibi diu remaneant, & leuiter tollantur. Epithema etiam quod è thebaicis palmulis constat, aut malis cydonijs, supermisso alumine scisso, galla, aloë, hypocisthide & acacia, & omphacio, ita vt hæc omnia ceroto ex oleo rosato, vel myrtino, & lentiscino facto, colligantur. aut de herbis his epithemata fiant, hoc est, portulaca nigra, * herba polycaria, intybo, vua lupina, & deplátagine ibi sit, * aut cū polenta & aceto misceantur, aut

scia frigida facinus, & ex aqua, &c. * Cleo. mel.

pallidus in
Græco.
Pang-fu

Curatio.

Cleo. linteo-
lum.

* Lib. Mat.
recenti asper-
gant, forte, re-
pentè, & fo-
mententur.
* ωωωωω
Infrà. hispa-
nico.
* Cleo. ex po

* Cleo. stri-
gnus.
* Græc. ita
ut.

cū palmulis in aceto decoctis
 *uidetur ab- vrantur. Vtuntur etiam * exer-
 undare. citationibus, pessarijs quæ ha-
 * Cleo. thus bent gallam, mannam * thu-
 masculum. nis, & chalcitidem, & terrā aste-
 ram, ita vt succo aliquo prædi-
 ctarum herbarum pulueres im-
 misceantur, vel cineres illuc spō-
 giæ combustæ adhibe, quæ hac
 disciplina comburitur. Spōgia
 noua * pice liquida madefacta,
 in cacabo nouo pones, & argil-
 la cooperta illinies, & in furno
 mittes rādiu, quoad arefcet, vt
 puluerem facere possis. Ex hoc
 cochlearium plenum cū prædi-
 ctis succis immittes, * aut cum
 albumine oui * pensas. Sed si
 forsitan assiduitate sanguinis
 aut vstio ibidem emerferit, aut
 vulnus fuerit factum, nō valde
 timeamus. Siquidē trochiscis
 illis, de quibus dyfentericos
 curamus, etiam has sanare pos-
 sumus, dum ea quibus pericli-
 tantur euadere possunt, & sic
 paulatim curari. semper autem
 cibos stalticos damus, hoc est,
 * orizima, lenticula, polenta in
 aceto decocta, & oleo hispano
 condita. Dabimus etiam & in-
 trybum, lactucas, & oua * hapa-
 la. Ex volatilib. etiam palum-
 bes, atagenam, ita vt posca, &
 baccis myrtæ, & oleo hispano
 coquantur, & nouissimè autē
 vinum damus, & ad integrum
 cōfirmatam tardiùs lauari per-
 mittimus.

De fluxu sanguinis mulierum Cubi

alij humores simul erumpunt, ut
 quasi alborum mensium fluxus
 uideatur) ex Mosch. lib. Mat.
 Cleop. 1.

Hæc valetudo ex abundan-
 tia humoris occurrit diuturni
 temporis, quæ ex matrice effun-
 ditur, ita vt varij coloris sit mu-
 lier quæ patitur, & fædum co-
 lorem habeat, & maciem cor-
 poris & fastidium inferat: & cū
 ambulare cœperit, infletur, &
 rumorem in pedibus habeat.
 Differt autem à se hæc valetudo
 in hoc, quod fluxus eius est ali-
 quādo cum dolore, aliquādo
 sine dolore, & qui cum dolore
 est, occurrit aliquādo cum vul-
 nere, aliquādo sine vulnere, a-
 liquādo sordidus, quandoq;
 limpidus. Ille ergo fluxus qui
 sine dolore & vulnere est, vt
 solus humor feratur, prædi-
 ctis omnibus auxilijs curari po-
 test, quæ in sanguinatione ma-
 tricis posuimus. * Sanè si vo-
 luerit aliquis etiam simplices
 potiones dare, nō veramus, &
 sicut est coagulum lepo-
 ris, vel vitulinum, vel agninū,
 vel ceruinum, si fuerit inuentū,
 vel * vinacia cum baccis myr-
 tæ, vel gallas, aut corticem pi-
 ni. hæc omnia rundat & terat,
 & ex puluere horum * drag. ij. * lib. Mat. ha-
 in potione det cum aqua vbi
 mala cydonia cocta fuerint.
 Melius tamē facit, si palmulas
 & mala cydonia decoquat, &
 in ipsam aquam puluerem mit-
 tar,

Cleo. pingue
 dine.

Cleop. ha-
 bet &.

* ἀσπίδος.

* in Græco.
 ἀσπίδος, lib.

Mat. orizis
 Cleop.

* in Græco.
 φύρα.

Cleop. in sar-
 tagine frixa.

B

Signa.

* Cleop. ha-
 bet. Mane sē
 simplices po-
 tionēs dātur,
 iuuāt, ut coa-
 gulum, &c.
 * uel uinum
 è malis puni-
 cis.

* lib. Mat. ha-
 bet scrup. ij.

Cleo. calore. tat, et sic bibere tradat. Quo- A
Cleo. alicæ. ties autem cum * dolore fuerit
lib. Mat. fluxus, encolpizanda est cum
 succo * salicis vel ptisanæ, & om-
 nibus feruentibus & laxato-
 rijis vtendum cataplasmatibus, &
 calidis & boni succi cibis. Nam
 his rebus & in feruore positum
 vulnus curatur. Si verò sordi-
 dū fuerit vulnus, quòd proba-
 tur, quando cum fæculento hu-
 more excluditur, vel limpido,
 illis vtetur, quibus in dysente-
 ria sordida & limpida vulnera
 curantur. In priore tamen cū
 cœperimus de vulneribus in ma-
 trice positus tractare, ibi plenā
 curam eorum inuenies. Cū
 verò chronicus fuerit affectus,
 * cyclica diligentia misera mu-
 lier resumi potest, & pristinum
 succum corporis accipere, &
 omnibus rebus metasyncriticis
 perniciosum fluxum siccare, &
 bonam valetudinem recipere.

* *profluuium.*

Pessarium ad profluuium sang.

lib. Mat.

R̄ acaciæ, coralli, amyli, mā-
 næthuris, croci, gallæ, aloës, a-
 luminis scissi, mastiches ana-
 drag. iiii. vtete cum albumi-
 ne oui.

Ad profluxum sanguinis. Cleo. 2.

Lini semen vstum, & sesamū
 ana, conterere & manducet ma-
 ne vel serò cum caseo caprino.

Ad profluuium mulieris matricis.

lib. Mat.

Mammillas sibi de licio aut
 corrigio caprino liga.

*Ad effusionem sanguinis matri-
 cis. Prisc.*

Grana vuæ sicca, & da cum
 vino, aut folia viridis maluæ cū
 vino.

Potio ad menstrua constringenda.

Cleo. 1. Mosch.

Sunt aliquæ mulieres, quæ
 volunt mēstrua sua differre. Pi-
 per album contusum, & scœnū-
 græcum * equali pondere, tere
 vt puluerem facias, & misce in
 conditum, & da in balneo cum
 ipsa in balneo sederit, die inter
 diem intermissa.

Cleo. drag. i.

Aliud menstrua stringens. Cleo.

Mosch.

Capra cū peperit, antequā
 hædus eius surrexerit, & lac su-
 gere incipiat mulge, & ex eo
 fac caseolum, & in sinistro bra-
 chio in linteo ligatum suspen-
 dito, vt iugiter illū portet mu-
 lier, menstrua stringit. Sed cū
 in balneo ire voluerit, tunc do-
 mi illum inondatum dimittat
 & reponat, reliquis verò horis
 omnibus secum habeat.

Pessarium stegnoticum ad fluxum.

Cleo. 1. Mosch.

Thus masculum, & amidum,
 quod de tritico infuso confici-
 tur, & cymini albi ana obol. i.
 tunde & cribella, * albi guttam
 ammoniaci tere obol. i. postea
 cōmiscens vtete, & miraberis.
 Item. Lycium super carbones
 pones in vase, & mulier desup
 sedeat, vt fumum in matricem
 recipiat, expertum est.

Cleo. alibi.

*Aridum fortassis.
Corion basilicon in lib.
Galeno in scripto de
Gynæcijs.*

Pessarium ad sanguinis fluxum, qui ex partu contingit. Prisc.
* Arion basilicum incède, & tere, & cū aceto inuolue, & impone in pessario. *Item.*
Lapatij succo intinctū pessarium appone.

AD HÆMORRHOIDES IN COLLO VEL orificio matricis. Cap.
XXI.

Ex lib. 1. Cleop. & Mosch.

Hæmorrhoides quidē raro in mulieris sinu inveniuntur, sed frequentius in collo matricis, & eius orificio nasci solent. *Signa.* Signa autem occurrunt mulieribus, quæ eas habent, hæc: Sanguis plurimus raro quidem ordinabiliter, frequentius tamē sine ordine fertur, pallorq; eas tenet cum lassitudine corporis, aliquādo tēsisio & grauedo, & raro apprehēdi possunt. Siquidem verò nos abundantiam sanguinis cohibere velimus & siccare, omnibus illis auxilijs, quæ in sanguinationis matricis cura, & in fluxu muliebri posuimus, utemur. Differunt autē inter se hæmorrhoides naturaliter, quòd quædam sunt simplices & humide, quæ scilicet, & molles, & lenes sunt, & magnitudine * breues. Aliæ verò sunt durissime, & dolorosæ, & dolore omnem vicin-

Cleo. habet febris.

Anitatem percutiētes, & magnitudine grandes sunt, & asperę: quę & propter difficultatē symptomatum, difficillimè curari possunt, & quia in alto sunt, & non videntur. Illæ verò, quæ simplices & breues, cum leuitate inueniuntur, & facillimè curantur. Antiqui ergo, quibus tollere eas placebat, aut chalcitico eas illinibant, aut lino cōstringebant, aut bases earū scarificantes, sic puluerem apponebant, ut paulatim emortuæ ibi caderent. Quæ omnia nos reprobamus, quòd feruor exinde nimius emergat, & ex consensu vicinitatis periculum nasci possit. Nos ergo in accessione, si dolor nimius fuerit, ea quæ ad feruorem matricis apponi iussimus, etiam nunc apponimus. Dolore verò recedente, si plurimus sanguis fluxerit, ea quæ constringere possunt, & encathismata staltica adhibebimus, ipsasque hæmorrhoides puluere qui accipit gummi de prunellis, coria mali granati, & gallas, & sphragitida tãgimus: vel acaciam & hypocistidem vino soluentes illinimus. Dialimmate verò superueniente, resumptis antè viribus laborantis, cū integrum succum corporis acceperit: pridie quàm ad chirurgiam accedat, modicum cibum accipere debet, et competenti schemate collocata, sicut frequēter innuauimus

Curatio.

nuauimus in initio: vel farcola A
bo hemorrhoides tenuantur, i-
ta vt aliquantū extensis ex scal-
pello, prius radices earum sca-
rificet, & in aliquantum artifex
farcolabum cōuertat, qua cūm
fit omnis retentus in aliquan-
tum sanguis, ne plurimus, po-
steaquam tollitur, effundatur.
Dein curā adhibe, quam in re-
centi vulnere frequentius ha-
beo ordinatam. Post sectionem
autem earum, puluerem impo-
nat, vt & reliquæ, quæ sunt, tol-
lantur, & sanguis cohiberi pos-
sit. Nobis autem ille non pla-
cet quo antiqui vtebantur: si-
quidem acerbam virtutem pul-
ueris feruor subsequitur, vnde
duplicari fluxus sanguinis pos-
set: vel ad tempus (si) fuerit re-
tentus, iterum cūm venerit flu-
xus sanguinis, cohiberi possit.

*Ad hæmorrhoides in ore matricis,
ex Prisc.*

Coronam spinæ tere, & su-
per asperge. *Item.*

Balauitig folia & mala cydo-
nia sicca tere, & super asperge.

DE MATRICE HV-
MOROSA. CAP. XXII.

Ex Cleop. 1. & 2.

Curatio.

Qvando autem in matrice
humores multi sunt, ocu-
li dolent, caput calidum
habent vel languidum, & ver-
tiginem patiuntur, curatio ha-
rum hæc est.

A Adipem anserinum, & buty-
rum cum aniso trito & cribel-
lato misce, & in lana vel linteo
tenero suppone. Hoc purgat
omnia vitia matricis.

1 *De humoribus à matrice ad uul-
uam fluentibus, ex Cleop. prio-
re. & posteriore.*

Quibuscūq; matricis humor
ad vuluam responder, harum
corpus frigidū est, nec possunt
aliquomodo masculi coitum
gratum habere. * frigidum ve- *firmū alibi.*
rō intrinsecus habent corpus,
vsq; in extremas partes. Cura
ratio hæc esse debet.

Pini * arboris corticē & gal- *Lini aliās.*

las pari pondere tere simul, in-
de corpus suum aspergāt omni
die, denique coque lentiscum
& myrrum in vini rubri hexa-
gio vno, & fomentetur vesper-
tinis horis, vt possit caleferi, et
protinus se in vestimentis reci-
piat: Sed si cum viro coire vo-
luerit, medicamento, * vnde se ** alibi non se
expurget, non vtatur. Item a-
liud ad malos humores matricis
& ventris abscindēdos. Fer-
ri æruginem cum aceto tritam
pessario iniice.*

2 *Ad rheumaticam matricem.
Priscian.*

Fit effusio matricis aliquan-
do alba & aquosa, vel rubea, &
sanguinea, & nigra sine dolore,
aliquādo cum dolore. Curabis
autem sic. Papauer cū vino ni-
gro bibat, & testam oui cum vi-
no nigro tere, & appone.

Item caprae fimum tere, & appone cum libano. Item acaciam tere cum acri aceto, & appone in lana.

3 Ad matricem plenam humoribus. Prisc.

Vlceribus minutis implentur extrema oculorum, sanguinea sunt, febris asidua & acuta. Cyperum & rutam cum vino albo temperato, ieiuna bibat ad cotylam j. non plus.

4 Ad cursum mulierum ex lib. Matricis.

Folia fici sex cum vino nigro bibat.

Ad fluxum humoris matricis & uitia. Cleo. 2.

Ligni myrti cinis vel puluis: si verò succus cum vino fuerit poratus, prodest. Deinde æruginem tere cum aceto, & subijce in pessario.

Ad humores malos & libidinem. Ibid.

Radices quæ in usu habentur tere, & panno induc, & naturæ appone, & sanabitur. Inuenies verò vermiculos, vt mireris.

Pessarium desiccatorium ad rheumatizantem uulvam & omnem scabiem. ex Moschio.

Rz stybeos drag. ij. plantaginis succum adhibebis, & pones aduersum alborem oui, & utræ. ex stybea & thure facto puluere, de succo plantaginis consperges, & siccerur: quando volueris uti, teres cū albo-

re oui, & utræ.

Alibi sic. ex Cleop. & Mosch.

Rz stybeos lapidis drag. ij. thuris masculi dra. iij. succum plantaginis cum albore oui misce.

Aliud ad rheumatizantem matricem & uulvam Mosch.

Rz thuris, mastiches, gefaste ana drag. iij. ceræ tyrrhenicæ, pompholygos ana obol. j. ista omnia tundes, & cribellabis præter pompholygen, & post pompholygen tritum miscebis, & facies cerotum, & mites olei fusini obol. j. olei myrtini drag. j.

De fluxu rheumatis ex Theod. Prisciano.

Si fluxus perseveras sanguinis, vel humoris cholera variantem molestiam fecerit, quæ nos *ῥῆμα* appellamus, omnibus superioribus imminendo constringendus erit, vel siccandus. Si quis verò etiam potionibus curare velit, habet has potiones similiter à nobis ordinatas. In his autem quæ sanguinem vomuerint, aut dysentericæ vitio laborarint, si humanius res profecerit, vt veluti in chronicis mos fuerat, aliquando commoueantur, aliquando sub blâda dimissione releuentur, quo tempore cycli nobis iam omnis ordo intendendus erit, & arripiendus vomitus, prius frequentius adhibendo, quàm maximè post radicem acceptio-

nem,

nem, exercitijs paulatim immi-
nendum est, aëris mutationi-
bus appetendis locis: Iisdem
psilotron, paroptesin, dropa-
ces, synapismom appono: qui-
bus omnibus perseverando,
vim magnam rheumatis ma-
gnis valeamus adiutorijs supe-
rare. Si sanguineus & cum
dolore fluxus fuerit, etiã phle-
botomo eas expedit releuare,
omnibus his supradictis stypti-
cis imminendo.

DE MATRICIS
HYDROPECA-
put. XXIII.

Ad matricem hydropticam. Prisc.

Signa his sunt hæc. Nares
smucosæ, oculi ægri, loca &
corpus calidum. Cuminũ,
vuam passam, sed modicum
stacten, quod miscens & pessa-
rio appones. *Item.* Rubi radi-
ces coque & bibat ieiuna.

DE MATRICIS
FRIGIDITATE.
Cap. XXIII.

Ad matricem frigidam. Prisc.

Si matrix frigida sit, doler,
& sanguinem profert, & fri-
gidus sudor superuenit.
R̄ terebinthinæ drag. ij. mel-
lis, adipis anserini drag. iij. mi-
sce, & vttere. *Item* arthemisiã,

A & adipem anserinum, cum o-
leo rosato misce, & impone.

DE LUMBRICIS
MATRICIS.

Cap. XXV.

ex Prisc. & Cleop. 1. & 2.

Si vuluæ brachia doluerint,
scias hanc lumbricos rotũ
dos habere, qui frequenter
in ipsa vulua per intestina de-
currunt: harum ergo prurit na-
tura, & venter, & corpus, hu-
mor circa naturam, vt putet se
rheumaticas factas, sudor spif-
sus est, & venter earum impor-
tunus. * Iris illiyrice radices te
re, & rubi radices tunfæ & cri-
bellatæ, cum mali granati suc-
co commixtæ, & ex eo macera-
tum pessarium suppone, antea
verò ex ipso succo fomētabis.
Aliud. De succo hederæ fomē-
teretur, postquam vrinam fe-
cerit.

alibi Vlmi.

DE GONORRHOEA
MVLIERVM CAPVT

XXVI. *ex Theod.*

Prisciano.

Aliquando etiam sperma-
tis spontanei & importu-
ni fluxu fœminæ fatigan-
tur, quod & Græci gonorrhœã
appellât. Hæc quæ in viris hoc
vicio laborâtibus ordinantur,

etiam fœminis conuenit adhi-
beri.

*De eadem ex Mosch. & lib. Ma-
triciſ.*

In hac valerudine quam Græci gonorrhœam appellant, ſemen per interualla mulieribus ſine aliqua viri cupiditate, effunditur, ita, vt cum pallore & laſſitudine corpus earum tabeſcat. Eſt autem valerudo, quæ per fluxum occurrit, & ſit ſemper chronica: Idcirco omnia, quæ conſtringere poſſunt, adhibenda ſunt. Nam & lamina plumbea renib. earum apponatur, & ita faſcientur, & ſtramētis * paucis & æſtius cooperiantur, ita vt ſpecioſos vultus hominum non videât. Nec de partibus venereis fabulæ cum iſſis miſceantur. In dialimma-
te verò merafyncriticis ſolidâ-
dæ ſunt. Quorum omnium cura-
tiones habeo frequenter ordi-
natas.

*Mosch. par-
uis.*

DE PVNCTIONE ET
PRVRITV MATRICIS.

Cap. XXVII.
Cleop.

SI mulieri viduæ vel puellæ virgini dolor aliquis circa corpus compunctionē ac pruritus faciat, vt videatur virum concupiſcere, his periculum eſt, ne vitium incurationis incurrant. Vidua autem i-

psa manum iniiciat, & leuius habebit. Virgini autem ſuccurrendū eſt ſic: Fac illi ſimilitudinem virgē naturalis de cera, & nitro, et cardamomo, ſecū dum ætatis eius magnitudinē, ſed hæc diligēter tere & ſubijce, vt molle fiat, & ſit illic quādiu pati poterit, & carebit vitio
Item fæces vini commixtas cū vino ſuaui decoque, & tepefacto, exinde ea foueatur, & ſanabitur.

Item herbam hellebori fac cū vino ſuaui decoquere, & tepefacto, exinde ea foueatur, quā herbam ſuis, alij * lucerti dicūt: deinde corticem de ſpina tinctum in puluerem redige, & ſuper ipſum locum aſperge.

Item aqua marina tepefacta eā fouebis.

Item nitrum coctum cum * lio-
tione, in quo adijcies lapides ar-
dentes, & exinde fouebis.

Item frumentum vetus decoques in aqua, & exinde mulier ſe foueat.

*Ad pruritus matricis ex lib.
Mat.*

Reprimit pruritus matricis acaciæ ſuccus, aut lentisſci, aut mali granati, & violæ folia, aut mala granata cataplaſmate appoſita, & ariſtolochiæ ſuccus, & aliqua ſtyptica, ſi ex eis fiat encathisma. Sic fomentatio gallæ, aut pſidiæ, aut lentisſci decoctionis.

DE

*Cleo.
tamen
timo
pit.*

forte lacerti.

lycio, alibi.

DE PARALYSI A
MATRICIS. CAP.

XXVIII.

Ex Mosch. lib. Mat. & Cleop. 1.

Signa. **Q**uoties matrix paralyfin
patitur, orificium eius cū
frigore pannosum & soli-
dum fit, et sine sensu, vt ob-
stetricis digitum non sentiat,
ipsaq; mulier vsus venereos o-
dit & fugit, & si * coacta fue-
rit, non concipit. Præterea ad
deambulandū impeditur: mē-
strua etiam aut retinentur, aut
non ordinabiliter occurrunt.
Cura. Curantur autem sicut illæ quæ
cum strictura laborant, aut quæ
cum dolore purgantur. **B**

*Cleo. coacta
tamen ab ul-
timo conci-
pit.*

lacerti

DE MATRICIS LAS-
SITVDINE CAP.

XXIX.

Ex Mosch. Cleop. 1. & libro
Matricis.

Mulierib. lassam matricē
habentib. mēstrua abū-
danter & frequenter in
mēse occurrūt cū fastidio viri,
ita vt sæpius semen retentum,
foras excludatur, & abortus oc-
currat, & ad legitimum tem-
pus pecus non perferant. Est
autem exclusio seminis, vt id
quod in communicatione viri
ad conceptum matrix acce-
perat, id post primum, aut se-

cundum, aut tertium diem fo-
ras excludat: abortum autem
secundo, vel tertio mense, etiā
formatum, sed sine anima &
gracile pecus emittat. Cru-
dus autem partus est quoties
ante legitimum tempus, aut iā
proximē ante legitimum diē,
imperfectus effunditur infans.
Ad hanc valetudinem, benē
hanc transferimus curam, quā
in sanguinatione matricis & in
fluxu ordinauimus. Hæc verò
& per fluxum occurrit, & chro-
nica est.

DE CASV MATRICIS
SEV EIVS PROCIDEN-
tia. Cap. XXX. ex

Moschione.

Matricis casus fit, cū in-
fantem mortuum em-
briulcis adducimus, vel
obstetrices imperitæ cū se-
cūdinis indirectum adducere
conantur, vel aliquo istu cū
ibi mulieres percutiuntur, ob
hæc cadere solet: Aut relaxatis
membranis illis, quibus ex om-
ni parte continetur, & aliquan-
do partes, aliquando omnis
effunditur. Si verò orificium e-
ius tātummodo cadit, cum do-
lore est: si verò tunica quæ in-
tus est cadit, rugosum corpus
sine dolore inuenitur. Si verò
omnis matrix conuersa effusa
est, ad similitudinem oui in mu-
I

Signa.

alibi.

liebri sinu inuenitur. Si autem
 omnis non conuersa est, ma-
 gnitudo quidem maior est, ita
 vt integrum schema matricis
 seruet: & sanguinolenta quidē
 cum integro sensu, quoties ru-
 ptis crinibus qui eam conti-
 nent, effunditur. Pallida verò
 & propè sine sensu, quoties de
 paralyfi neruorū cadit. Opor-
 ter ergo supinam iacere mulie-
 rem apertis pedibus, & si mo-
 dō ceciderit, & adhuc sangui-
 nolenta est, & sine feruore: a-
 qua frigida vel posca diligen-
 ter lotam digitis vel spongia
 rotunda retrorsum eam repel-
 lere, & loco suo reuocare. De-
 hinc lanis vel spongia posca
 madefacta, * fœtum muliebrē
 implere, & competenter li-
 gare, pedem etiam supra pedē
 obuoluere, & cervicali reni-
 bus supposito, altiores partes
 ipsas fasciare, vel inferiores par-
 tes grabati fulcire, vel altiores
 renes mulier habeat. Deinde
 cibum simplicem dare. Si verò
 iterum ceciderit sine feruore,
 primò * initianda est mulier,
 vt exinanitis stercoribus, sic
 matrix reuocetur. Deinde sta-
 tim encathisma adhibendum
 est, aut ex posca frigida, aut ex
 aqua in qua decocta sint lenti-
 scus, myrtus, celsa agrestis, co-
 ria mali granati & rosa. Post
 quod encathisma, illinenda est
 matrix acacia vino soluta, vel
 * folio marino trito, & gallarū

Curatio.

Simul fortè.

al. euacuan-
 da.

A puluere, & gerastam sicut supe-
 rius dixi, cum vino illinenda
 & sic reuocanda, ita vt & lanæ
 & spongię eodem humore ma-
 defactæ, sinum mulieris com-
 pleant. Si verò hīc diu remanē-
 do pallida fuerit * posita, ita vt
 exterius doleat, aqua quidem
 calida vel cum oleo dulci fo-
 mentanda est, vel succo fœno-
 græci, seminis lini, & maluarū,
 & sic reuocanda. Aut si grandis
 fuerit feruor phlebotomanda
 est mulier, & omnib. reb. chala-
 sticis sicut paralyfis curāda est.
 Cū autem frequentius reuo-
 cata ceciderit, & effecta fuerit
 chronica, benè tūc reuocaueri-
 mus, etiam stacticas cucurbi-
 tas lumbis & vertebris impo-
 nimus. Epithemata etiam dia-
 phenicōn, vel diatheonōn em-
 plastrum inducimus, deinde ci-
 bo curamus, primò analeptico
 resumētes, dehinc & metasyn-
 critica coniungimus, in quō et-
 iam metasyncritica pessaria
 apponimus, quæ constant ex
 nitro, vua passa & ficu infusa.
 Si verò frequenti casu alienata
 fuerit, vt nigrescat, vtēris me-
 dicamentis, quibus cancrum
 tollere consueuimus, vel ferro
 nigredinem ipsam alienatam
 & mortuam præcidimus. Si ve-
 rò omnis matrix fuerit nigra
 totū præcidimus. Nec mirū vi-
 deatur & incredibile, quia dixi
 præcidimus, si quidem antea
 paulatim valetudine alienatur

al. effecta.

al. ro.

&

& moritur: sic eā tollimus, *afferunt, quòd frequēti casu est vulnerata, aut in sinu muliebri coherere solet, aut in pinnaculis ipsis conglutinari. Quam rem sapere & difficile & molestum. Nobis autem placet sic eam dimittere, siquidē mulieres plures diutius vixisse antiquitas affirmat.

Si matrix exierit & tardauerit, foris & ulcerata sit, hoc pessario curatur. Prisc.

*Et ceræ tyrrhenicę drag. viij. medullę vitulinę scrup. xvi. opij, croci ana scrup. j. * rosei cyathum j. pessario impone.*

Pessarium ad declinationem & tumorem. Mosch.

Et croci, cęlypi ana drag. ij. medullę ceruinę drag. iij. resinę terebinthinę drag. s. adipis anserini, gelamina ouorum elixa drag. j. oleum irinum & roseum æquis ponderibus commisce, & vttere.

Pessarium ad idem, & ad durities matricis. Mosch.

Et cerę punicę obo. j. adipis anserini, medullę ceruinę obo. j. & s. cęlypi drag. iij.

DE VULNERATIONE MATICIS. CAP.

XXXI.

*Ex Mosch. Cleop. 1. & lib.
Matricis.*

HÆc valetudo aut de vulneribus in matrice positis

A fit, aut difficili partu, aut cū pecus adducitur, vel inciditur, matrix scilicet vulnerari solet: aliquando in acredine medicaminū inuritur. Subsequuntur autē hęc signa. * Dolor partis illic vbi vulnus est positum, humor etiā fertur odore & colore varius, & aliquando plurimus, aliquando modicus, scilicet propter differentiā vulneris. Si verò in feruore fuerit vulnus, * dolor grandis efficitur, vel maxime si in orificio vel in collo matricis vulnus fuerit positū, feruor, & tensio, & pulsus ibi sentitur, humor autē modicus, & sanguinolentus, & feculentus fertur. Si verò sordidū fuerit effectum, dolor quidē aliquantum minuitur, humor autē liuidus, & quasi cum rasuris, & purulentus abundās fertur. Si verò & cacerari cęperit, odor putridus ibi nascitur, quē sustinere nō possis, frequētius etiā sanguinatio fit, sanies nigra fertur, dolor capitis & ceruicis cum consensu oculorum & * inguinum, febres * acutę, tabes corporis, ita vt illa quę laxare possunt malè accipiant, & ea quę cōstringāt vtiliter apponantur. * Cum verò * limpidum vulnus fuerit effectū, et dolor et humor minuuntur, odorq; malus recedit, ipsaq; sanies limpida et coagulata erit. Cū verò cęperis his vulneribus curā adhibere. In feruore (quidē) positum

*Signa.
* Cleo. 1.
dolor capitis
fit, ubi vulnus est.*

feruor.

*Cleo. * ceruicis.*

*lib. Mat. le-
git unguin.*

** li. Mat. ha-
bet factor o-
ris.*

** lib. Mat. la-
pideum.*

** humor. lib.
Mat.*

Curatio,

vulnus ita curabis, sicuti habes curam matricis in feruore posita. Ad fordidū aut vulnus, succū ptisanę cum abundanti melle frequenter encolpizas, & tetrastropharmacum in oleum liliaceum solutū apponis, vel mulsa in aqua, vbi decoctum est fœnogræcum, & tritici furfures excoriatos, bene & lenticula ex eadem mulsa encolpizas. Si verò diutius sordidum remanserit vulnus, bene illuc ad mulsam & marrubium admisce. Nam & orobi pollines, & cireos illyricæ cum melle benè appones, & à foris de pollinibus orobi cataplasma in orificiū imponis. Cū verò vulnus cancerauerit, si locus ipse hic in proximo fuerit positus, vniuersa medicamina, quibus ad cancrū vtimur, illuc benè apponis. Si verò intus fuerit nimium cæcero, difficilis & periculosa cū effectu est. Non enim possumus ad locum medicamen apponere, & cū iniicere quærimus, etiam sanas partes vexamus. Quare oportet nos intus quidē leuiorib. vti medicamentis, foris verò * calidis cataplasmatibus explorato melle & modico oleo, & fœnogræco elixato & cū palmulis terere, & admixto modico vino vel aceto, tepidum cataplasma imponere, vel in orificio frequentius vtaris. Intus autem succos herbarum, plantaginis & zonzur, v-

ua lupinæ & intyborum, vel solos ipsos, vel cum vino modico admixto vel aceto, & sic iniice. Si verò nimietas cancri * affuerit, coria mali granati cum folijs rosæ, & rurionibus oliuę & oleastri, cupressi, etiam melia & mala cydonia in vino coquimus, & sic aut solum encolpizamus, aut ipsi humori admiscemus alumen scissum, vel acaciam, vel lycium indicum, vel hypocisthiden. Melius autem faciemus, si ex ipso humore & encathisma adhibeamus. Releuata verò in aliquatulum causa, possumus & diacardon cum aquata posca iniicere, vel antheram ibi soluere, & omnibus vti iniectioibus, quas in dysenteria habes positas. Sanata verò canceratione, quod vsu probari potest, iuxta proxima loca si omnis ægritudo ceciderit, ex eo quod & dolor minuitur & feruor recesserit, febres etiam tranquillitatis sunt, conuertere debetis (curam) ad vniuersa, quæ feruorem laxare possunt, cibisq; humidioribus vti, in remissione scilicet febrium aut doloris. Cū verò limpidū fuerit vulnus, iam possumus & varios cibos & vinum dare, & lauacro vti. Vniuerso resumpto corpore, poterit vulnus ad cicatricem peruenire. Quo tempore benè vtimur humectatione illa vini, in qua decocta sint rosæ folia, & cydonia

S. scilicet
scilicet

Fl. An. in
un. l. in
un. l. in

Cleo. tepidis

Mosch. ex-
creuerit.

Syn. l. h.

cydonia mala, & mespila, vel forba, vel lenticulæ, ita vt superius dixi, ex ipsis rebus encathismate vtantur. In pessario verò diamoròn bene apponitur, aut diacadmia vel dialadannòn oleo competenti soluta, quæ medicamēta, etiã foras ad vmbilicum, & inferius necessariò inducimus, sicuti cataplasmata, vel his quæ à foris sunt imposta. Altitudinem sic poterit penetrare & emplastro rum virtus à foris inductorum, & intus posita vulnera ad cicatricem (peruenire) quoniam cum inueterata fuerint vulnera, vel nõ competenter fuerint curata, cancrum in matrice facere solent. Idcirco curam huius subiungemus.

Pessarium de ix. rebus, quod facit ad uulnera matricis recentia & feruorem, ex Mosch. & Cleopatrae priore.

Rz ceræ tyrrhenicæ, resinæ te rebinthinæ, adipis anserini, butyri ana obol. j. mellis, medullæ ceruinæ, olei rosati, œsypi, adipis taurini ana ob. ij. misce.

Pessarium ad uulnera matricis, & omnes eius infirmitates, & dolores. Mosch.

Rz seui taurini, æruginis campanæ, resinæ, ostreae vstæ & in puluerem redactæ ana obol. j. adipis anserini drag. ij. succi mali granati quantum sufficit, de his omnibus pessarium

A conficis, & vtêris.

Pessarium ad omnia uulnera, & calefactiones, & tumorem, & dolorem matricis. Cleopat. 1.

Mosch.

Rz ceræ punicæ, butyri sine fale ana drag. x. œsypi, seui ceruini ana drag. viij. adipis anserini drag. iiij. olei rosati quod sufficit misce: facit verò & ad dolorem lumborū, & ad tumores, & omnes infirmitates.

*Pessarium desiccatoriū ad * uulnera rheumatizantia, & ad omnia uulnera, & ad omnem scabiem Cleop. priore & Mosch.*

** Mosch. ad uulua rheumatizantem.*

Rz stybeos dra. ij. thuris masculi drag. ij. plantaginis succum accipies & appones, de stybea & thure facto puluere succo plantaginis consperges, & siccetur, quando volueris vti, teres cum albumine oui & vtêris.

Pessarium magnum ad uulnerationem, & ad omnem scabiem nimium probabile. Mosch.

Rz thuris masculi, mastiches, cerussæ, galbani ana * dra. iiij. Cleop. drag. ceræ punicæ * obo. j. pōpholygos * dra. viij. hæc oia tere sine * Cleop. dra. pompholyge, & cū modico vino albo cōmisce, & tere, postea mitte pompholygen, & soluens ceram & olei liliacei obo. j. immittes, & vtêris.

DE VLGERIBVS MATRICIS CAP. XXXII.

Ex Prisciano.

℞ adipem porcinum, & in molli lana suppone. Item. ℞ oui testam, & sefeleon cum rosa ceo misce, & impone.

Ad ulcera matricis à pessarijs mentes aut abortum cientibus. Theod. Prisc.

Si vlcerata ex his matrix fuerit, quibus vlcerib. internis putredo frequentius sociatur, aduerteres ex egestionibus, quatenus debeas causæ succurrere, adhibendo diachartū, Athenē trochisco ex auri pigmēto, calce viua, sandaracha & charta combusta, & cæteris similibus ita confecto & temperato ex succis omnium specierū in capite de hæmorrhagia supradietarum.

Ad ulcera matricis ex partu.

Prisc.

℞ olei scrup. iij. & butyrum vetus, misce & fac pessarium & suppone.

Ad matricem quæ exierit, & tardauerit foris, & vlcerata sit. Prisc.

℞ ceræ tyrrhenicę drag. viij. medullæ vitulinę scrup. xvj. opij, croci, ana scrup. j. rosei cyathum j. pessario impone.

Ad ulcera in corpore (matricis) à prurigine. Cleo. 2.

Fæces vini cum vino suauicoque, & eo tepido foue. Item. Nitrum coctum tere cū lycio,

& immitte lapidem ardentem, & inde foue. *Item.*

Fruentum vetus coque in aqua, & inde foue.

Ad ulcera & uitia uulue sordida uel putrida. Cleo. 2.

℞ arsenici obol. j. chartæ combustæ obo. j. & s. elaterij obo. j. lathyridis obol. j. sulphuris uiui obol. j. teres & illines, aut in pessario subijcies bis in die & nocte, & curasti eam. *Item.* Styracem contere cum oleo rosato, & in pessario subijce. *Item.* Cyminum, & nitrum, & cælypum ana contere, & passim modicum mitte, vt sit mellis crassitudo, & in pessario subijce.

B *Ad tumorem ulceris, & inflationem, & si urinam non fecerint. Cleo. 2.*

℞ apij feminis obol. j. anethi obol. ij. piperis longi obo. j. castorei obol. iij. opij obo. vj. tere, & cū melle confice, & in pessario subijce. Dein si opus fuerit, da ad magnitudinem auellanæ cū aqua calida, ieiuna bibat, vel serò post interuallum cœnæ, vel iuxta virtutem, si februerit, sine periculo dabis.

Potio ad idem. ℞ tragacanthæ aut myrrhæ scrup. iij. cum aquæ cyathis iij. tere, & ex eoda mane ieiunę quandiu oportuerit. *Aliud.*

℞ petroselini cribellati scrup. v. cum calidę cyathis tribus, da cum aqua mullâ.

DE

Signa
cri.

Mosch. at
larc.

Curatio

DE CVRATIONE A
CANCRIMATRI-

cis. Caput.

XXXIII.

ex Moschione. & lib. Ma-
triciis.

Signa can-
cri.

Mosch. anhe-
lare.

Curatio.

Cancro in matrice posito, aliquando cum vulnere est, aliquando sine vulnere, & cum punctiōibus dolor occurrat omnem vicinitatem pulsans, ita vt ad renes & ad vertebrae, & ad vmbilicum dolor perueniat, & cum * ambulare voluerint, tunc maximè contingit vniuersi corporis inæqualitas cum horripilatione, dolor capitis (adest) & nervorum cum oculorum basibus, sudores frigidi, animi defectio, languor & difficilis respiratio, somnus modicus, & cibi fastidium. Si verò vulnus habuerit, & humor putridus & sæculentus fertur frequētius, & ad tactū duritia quædam ibi inuenitur. Haber autem hæc valetudo accessiōes, & dialimmata, vt quoties in accessione est, cibus quem acceperit, aut corrumpatur, aut in totum reijciatur, ventrem etiam solutum faciat, ruficula quoque sicca occurrat. Cùm verò dialimmata sunt, id est cum leuiantur prædicta omnia, aut ex parte cedunt, aut trāquillantur. Quoties ergo in accessione inuenitur, rebus para-

goricis curādus est, ita vt cùm abundātis humoris affluxū fuerit, stalticæ res apponantur: si cū feruore chalasticæ, sollicitè tamē omnia hæc faciēda sunt, siquidem omnibus rebus, quæ apponuntur citò in peius prouocari consuevit. Quare ergo si cum fluxu fuerit, benè oleum rosatum tepidum iniicitur, vel herbæ canicularis, aut plantaginis aut intyborum succus, ita vt aut foli succi iniiciantur, aut admixto modico vino, in quo decocta sint rosæ folia, & melilotus & crocus, * quibus intincta pessaria apponi possunt. Si verò feruor fuerit, & illa signa accessiōis occurrerint, oleū dulce, sed nō valde calidum, iniiciendum est, aut simplex cum modico melle apponendum pessario, quod etiam aliquando adipēs recentes anserinos vel gallinaceos accipiat, & sic apponatur, quin & fomento, & encathismate, & vaporationibus, & cataplasmate à foris bene vtimur. Cibus ipsius cum palmulis teratur. Cùm verò dialimma venerit, analeptico cibo primò resumpta est. Dehinc & paulatim latenter metasyncritica subiūgenda sunt: ita enim omnes ex nimietate excessus huic valetudini sunt contrarij, vel maximè tamen cibi indigestio, quæ hanc valetudinem ad periculū applicare consuevit. Hac verò

Ma. liber,
quæ etiam in
pessario trita
apponi possunt.

diligētia, & si mulier in totum curari non poterit, vel non grauisissimis doloribus torquetur, & sine tormento diutius vivere potest. Multi autem cum temporibus seruire non nouerint, & rebus acerrimis in ipsa accessione utantur, asseuerant quod nullis medicaminibus hæc valetudo consentit, cum imperitia eorū, quicquid appositum fuerat, reprobari uideatur.

Ad eadem Priscian. & Cleopat. 1.

Si quæ cancrum in matrice habuerit, fit dolor in ventre & sede, ut putet se spinam, vel lignum habere in ventre, aliquando fit effusio sanguinis cum urina.

Cretā filliatam. Prisc.

* Vitem syluaticam, & alumē scissum, & nitrum in ligno tere, & cataplasma impone. facit ad omnem passionem, & ulcera, & carcinomata mulierum tam in matrice, quam in toto corpore.

Præterea impone succum foliani cum adipe anserino equali mensura, & utatur in pessario. *Item.*

Raphanum tere cum melle, & appone, & utere hiera & myrrha.

DE FISTVLIS MATRICIS. *ex Mosch. Cap. XXXIIII.*

Subsequitur cancri curatio nem schema de fistulis in

A. matrice positis, quod transferre nolui, siquidem obstetricibus superuacue hæc insinuauerimus, cum & peritissimos Medicos ad inspiciendum & curandum hæc fistulæ turbare possint.

DE VARIIS PESSARIIS MATRICI SERUIENTIBUS. *ex iisdem. Caput*

XXXV.

HAtenus de his satis dixisse videor. Nunc quem admodum pessaria fiunt, quæ etiam vocabula habeant, quasue differētiæ & ad quam rem profint, demonstrabo. Primum pessarium quod dicitur

B * colops, quod & tyridō dicitur, quasi collyrium medicinale, sed longius atque plenius nimirum trium vel quatuor digitorum, maxime ad eas, quæ abortum facere festinant, & intrinsecus loca attingere possint. Deinde aliud pessarium est, quod vocatur * splendoniis, quod ex lana fit, & in latitudinem modicam deducitur, lateribus scilicet collectis, & fit densus. Dehinc in medicamento linitur parte utraque, & cum subiectum fuerit, supplicatur, ita ut caput eius foras dependeat, quod facilius auferri possit. Balanum, quod & scyanus Aegyptius dicitur, aliud pessarium genus est, oliuæ * maioris magnitu-

Colopus aliis.

al. Splendoniis.

al. minoris.

ex Mo
ne. 12

magnitudinem habens, & de quo-
 quocunq; medicamento illi-
 niatur, in lana inuoluitur, quæ
 & ipsa quoq; vnctionis reme-
 dio tacta, in se inuoluta pari-
 ter, subijciatur: ad dolore vul-
 uæ, aliquando etiam singuli
 medicamento, quod ad vitium
 vnius cuiusq; rei oportebit, illi-
 nitur. Scyanus qui dicitur, sic-
 cus inijcitur, & facit ad ficcita-
 tem quæ conceptui resistit: for-
 matur autem eodem modo vt
 balanus, minor quidem, sed
 eadem ratione: aliquando sic-
 cus subijcitur antè vt dixi ad
 ad os vuluæ. Aliud verò crœce-
 us dicitur, hoc ita lana molli
 colligédū est, vt capacitatē vul-
 uæ supplere possit, & prodest
 eis, quæ ab oppressione vuluæ
 vexantur. Aliquando etiam hu-
 iusmodi mulieres lanam sibi
 subijciunt, quoties masculum
 in cōcubitu suscipere volunt,
 & sæpe nocet, si caput vul-
 uæ à lana stipatum præmatur.
 Quo facto, vulua sine vulnere
 intumescit, cuius remedium
 capite de * tumore vuluæ su-
 prascriptum est. Nunc etiam
 necessariò adiungimus pessari-
 orum compositiones, quæ ad
 diuersas valetudines facere
 possunt, & ab antiquis diligen-
 ter scripta sunt.

*Pessarium ad infrigidationem ma-
 tricis, & quæ sub umbilico dolet. pur-
 gat, relaxat, & menstrua deducit sine
 dolore, & facit ad eas quæ non purgan*

*tur, ad conceptum. ex Moschion. &
 Cleop. priore.*

*Rz spicæ nardi drag. x. * facis Cleop. fascis
 gallicos.
 g. i. drag. ij. aluminis iudai-
 ci drag. i. xylobalsami dra. iij.
 C. drag. i. * drag. vij. * Cleop. viij.
 croci drag. i. libani, iris Illyricæ
 ana * drag. iij. costi, bdellij ana
 drag. iij. (drag. iij.) myrrhæ tro-
 gloditicæ drag. ij. terebinthinæ
 drag. xv. (xvj.) staphis agriæ he-
 minam j. mellis tantundem, cō-
 fice simul & vttere.*

*Pessarium conceptorium, ad tumo-
 rem & callositatem matricis, & ad du-
 ritias matricis. ex priore lib. Cleop.
 & Moschio.*

*Rz cerussæ, medullæ ceruinæ,
 ceræ punicæ, butyri, olei glau-
 cini, & nardini ana drag. j.
 (drag. ij.) resinæ, terebinthinæ,
 mastiches, thuris masculi, spu-
 mæ argenti, æquis ponderib. vt
 suprâ scripta sunt, quæ sicca
 sunt tundes, & cribellabis, &
 solues suprâdictas species, &
 vtêris, permagnū est & proba-
 tissimum.*

*Pessarium ad omnia vulnera, & ca-
 lesfactiones, & tumorem, & dolorem
 matricis, ex priore lib. Cleop. & Mo-
 schione. Facit etiam ad dolore lumbo-
 rum, & ad tumores, & omnes infirmi-
 tates.*

*Rz ceræ punicæ, butyri sine
 sale ana drag. x. œsypi, seui cer-
 uini ana drag. viij. adipis anseri-
 ni drag. iij. olei rosati quantū
 sufficit.*

Pessarium ad eas, quæ tumorem ha-

bent in matrice, aut pars eius euulsa est, aut uexata de strictura, aut de seruire laborant, aut quæ non purgantur. Ex Moschione.

℞ adipis gallinæ, adipis anserini, adipis porcini recetis, medullæ ceruinæ, ceræ punicæ, olei glaucini, olei irini, olei cyprini, olei nardini, succi hysopi ana obol. iij. resinæ terebinthinæ, resinæ frixæ ana obol. j.

Pessarium aliud chalaisticum, si dolor fuerit in matrice, aut impedimentum ad ambulandum, ex priore lib. Cleop. & Mosch.

℞ ouorum gelamina elixata * Moschio. drag. ij. croci drag. iij. hysopi, farinae tritici drag. iij. medullæ ceruinæ obol. ij. ceræ punicæ obol. ij. & s. adipis anserini, terebinthinæ ana obol. j. Medullam, & ceram, & adipem coques: species uero tunlas & in puluerem redactas, cum gelamine ouorum mices, & illud quod coctum est tepidum immiscebis, & uteris.

Pessarium ad matricis motionem, & apostema, & ignem sacrum, & febres, & apostasim, & caligines, & punctiones doloris mire iuuat ex Cleop. lib. priore. & Prisciano.

℞ ceræ, medullæ ceruinæ ana drag. vij. terebinthinæ, adipis anserini, ana dra. iij. olei cyprini obo. ij. utatur in pessario.

Item ad pectinis dolorem, & dorsus, & uentris, & frontis, & quæ stare non possunt. Prisc.

A Adipem anserinum & myrobalanum cum uino mellino tere, & in linteo appone.

Pessarium ad omnes matricis dolores, & infirmitates, & uulnera. ex Moschione & Cleop. 1.

℞ seui taurini, * eruginis cæpanæ, resinæ, ostreæ uftulatæ & in puluerem redactæ ana obol. j. adipis anserini drag. ij. succi de malis granati quantum sufficit. De his omnibus pessarium conficies, & uteris. * Cleop. ceruini.

Pessarium aromaticum ad eas quæ difficile impregnantur, & ad duritiam & constrictionem matricis ex Cleop. lib. 1. & Moschione.

℞ adipis * anserini, olei ueteris, ceræ punicæ, olei nardini, terebinthinæ, medullæ ceruinæ, succi hysopi, butyri ana obol. j. solue hæc omnia lento igne, & appone thuris masculi in mortario triti obo. j. spumæ argenti, cerussæ ana obol. j. per se in alio mortario trita, postea commisce omnia & utere. * Taurini.

Pessarium paragorizatum, hoc est, quod mitigat omnes dolores & omnes inflationes ex li. priore Cleo. & Moschione.

℞ fœnograci, succi feminis lini, olei dulcis ana obol. j. coque succum & oleum ad consumptionem succi, deinde adde ceræ punicæ obol. j. deponere ab igne ut frigeat, & appone adipis passerini obol. j. (Moschion. adipis de pasta) gelat, & utere (Mosch. cola, & utere)

Pessarium

Pessarium relaxatorium. ex Mosch.

℞ adipis passerini, axungie, adipis anserini, ceræ punice ana obol. j. olei cyprini obol. iij. misce simul, & vtere.

Pessarium malasticum, ex Cleop. 1.

℞ Mo ch.

℞ ceræ thyrrenicæ obo. iij. (drag. ix.) adipis anserini, œsypiana drag. viij. medullæ ceruinæ, croci ana drag. iij. resinæ terebinthinæ drag. ij. mellis cotylam vnam (quantum sufficit) olei rosati quantum sufficit misce.

Pessarium malacticum ad durities, & ad declinationem matricis. Mosch.

℞ ceræ punice ob. j. adipis anserini, medullæ ceruinæ obo. j. & s. œsypi drag. iij. misce.

Pessarium Libianos. Cleo. 1. Moschion.

℞ styracis, mastiches, adipis gallinacei, medullæ ceruinæ, olei cyprini ana obo. j. ceræ thyrrenicæ obol. ij. misce.

Pessarium quod duritiem, feruorē, tumorem & constipationē tollat. Cleo. 1. & Mosch.

℞ adipis gallinæ, porci, medullæ ceruinæ, ceræ albæ & punice, thuris masculi, mastiches, olei lentiscini, olei communis, cerussæ, butyri ana partes equalles, hæc omnia cōpones & pessarizabis.

Pessarium relaxatorium ex Clep. 1. Mosch.

℞ ceræ obol. ij. & s. adipis anserini, taurini, olei rosati ana

obol. ij. terebinthinæ obol. j. & s. ceroti, œsypi, butyri, medullæ ceruinæ ana obol. j. tere & vtere.

Pessarium chalaesticum ad duritiem & inflationem matricis sic conficies. ex lib. Cleopatræ priore. & Mosch.

℞ cedriæ obol. j. adipis fasciani, butyri ana obol. ij. olei liliacei. obol. vj. axungie porci obol. iij. adipis anserini obol. j. & s. medullæ ceruinæ, terebinthinæ ana obol. iij. ceræ obol. vij. olei nardini obo. ij. solues species & admiscebis oleum, & temperato medicamine curabis, & miraberis effectū. Primò encolpismū parabis, & sic curabis de isto medicamine.

B ℞ succi fœnogræci, succi feminis lini, succi ptisanæ singulos calices minores, & mellis merum j. & * sic per tridū facies, & sic medicamē adhibebis vt nullum sit impedimentum.

* hoc.

Pessarium aromaticum ad duritiem matricis. Cleop. 1.

℞ resinæ terebinthinæ drag. ij. ceræ punice drag. viij. œsypi, butyri, croci, medullæ ceruinæ drag. iij. olei obol. iij. adipis porcini, spicæ nardi, pollinis fœnogræci & meliloti drag. j. calsiæ, costi, drag. ij.

Ad eas quæ antè & retrò patiuntur, etiam in coxa, & per totum uentrem, neq; surgunt, neq; dormire possunt.

℞ butyri drag. iij. medullæ ceruinæ scrup. iij. tere, commisce, & vtere.

DE MAMMILLARVM A

AFFECTIBVS. CAP.

XXXVI.

*Ad mammillarum dolorem, uel si
doluerint ad partum ex Cleop.
lib. 2. & lib. Matricis.*

Ovorum unde pulli exclu-
duntur testam, & ouorum
coctorum vitella tria tē-
pera diligenter, & aliquantu-
lum olei rosati, & ceræ quantū
sufficit, & fac cerotum & in lin-
teo inductum impone. *Item.*

Ceram & adipem porcellæ vir-
ginis recētē simul tere, & o-
lei rosati quātum sufficit, & in
linteo inductum impone. *Item.*

Fœnogræcum ex aqua deco- **B**
ctum, & appone.

*Ad tumorem & dolorem mam-
millarum ex Cleop. 2.*

Ammoniacum tritum cū a-
qua frigida, mammillis illine,
& superpones folia lactucę aut
cauliculi, statim iuuat. *Aliud.*
Folia persici tunde, & impone,
aut fœnogræcum coctum tere,
& vt cataplasma impone.

*Ad tumorem mammillarum, ex
Prisciano.*

Ceram cum oleo coque do-
nec soluatur, & sic tere & simul
cum cera solue, & cataplasma
imponere.

*Ad cancrum mammillarum, ex
lib. Mat.*

Pulegium tritum in lana ei
suppone.

*Ad duritiem & ulcera mammi-
larum, & si uermes habeant, ex
lib. Mat.*

Aristolochiam rotundam cū
melle impone, vel succum radi-
cis eius illinito. *Item.*

Symphoniacæ folia cū axun-
gia tere & impone. *Item.*

Quinq; folia tere, cum axun-
gia impone. *Item.* Cerotum
ad idem.

Rz cerussæ obol. j. adipis an-
ferini obo. ij. misce, & in linteo
lo impone.

Ad ubera ulcerata, ex Prisciano.

Portulacam tere cū oleo ro-
faceo, & in linteo impone.

*Ad duritiem uberum, & inflatio-
nem, & carcinomata, & omniens
passionem. Prisc.*

Caulem viridem tere, & cata-
plasma fac. Succum autem e-
ius spissum illinas.

*Ad ulcera & cancrum, hoc est,
diathesin.*

Folia hederę coque fortiter,
& ex apozemate fomenta.

*Vt uirgini māmilla non crescant,
ex lib. Mat.*

Ceram cum oleo lentiscino
solue & super liga. Policarię se-
men & cicutæ semen misce. In
aqua papauer decoctum sit, &
in linteo inductū superpone, et
liga per dies tres, quarto verò
die solue ex aqua frigida.

*Vt puella ubera non crescant, nec
pueris testiculi, ex Prisciano.*

Herbam melisiā tere, & em-
plastrum fac, & impone. *Item.*

Semen

Semen papaueris coque, & in aqua pluuiali tere, & in linteo impone dieb. trib. & fascias. Itē ex cinere cataplasma trib. dieb.

DE PARERGIS QVIBVS-DAM. CAP. XXXVII.

Ad uitia quae iuxta anum nascuntur. Cleo. 2.

Rz cerussae obol. ij. medullae scru. ij. ad prunam solue, & in spuma argēti pari pondere tēpera, & misce, & adde vini & olei quantū sufficit. Itē cespum cum rosaceo tere, & vtere.

Ad condylomatā quae in ano nascuntur. ex Cleop. 2.

Marrubiū cōbure & aspge, vel rosam siccam cum vini quartario, vt sit sicut mel, tere, & post misce & lentisci aliquātulū in vase nouo coque cū rosa in vini sex. j. ad mellis spissitudinē, & si vis cum micis panis, & in linteo impone.

Ad dysenteriam. ex lib. Mat.

Rore radices palo ligneo effofas excoria, & cortices in vino nouo coque, & da ieiunae per triduum.

Potio ad somnum. ex Cleop. 2.

Apij feminis scru. ij. opij scru. j. in vino dulci da bibere, donec vadat dormitū. Item. Iusquiami scrup. iij. mandragorae scrup. s. & vini vel aquae sext. da maximam potionē scrup. j. & s. mediam verò cum scrup. s.

Si affellare non poterit. ex Cleop.

Mellis cochlearia quinq; & pauca salis grana in pultario

coque, donec fiat nigrū & spissum, & fac collyria, & in anum mitte. Itē. Stercoris soricis grana viij. vel xxj. & aluminis modicū cū melle tere, & lanā in eo macera, & in anū subijce. aut spissum sit, collyria singula fac, & subijce.

Ad urine difficultatem ex Mosch. & Cleop. 1.

Althee radix in vino decocta si bibatur, vrinæ difficultatem soluet.

Potio ad somnum. ex Cleop. priore.

Rz castorei mūdi scrup. iij. opij scrup. j. s. hæc simul in mortario trita cū melle cōmisce quo usq; malagma fiat, post conde. Vnde dabis pillulas in modum fabe minoris in hemina dulcis vini, dolorib. maximè prodest, facit etiam somnum grauissimum tandiu donec eadē hora perueniat, qua illud medicamentū acceperint, & sic à dolore liberantur.

Vt candidae fiant manus & collū. Prif.

Farinae orobi obol. ij. nitri scrup. iij. prisanae obol. j. tere, & cū aqua laua.

Parergon etiam hoc, cuius titulus est, Ad incisionem faciendam ex Cleop. libro priore.

Rz symphoniace radices, fella de tribus pullis, ireos, aloē hepaticum, mastichē & parietariā, hæc puluerizata & cum melle confice, & panno indutum fronti superliga.

F I N I S.

GYNÆCIA, SIVE

AFFECTVS ALIQVOT MV-
LIERVM GRAVISSIMOS, PRÆCIPVE QVI

*ad chirurgiam spectant, curandi ratio: ex præstan-
tissimi inter Arabes medici Albucasis
medendi methodi libro II.*

DE CVRATIONE ALRATICA,

Caput LXXII.



ALRATICA est
vulua mulieris
nō perforata, aut
fit foramen par-
uum, & est aut na-
turalis, aut accidentalis, & acci-
dentalis est ex ægritudine quæ
præcessit, & ipsa quidem fit aut
ex carne nata auctiori, aut si-
phac subtili aut spissa, & fit aut
in profundo matricis, aut in la-
teribus eius, aut in superiore,
aut inferiore eius parte, & pro-
hibet à coitu & prægnatione
& partu, & nonnunquam pro-
hibet & menstrua, & cognitio
illius fit per aspectum obstetri-
cis. Si oppilatio est appa-
rens propinqua. Si autem nō appa-
ret, tunc quære eam digitis, aut
radio. Si autē oppilatio est ex
siphac subtili & est propinqua
duobus labijs, tunc propera &
disrumpe ipsam: oportet autē
vt ponas super duo labia pul-
villos, deinde pone indices tu-

os duarum manuum simul, & mu-
lier sit super dorsum suum ex-
pāsis cruribus suis, deinde extē-
de duo labia fortiter, donec dif-
rumpitur siphac subtile, & ape-
riatur oppilatio, deinde accipe
lanam & imbue eam oleo, &
pone ipsam super locū, & coe-
at mulier omni die, vt non de-
nuō consolidetur locus. Si au-
tē siphac est crassum spissum-
ūc, tunc oportet vt feces ipsum
spatumili lato simili folio myr-
ti. Si autem oppilatio est ex car-
ne nata, tunc suspende eam vn-
cinis & incide eā, & sint apud
te medicinæ quæ sistant fluxū
sanguinis absq; mordicatione,
sicut acacia, & sanguis draco-
nis, & thus cum albumine oui,
deinde administra cannulā ex
plumbo amplam, vt non conso-
lidetur vulnus velociter, tene-
at eam diebus aliquot, & admi-
nistra liciniū ex lino sicco, de-
inde curetur reliqua curatione
consolida-

*Cura hinc
siphacis*

consolidationis, donec sanetur. Et quandoq; accidit in matrice vt nascatur alius generis auctiores præter naturam carnes, oportet ergo vt incidantur secundum hunc modum. Cū verò est apostema cancerosum in matrice, ne ferro tagas, neq; enim vllus omnino est ferri vsus in cancroso apostemate matricis.

DE CVRA HÆMORRHOIDTRÛ & thelil, & bothor rubeæ, quæ accidunt in vuluis mulierum, Cap.

LXXIII.

Hæmorrhoides sunt apertio orificiorum venarū vt fluat ex eis sanguis multus assidue. Cū ergo anti quantur hæmorrhoides fiunt thelil. Dicitæ autem sunt à me in diuisione species earum, & dicam nihilominus hoc loco species quæ recipiunt curationem. Scias ergo quod hæmorrhoides & thelil, quando sunt in profundo matricis, & non apparent sensui, tunc non debent ferro curari neq; possunt. Quæ autem sunt in orificio matricis quæq; videri possunt ferro curantur. Oportet ergo vt intromittas mulierem in domum frigidam, deinde extende althelil forficibus, aut panno aspero, & incide eas ex radicibus suis, deinde pulueriza su

A per eas ob fluxum sanguinis ex vno puluerum qui sistit sanguinem absq; mordicatione, sicut acacia & sanguis draconis, & thus, & similia. Deinde impellat pedes suos ad parietem hora vna, postea deponse eam in aquam frigidā. Quod si per seuerat fluxus sanguinis, tunc fac eam sedere in decoctione sumach, & corticum granatorum, & gallarum, & similium. Deinde accipe farinam hordei & confice eam cū melle & aceto, & fac emplastrū cum eo super dorsum eius. Si ergo absconditur sanguis bene est, & si non, admoueas dorso vëtofas, & mammillis absq; scarificatione, deinde accipe lanam & imbue ipsam in succo tarathit, aut succo arnoglossæ, aut succo ramorū aulalach cū vino pontico, & fac vt adhæreat loco. Cū ergo quiescit apostema, tūc cura locū vnguentis, donec sanetur. Albathir verò rubeum est simile capitib. alhahasse, & est asperi aspectus. Oportet ergo vt incidas quod apparet ex eo secundum quod dixi in thelil æqualiter, & cura ipsum, donec sanetur.

DE PERFORATIONE EXITURÆ quæ accidit in matrice, Cap. LXXIIII.

Accidunt in matrice species multæ apostematū
m 4

sicut cancer, & apostema lapideum, & vlcera, & dubelati, & allekilati vt vocant medici, & fistulæ, & hæmorrhoides, & rhagadiæ, & thelil, & apostema calidum. Ego iam antè dixi omnes has ægritudines, & species, & signa ipsarum, & earum curationes in diuisione. Opere precium autem videtur vt repetam in hoc tractatu apostema calidum quod accidit in matrice. Si est ex apostematibus quæ colligunt sanguinem. Oportet vt consideres, si dolor eius apostematis in inceptio- ne sua est acutus, cum percussione, & flamma, & febre, & vides ipsum rubere, tunc nõ properes curare ferro, nec perforatione, sed cura ipsum eo remediorum genere quod facit ad maturitatem, donec quiescat acuitas accidentium, tunc oportet vt facias sedere mulierem super sedem quæ habeat duo sedilia, & reclinetur super dorsum suum, & contrahat pedes suos ad partem inferiorem ventris, & sint coxæ eius expã- sæ, & ponat brachia sua sub genibus suis, & liget vtraq; ligamento conueniente ad illud, deinde sedeat obstetrix à latere dextro, & administra instrumentum quo aperitur orificiũ matricis. Cuius forma ob oculos in sequentibus ponetur. Et oportet quãdo vis administrare hoc instrumentum vt figas

A cum radio profundum matricis mulieris, vt non sit illud instrumentum quod ingreditur longius quam matricis profunditas ne lædat infirmam. Si autem fuerit instrumentum longius quam profundum matricis, tunc oportet vt ponas puluillos super os matricis, vt prohibeatur introitus instrumenti totius in profundum matricis, & oportet vt ponat vertiginẽ quæ currit in instrumẽto ex latere superiore, & vt teneat instrumentum & reuoluat minister vertiginẽ, donec aperiatur profundum matricis. Cũ ergo apparet exitura & tangitur manu, & est lenis, mollis, tunc

B oportet vt seces caput eius spatium lato. Cũ ergo euacuatur sanies, tunc oportet vt ponas in vulnus licinium imbutum oleo rosato, aut oleo viridi, in quo sit quiddam stipticitatis, & pone licinium extra sectionem in profundo matricis, & exteriũs quoq; supra matricẽ & super pectinem lanã mundã submersã in aqua in qua bullitæ sunt maluæ, deinde curetur post duos dies vnguento quod conuenit, donec illud sanetur. Et quandoq; abluitur matrix & vulnus, ita quod clysterizatur cum aqua & melle, deinde cũ aqua in qua cocta sit radix lilij, aut aristolochia longa, deinde redeat ad vnguentum. Quod si vulnus fuerit absconditum

tum interiùs in matrice tunc non debemus ferrù adhibere, sed veniendum est ad eam curationem, de qua diximus in tractatu quem inscripsimus diuisionem, cum eo quod diximus in diuisione.

AD DOCENDVM OBSTETRICES qualiter medicentur embryonibus uiuis, quãdo egrediuntur secundum formam non naturalem, Cap.

LXXV.

NEcesse est obstetrici vt cognoscat imprimis figurã partus naturalis. Signa aut naturalis partus sunt, quando uides mulierem comprimi ad inferiora, & desiderat odore aërem, & propter descendẽtem foetum leuatur in superioribus uteri partibus, & festinat exitus embryonis, tunc scias quod iste partus est secundum figuram naturalẽ, & est exitus eius super caput suum, & secundina cum eo, aut suspensa vel pendens ex umbilico. Cùm ergo uides ista signa, tunc oportet vt cõprimatur uterus eius, vt descendat embriõn velociter. Nam quando descendit super caput suum descendit secundina cum eo & mundatur ab illis superfluitatibus mundificatione salutari. Qui autem foetus non exit hoc modo est innaturalis, illaudabilisq; quo-

Aniam quandoq; egreditur foetus super pedes suos, & egreditur corpus eius ante caput ipsius, & pedes eius, & manus eius vna, aut pes eius vnus, alijsque multis modis ineptissimis ad emittẽdum. Nam nonnunquã vertitur super collum suum, & prorsus trasuersus exit. Necessè est ergo obstetrici vt sit prudens, subtilis in istis rebus omnibus, & caueat ab errore & deceptione. Ego fideliter in præsentiarũ docebo, quid obstetricibus & astantib. alijs sit agendum quocunq; modo foetus se exiturum ostẽdat, vt obstetrices in promptu habeant quid facto opus sit. Quando egreditur foetus super caput suũ egresione naturali, & mulier non facilè fert, doloresq; vehementiores sunt, & adeo difficilis fit partus vt videas virtutem eius iam debilitatam, tunc iube eam sedere super sedem, aut mulieres teneant eam, & vapore vuluam eius cum foenu græco decocto, & cum oleis humidis, deinde intromittat obstetrix inter digitos suos spatulam parua & findat cū eo secundinam, & secet eam vngue suo donec effluat quod est in ea ex humiditate, & preme ventrem mulieris donec descendat foetus. Si autem non descendit, tunc oportet vt clysterizetur mulier ex mucilage foenugreci cum oleo sesamino, deinde

*Pro partu
paruo*

Sta. m. m.

præcipe ei post clysterē vt com primatur, & fac eam sternutare cōdifi, & simul tene os eius, & nasum ipsius, fœtus enim egreditur statim: quòd si egrediatur primò duæ manus fœtus, tūc oportet vt reducas eas cū facilitate paulatim. Si autē nō possunt retrudi, tunc pone mulierem super sedē, & eleua pedes eius sursum, deinde concute sedem super terram, & mulier teneatur vt non cadat ad concussionem. Si ergo non ingreditur manus & moritur fœtus, tunc incide eas, & extrahe residuum fœtus, & liga corpus & manus eius panno, & extrahe ipsum magna diligentia, puerperæ salutem respiciens. B

E X I T V S E M B R I O -
nis super pedes suos.

Q Vando egreditur fœtus super pedes suos, tunc oportet vt impellat eos sursum, deinde conuertat fœtum paulatim, postea componat ipsum, deinde accipiat vnū pedem eius & extendat eū paulatim. Cū ergo egrediuntur vsq; ad coxas, tunc præcipe ei vt cōprimatur, & fac eam sternutare cum condifi, sæpe enim sic, auxilio & gratia dei, vidimus euasisse incolumes, & matrem, & fœtum. Et si non egreditur hoc modo, tunc reduc fœtum paulatim, donec reponas eum secundum figuram natu-

A ralem. Si ita fœtum repofueris rectè, facile pariet mulier. Quid si nulla harum ratio subuenierit, tunc accipe ex mucilagine altheæ, & oleo sesamino, & gummi soluto, & contunde bene simul in mortario, deinde linecum eo vuluam mulieris, & inferiorem vterum eius, deinde fac eam sedere in aqua tepida vsq; ad hypochondria. Cū ergo vides quod iam lenificata sunt inferiora eius, tunc fac ex siess de mirra & suppone parturienti mulieri. Quando ergo tenet siess hora vna, tunc iubet eam sedere super sedem, & fac eam sternutare, & stringe os eius, & nasum ipsius, & preme leuiter molliterū inferiorem partem vteri eius, & fœtus egredietur statim.

E X I T V S F O E T V S
super genua sua, & manus suas.

Q Vando egreditur secundum hanc formā. Primū conetur obstetrix in locum reponere fœtū, quantum potest fieri manibus suis, & resupinetur mulier super collum suum, & pendeant pedes eius ad inferiora, & iaceat super lectum & complicit manus suas, deinde preme ventrem eius paulatim, extrahe quæ est sub pedib. eius ex puluinarib. donec sit præparata in inferiori parte. Quòd si non egreditur fœtus, tunc accipe pedes eius, &

siess de mirra

& moue ebs motu vehemēti, deinde preme quod est super hypochondria paulatim, donec ascendat fœtus ad superiora, deinde intromittas manus, & in naturalem figuram componat fœtum paulatim, & præcipe mulieri, vt comprimatur, donec egrediatur fœtus.

EXITVS FOETVS LATITUDINALITER pendente una ex manibus eius.

Primùm est quærenda ratio, qua retrudatur manus fœtus: si autem non potest reduci manus, tunc eleua mulierem & fac eam ambulare. Si verò ambulare non potest, tunc fac eam iacere super lectum, & concute crura eius vehementer, deinde administra linimentum de quo dictum iam est, ex mucilagibus. Quod si inuadunt mulierem dolores partus, iubeas eam sedere super sedem, deinde stare in reductione manus, & compone fœtum secundum figuram naturalem, & fac sternutare mulierem, & præcipe ei vt cõprimat se, donec egrediatur.

EXITVS FOETVS SVPER collum expansis manibus suis, & facies eius ad dorsum matricis sue.

Oportet vt teneat obstetrix manum fœtus, deinde reuoluat eũ paulatim

A & componat eum sicut naturalis locatio exigit. Cũ ergo repositus est, tũc pone super vuluam quod narrauimus ex oleo & mucilagibus, deinde præcipe ei vt moueatur paulatim. Cũ ergo feceris illud, tunc iube eam sedere super sedem, & præcipe ei vt inclinetur ad latus dextrum, deinde præcipe ei vt comprimat respirationem & fac eã sternutare cũ condisi.

EXITVS FOETVS PRÆPARATI super latus.

Quando descendit ad orificium matricis secundum hunc modum cum secunda, tunc scinde secundinam cum vngue tuo donec euacuetur ab humiditate. Si ergo expanditur super faciem fœtus & collum eius, tunc incide eã ex vmbilico vt non retineatur, & moriatur, deinde impelle fœtum ad interiora donec reposueris fœtum in naturalem habitum, & præcipe mulieri vt comprimat spiritum aliquotiens, ipse enim egredietur hoc modo.

EXITVS GEMINORVM aut fœtuum multorum.

Scias quod gemini multoties nascuntur, & quandoq; nascuntur tres & quatuor, veruntamen illud rarò cõtingit. Quinq; verò est res extra naturã & nõ viuūt penitus,

& continet eos quotquot sint secundina vna, & separatur per siphac distinguens inter eos ligatam in umbilico cuiusq; eorum, & quandoq; egrediuntur sicut egreditur fœtus vnus exitu naturali facili, & egrediuntur quoq; non naturali exitu, quemadmodum à nobis est dictum. Quòd si difficiles fiunt quidam eorum partus & perueniunt ad illud quod diximus ex figuris non naturalibus, tunc cura eos sicut narrauimus, & sit obstetrix subtilis, & faciat omnia cautè, prudenter & religiosè, & quærat rationem subueniendi ad omnes casus & in omnes, qui varij sunt euentus. Nihilq; omittat quæ ad salutem puerperæ, & fœtus facere intellexerit ipsa aut ab alijs rogando didicerit. Debet enim omnino obstetrix non nimium sibi arrogare & placere, sed quotidie discere à medicis & vetulis mulieribus in hac arte vsu & longa experientia edoctis.

DE EMBRIONIBUS
et abortu.

Quandoq; formatur in matrice multi fœtus, etiam quatuor, & quinque, & sex, & septem, & plures decem. Cõpertum habeo quandã mulierem abortiendo emisisse septem, & alia quindecim omnes formatos. Adedò mirabilia sunt

A opificis rerum opera, cuius sapientiæ & potentiæ non est finis, hinc ergo totum oportet vti sit in scientia obstetricis, vt cõ vsus venerit perita sciat quid sit agendum.

DE EXTRACTIO-
ne fœtus mortui, Cap.
LXXVI.

Quando educere conaris fœtum mortuum remedijs quæ diximus in diuisione, & non egreditur, & cogeris vt operatione manus, tunc oportet vt consideres, an mulier sit sanæ virtutis, & non est cum aliquo ex accidentibus, ex quibus periculũ est ne moriatur, tunc oportet vt resupinetur mulier in lecto super dorsum suũ, & habeat caput suum inclinatum inferius, & crura eius eleuata, & minister teneat eam à duabus partibus, aut ligetur ad lectum vt non sequatur corpus totum matris cum mortuus fœtus extrahitur, deinde humecta os matricis ex oleis humidis cum mucilagine altheæ, & fœnugræci, seminis lini, inungatque manum suam obstetrix cum istis oleis & mucilagibus mox intromittat leniter eam in matricem, & quærat manu locum in mortuo fœtu in quo figat vncinos, oportet enim esse loca cõuenientia ad illud. Considera ergo si fœtus est

Nota.

in lecto
supine

ab his septem
quibus

est præparatus vt descendat super caput suum, tunc fige vncinos in oculis eius, aut in collo eius, aut in ore eius, aut in palato ipsius, aut in mento eius, aut in furcula ipsius, aut in locis propinquis costis, & sub hypochondrijs. Si autem descensus eius est super pedes, tunc in pectine & costis medijs, oportet vt teneat vncinũ cum manu dextra, & ponet curvitatẽ eius in eo quod est inter digitos sinistrae manus, & intromittat leniter cum manu & figat firmiter vncinum in aliquo locorum quæ diximus, deinde figat in oppositione eius vncinum alium, aut tertiũ si indiget, vt sit attractio æqualis, & non sit extensio secundũ rectitudinem, & non declinet ad partem, deinde extendatur extensione æquali, & non sit extensio secundum rectitudinem tantum, imò moueatur ad omnem partem vt alleuetur exirus eius, sicut fit cum dẽre qui radicitus extrahitur. Et omnino humidi mollesq; sunt reddendi locelli per quos est trahendus mortuus fœtus. Quid si retineatur ex eo pars, tunc oportet vt inungat obstetrix quosdam digitos cum oleo, & intromittat eos ita vt reuoluet quod retinetur. Si ergo egreditur pars fœtus, tunc permurentur vncini ad locum alium qui sit altior, fac hoc donec

A egrediatur fœtus totus. Si ergo egreditur fœtus manus ante alia & non est possibile reducere eam propter coartationem eius, tunc oportet vt inuoluetur super eam pannus, deinde extrahe eam donec egrediarur tota, incide eam aut in iunctura plantæ, aut in cubito, & ita oportet vt facias in manu altera, & in duobus pedibus. Si autem caput fœtus est magnum, aut accidit ei coartatio in exitu, aut est in capite eius aqua collecta, tunc oportet vt intromittat inter digitos spatulum spinosum, & findat eo caput & extrahat aquam, aut dirumpat ipsum cum instrumento quod nominatur almisdach, cuius formam cum formis reliquorum instrumentorum in capitulo proximo habebimus. Et similiter faciat, si fœtus est magni capitis natura, tunc oportet vt secet algengematu sic enim vocant, aut atterat ipsum cum misdach sicut diximus, deinde extrahat ossa forcipibus. Quod si egrediatur caput & coarteretur apud furculã, tunc findatur donec effundatur humiditas quæ est in pectore. Si autem non complicatur neq; obedit ad exirum, tunc incide caput frustrarim quocunque modo potest fieri, vnicẽ studens vt quam minimum lædas mulierem. Quod si in infiore ventre est apostema, aut

hydropifis, tūc oportet vt per fores ipsum donec effluat humiditas ex eo. Si verò fœtus est super pedes, tūc attractio eius est facilis & directio ad os matricis est leuis. Si autem coartatur apud ventrem aut pectus, tunc oportet vt trahas ipsum cum panno quem inuoluisti super manum tuam, & findas ventrem aut pectus donec effluat quod est in eis. Si autem auferuntur reliqua membra & redit caput in matricem, tunc intromittat obstetrix manū sinistram, & si os matricis est apertū, tunc intromittat manū in profundum matricis, & quærat caput & attrahat ipsum digitis vsq; ad os matricis, deinde intromittat in eo vncinum vnū, aut vncinos duos, & attrahat ipsum. Quod si os matricis coartatur propter apostema calidum, quod nonnunquam conuenit accidere, ab hac extrahendi ratione cauendum est, oportet enim tunc administrare effusionem rerum humidarum pinguium, & administra emplastra, vt sedeat in aquis quæ mollificent & humectent. Quod si fœtus est super latus suum, si possibile est vt restitatur & componatur in naturalem situm, administra quod diximus in fœtu viuo. Quod si non est possibile illud, tunc incidatur frustratim & extrahatur, & oportet vt omnino ni-

*Apostema calidum
in matrici
super pedes*

Ahil dimittras ex secūdina in matrice. Cū ergo compleueris operationem illam in extrahendo fœtu, tunc administra quod diximus conuenire in apostematibus calidis quæ accidunt in matricibus. Quod si accidat fluxus sanguinis, tunc descendat in aquas stipticas, & administra reliquam curationem. Vidi ego mulierem in cuius ventre mortuus erat fœtus, & nihilominus impregnata, postea mortuus fœtus etiam secundò cōceptus. Accidit ergo ei post tempus longum, apostema in umbilico suo & inflatum est, donec apertum cœpit emittere pus. Vocatus sum ergo ad curationem eius & medicatus sum ei tempore longo & non consolidatum est vulnus: posui ergo super ipsum ex quibusdam emplastris fortis attractionis, & exiuit ex loco os, deinde post dies aliquot exiuit et aliud os. Miratus sum ergo cū in ventre nō sit os, causam diligentius expendens et mecum per omnia putans, deprehendi quod erant ex ossibus fœtus mortui. Causa igitur morbi certò cognita, medidique rationem hinc consecutus extraxi ossa multa muliere existente in melioribus dispositionibus. Et diu postea vixit mulier illa, ex vlcere autē semper puris non nihil fluxit.

*Uterum
officium
ventris
tuo.*


DE FORMIS INSTRUMENTORVM

QVAE NECESSARIA SVNT IN EX-


tractione foetus,

Cap. LXXVII

Forma vertiginis qua aperitur matrix.



Hæc est forma strictorij quo æquantur libri, cui æqualiter sunt duæ vertigines in duabus extremitatibus duorum lignorum. Veruntamen hæc vertigo oportet vt sit subtilior strictorio, & vt fiat aut ex ebenu, aut ex ligno buxi, & sit latitudo vtriusq; duorum digitorum, & margo vtriusq; est quasi digitus vnus, et longitudo vtriusq; est palmus et medietas, et in medio duorum lignorū sunt duo additamenta eiusdem ligni quæ iam firmata sunt in vtrisque, quorum longitudo est medietas palmi, aut paulo longior, & latitudo vtriusq; est quasi duo digiti, aut paulo latior, et ista duo additamenta intromittuntur in os matricis, vt aperiatur quū reuoluis duas vertigines. Forma alia ad simile illius subtilior & leuior.




Fiat ex ligno ebenu, aut buxi secundum similitudinem forcipum.


Veruntamen in extremitate eius sunt duo additamenta sicut vides, & longitudo vtriusq; additamenti est quasi palmus, & latitudo vtriusq; est duorum digitorum. Cùm ergo vis aperire matricem eo tunc fac sedere mulierem super lectum suum pendentibus pedib. aperto quod est inter crura eius, deinde intromitte ista duo additamenta coniuncta in matricem, & tu teneas extremitatem instrumenti inferiùs inter coxas eius, deinde aperi manum tuam cù instrumento sicut facis cum forcipibus equaliter secundum quantitatem quã vis ex apertioe oris matricis, donec faciat obstetrix quod vult. Forma vertiginis alterius de qua veteres dixerunt.



Forma impellentis quo impellitur foetus.




Forma almisdach quo conteritur caput magnum,




assimilatur


assimilatur forcici cui sunt dentes in extremitate, sicut vides. Et quandoque fit oblongum sicut forceps, secundum hanc formam sicut vides, cui sunt dentes sicut dentes serræ quo inciditur & conteritur. Forma mildach parui.




Forma vncini habentis spinam vnam.




Forma vncini habentis spinas duas.



Forma forcicis cui sunt dentes serræ quo cõteritur caput foetus



Forma spatulæ habentis duas extremitates quo abscinditur caput.



Forma duorum spatumilium.



Ista instrumenta omnia sæpe in vsum veniunt, & artifice opera danda est vt quàm plurima præparata habeat, & ad quamlibet necessitatem idonea, pro morborum partiumq; corporis varijs modis differētia. Ita enim pariet sibi existimationem inter homines, et habebitur industrius dignusq; cuius diligentia credant se egroti. Non ergo despicias vllum instrumentum, quin sint omnia apud te præparata: inexcusabilis est enim qui hanc artē proficetur, & nō habet in promptu quæ ad hanc artem requiruntur.

DE EXTRACTIONE SECVDINAE,


CAP. LXXVIII.

Quando retinetur secundina in partu, tunc oportet vt præcipi-
as puerperæ vt retineat anhelitum suum, deinde fac eam ster-
nutare conditi, & stringe manum tuam super os eius, & nares
ipsius. Si ergo secundina egreditur per hoc, bene est, & si non, tūc
accipe ollam & perfora in coopertorio foramen vnum, & pone
in ea herbas aperientes os matricis, vt calamentum, rutam, ane-
thum, chamæmelum, centauream: hoc genus herbas submerge
cum aqua, et pone eam super ignem, deinde pone fistulam a-
rundinis super foramen coopertorij ollæ, et extremitatem alte-
ram in os matricis, et teneat eam donec perueniat vapor ad con-
cauitatem matricis, deinde fac eam sternutare, sicut diximus. Se-
cundina enim statim solet sequi, per has herbas aperto ore matri-
cis. Si autem manet post hanc curationem et non egreditur, tunc
præcipe obstetrici vt submergat manum suam sinistram in oleo
sesamino, aut mucilage althææ, deinde intromitte eam in vul-
uam et quærat secundinā, cum ergo inuenerit eam, tunc capiat eā
et extendat ipsam paulatim. Si autem fuerit annexa in profundo
matricis, tunc intromittat manum, quemadmodum narrauimus,
donec inueniat secundinam, et extrahat eam paulatim secundum
rectitu-

*Tuffandyn
a puerperis.*

restitutionem, vt non sequatur matrix ad attractionem vehementē, imò oportet vt permutetur leniter ad latera dextra & sinistra, mox paulo fortius trahat, ipsa enim secundina soluta à loco cui adhæserat, sequetur. Quòd si os matricis est coartatum, nos iam narrauimus curationem cum sternutatione & ex medicamine oleę cum herbis. Si autem nihil efficies istis omnibus rationib. quas diximus, tūc caue ne fatigeris & desperes. Verum oportet vt quod egreditur ad os matricis ex eo liges ad coxā mulieris, deinde clysteriza eam vnguēto tetrapharmacō, ipsum enim putrefaciet eā post aliquot dies & dissoluetur, & egredietur. Veruntamen quando putrefit, eleuatur ex ea odor malus ad stomachum, & caput, & lædit illud infirmam. Oportet ergo vt administrentur suffumigationes conuenientes ad illud. Quidam autem antiquorum experti sunt suffumigationem nasturtij & ficuum siccarum conuenientē esse. Forma instrumenti quo suffumigatur mulier in retentione menstruorum & secundinæ.

*nasturtij
ficuum* : *fontal*



Fiat hoc instrumentum ex nitro simile alcama, aut fiat ex ære, & ponatur extremitas subtilis in vuluam, & extremitas ampla super ignem, & suffumigatio sit posita super prunas, teneat eam donec consumatur illa suffumigatio, & itera aliam.

EROTIS MEDICI LIBERTI

IVLIAE, QVEM ALIQVI TROTVLAM
INEPTE NOMINANT, MVLIEBRIVM

*Liber, longè quàm ante hac emen-
datior.*



HOC libro, sceminei sexus morbi & pas-
siones ante & post partum, cum reliquis
partui item inseruiantibus: ac simul infan-
tium & puerorum à partu cura, nutricis
delectus, ac reliqua huiusmodi: & affectiones quæ-
dam vtrique sexui contingentes, experimenta deni-
que variarum ægritudinum, cum quibusdam
medicamentis decorationi corpo-
ris inseruiantia, edo-
centur,

EROTIS

EROTIS IULIÆ LIBERTI IN
librum Muliebrum

PROLOGVS, QVI EST DE NA-
tura muliebri, & mensum fluxu.



CVM auctor vni-
uersitatis DEVS,
in prima mundi
constitutione, re-
rum naturas sin-
gulas, iuxta genus suum distin-
gueret, naturam humanam su-
pra cæteras creaturas singulari
dignitate cōdidit. Huic enim,
supra aliorum animalium con-
ditionē, rationis & intellectus
libertatem dedit. Propterea vo-
lens eius generationem perpe-
tuò subsistere, in sexu dispari,
masculum & fœminam crea-
uit, vt eorū fœcunda propaga-
tione nunquā desineret emer-
gere futura soboles. Quorum
quidē complexionēs grata
quadam commixtione contē-
perans, naturam masculi cali-
dam et siccam, fœmellę verò fri-
gidam & humidam constituit:
quò cuiusque alterius comple-
xionis excessus, mutua qualita-
rum contrariarum repugnā-
tia coërceretur: adeò, vt viri cō-
stitutio calida & sicca, mulieris
frigiditatem & humiditatem:
& econtrà, huius natura frigi-
da & humida, illius cōplexio-
nem calidam & siccam remul-
ceret. Similiter vt masculus

A qualitate fortiori dignus, in
mulierem tanquam in agrum
semē effunderet, & mulier qua-
litate debiliore prædita, tan-
quam viri officio subdita, semē
effusum in gremium natura su-
sciperet. Quoniam ergo mulie-
res natura sunt viris debiliores,
hinc est quòd in eis sæpius ab-
undant ægriitudines, maximè
circa membra operi naturę de-
bita: quæ cùm in loco secretio-
ri accidant, ipsæ propter vere-
cundiam, & conditionis fragi-
litate, non audent angustias
suarum ægriitudinū medico re-
uelare. Quapropter ego, mi-
seranda illarū calamitate, præ-
sertim cuiusdam matronæ in-
stigatione, compulsus, incæpi
diligentius contemplari de æ-
griitudinibus, quibus fœmini-
nus sexus sæpissime molesta-
tur. Cùm itaq; in mulierib. non
tantus abundet calor, qui pra-
uos & supfluos, qui in eis quo-
tidie cōgregantur, sufficiat con-
sumere humores: nec tantū la-
borem valeat earū debilitas to-
lerare, vt p sudorē possit ad ex-
teriora illos natura expellere,
sicut in viris: ideo ipsa natura,
propter defectū caloris, eis præ-

*Cur in istis
mulieribus.*

cipuam quandam purgationē A
 destinavit, scilicet mēstrua, quę
 vulgus flores appellat. Nam si-
 cut arbores non producūt sine
 floribus, sic mulieres sine pro-
 prijs floribus, conceptionis of-
 ficio defraudantur. Hęc autem
 purgatio cōtingit mulieribus,
 sicut de nocte viris pollutio. Sē
 per enim natura grauata qui-
 busdam humoribus, siue in vi-
 ris, siue in mulieribus, iugū suū
 nititur deponere, & laborem
 minuere. Solet præterea huius-
 modi purgatio mulieribus cō-
 tingere circa decimum tertiuū,
 vel quartumdecimū annum,
 vel paulo citiūs, vel paulo tar-
 diūs, secundum quod in eis ma-
 gis, vel minūs abundat calidi-
 tas vel frigiditas. Durat autem
 vsque ad quinquagesimum an-
 num, si est macra: quādoq; vsq;
 ad 60. aut 65. si est humida: in
 medio critere pinguib. vsque ad
 45. Si autem debito tempore &
 ordine contigerit talis purga-
 tio, exonerat se cōpetenter na-
 tura à superfluis humoribus. Si
 verò mēstrua plus vel minūs
 exierint, quā debent, plures æ-
 gritudines inde emergūt. Quo-
 niā inde minoratur appetitus
 tam cibi, quā potus. Quandoq;
 fit vomitus: & quandoq; appe-
 tunt terrā, carbones, cretā, & si-
 milia. Quandoq; ex eadē causa
 dolor sentitur circa collū, dor-
 sum, & in capite. Quādoq; ad-
 est febris acuta, cordis morsus,

A hydrops, vel dysenteria. Hęc
 autem contingunt, vel quia tē-
 pore longo deficiunt mēstrua,
 vel quia profus nō habent: vn-
 de nō solum hydrops, vel dys-
 enteria, vel morsus cordis ac-
 cidunt, sed & aliæ peiores ægri-
 tudines. Aliquando enim acci-
 dit diarrhœa, propter nimiam
 frigiditatem matricis: vel quia
 venæ eius sunt multum graci-
 ciles, vt in extenuatis mulieri-
 bus: quia tunc humores spissi
 & superflui nō habent liberos
 meatus, per quos possint erū-
 pere: vel quia humores sunt spis-
 si & viscoli. ideo propter cōglu-
 tinationem, eorum exitus im-
 peditur: vel quia deliciosè co-
 medunt, vel quia ex aliquo la-
 bore multum sudant, sicut te-
 statur Galenus. Mulier quę se
 non exercet multum, necesse
 est quòd abundet in multis mē-
 struis, ad hoc vt sana existat. A-
 liquando mulieribus deficiunt
 mēstrua, quia in corpore ea-
 rum coagulatus est sanguis: vel
 quia sanguis per alia loca emit-
 titur, vt per os, aut per nares,
 per sputū, aut hæmorrhoides.
 Aliquando deficiunt mēstrua
 ex nimio dolore, vel ira, vel mo-
 tu, vel timore. Si autē diu ces-
 sauerint, suspensionem grauis
 ægritudinis futuræ arguunt.
 Nam vrina earum vertitur in
 ruborem, vel in colorem lotu-
 ræ carnis recentis: quandoque
 in viriditatem, vel humiditatē,
 aut

Hinc
 purgatio

Symptomata
 ad menses
 in mulieribus.

Emisa de
 fœtus in
 præteritum

ES

H
9

Al
n
β

aut in colorem, qualis est color
graminis, facies earū mutatur.

DE RETENTIONE
menstruorum. Cap. I.

SI igitur deficiunt mēstrua,
& mulier sit corpore exte-
nuata, tunc phlebotome-
tur ei vena quæ est sub cauilla
pedis interius, quæ dicitur Sa-
phena, primo die de vno pede,
sequenti die de altero: & extra-
hatur sanguis secundum quod
virtus exoptulauerit. Quia
in omni ægritudine generali-
ter cauendum & respiciendum
est, vt non nimis debilitetur æ-
grotans. Refert enim Galenus
de quadam muliere, cui defe-
cerant menstrua per nouē men-
ses, & in toto corpore constri-
cta fuerat & extenuata, cui eti-
am penitus defecerat comedē-
di appetitus: vnde ipse extrahe-
bat ei sanguinem de prædicta
vena per tres dies, de vno pede
primo die lib. j. secundo die li-
br. j. de altero pede, tertio die
de primo pede iterum vn. viij.
& ita in breui spacio redijt co-
lor & calor viuificus, cum debi-
ta totius corporis habitudine.
Cum autem venter fuerit con-
stipatus, sicuti frequentissimè
restrictis mensuris accidit, tūc
accipe pilulas de quadam me-
dicina competenti, & acue eas
prout ipsum acumen poterit
sustinere: & ei tribue. Postea

A phlebotometur de Saphena.
Deinde balneetur: & post bal-
neum bibat de calamento, vel
de nepeta, vel mentha coctis
cum melle: ita tamen, vt septē
partes sint aquæ, & nouem mel-
lis. Et sæpe balneum est in-
trandum. Et post balneum bi-
bat de diateffaron, cum deco-
ctione mellis & aquæ. Cōferūt
etiam omnia diuretica, vt fœni-
culum, spica, apium, cymi-
nū, ami, caros, petroselinum,
& similia. Hæ omnes herbæ,
vel singulæ, in vino coctæ, vel
cum melle, & potatæ confe-
rūt. Galenus sic docet. Artemi-
sia trita cum vino, vel in eo co-
cta & potata multum confert.
In balneo non modicum iu-
uat, si bibatur nepeta, vel in i-
pso balneo coquatur: vel viri-
dis trita ligetur super ventrem,
vel sub vmbilico, vel super vm-
bilocum. Vel decoquatur in ol-
la, & mulier supponat sellam
perforatam, & desuper sedeat
cooperta vndique, & per cala-
mum, vel embotum fumus
exeat: vt is introceptus pene-
tret ad matricem. Valet etiam
artemisia cum his herbis admi-
xtis, thapsia, feseli, salua, ori-
gano, cymino, ami, sauina, me-
lissa, pulegio, anetho, betoni-
ca, aniso, satureia, leuistico:
quæ omnes, vel quædam ex eis
decoquātur in aqua: & implea-
tur sacculus vnus lana minutif-
simè carpinata, vt sit in modū

Balneo
et post balneo
pedis

Diuretica

Umbilicum

Hystericus
gal.

Alia ad mēstrua
ad supponat
βύττυρον

Fons

puluinaris: & intingatur in illa aqua, & calidus ventri apponatur: & hoc fiat frequenter. Item puluis optimus ad prouocanda menstrua: Recipe flāmulæ, cicutæ, castorei, artemisifæ, betonicæ, myrrhæ, centauræ, saluiæ ana, fiat puluis, & detur drac. j. cum aqua decoctionis sauinæ, & myrrhæ, & in balneo bibat, & detur vna vice scrup. j. Si matrix induruerit, adeo vt istis adiutorijs non possint educi menstrua, Recipe fel tauri, aut aliud fel, & puluerem nitri, & cum succo apij vel hysopi misceantur: & intingatur ibi lana carpinata: & post prematur vt sit dura, rigida, & longa, vt in vuluam possit immitti: & intromittatur. Aut fiat aliud pessarium in modum virgæ virilis: & sit concuum: ibique imponatur medicina, & iniiciatur.

DE PAUCITATE
menstruorum. Cap. II.

Mulieres aut quædã sunt, quæ cum veniunt ad tempus mēstruorum, nulla, vel modica habent. Quibus sic subuenias. Accipe radices salicis rubeas, de quibus ligantur dolia, & bene ab exteriori cortice mūda, & pista: & eas pistas cum vino vel aqua decoquendo distempera, & mane de ista coctione da ad potandū

A haustum tepidum. Si verò grauius laborat, tunc dabis ei cibum istiusmodi factum. *Rubin.* Rubam maiorem, & maluam terras, & cum farina hordei, & albumine ouorum misce: & inde fac crispellas. Valent etiam huiusmodi herbæ suffumigatæ ad prouocanda menstrua. Vel ad idem accipe verbenam, rutam, & pista fortiter, & coque cum larido: & da patienti ad comedendum. Postea radicem salicis subtilis, & radicem rubiæ maioris tere, & da succum patienti cum vino. Mulieres item si pauca habent menstrua, & cum dolore ea emittant, **B** Recipe betonicæ, pulegij, centonicæ (santonici) artemisifæ ana M. j. decoquantur in aqua vel in vino vsq; ad cōsumptionem duarum partium. Postea fiat colatura per pānum, & bibatur cum succo fumiterre. Si verò diu defecerint menstrua, *Poli* Recipe reupontici drach. ij. artemisifæ sicce, piperis, ana drac. j. & fiat inde puluis: de quo bibat mane & serò per tres dies, & cooperiat se ita vt sudet. Itē recipe menthæ, pulegij, rutæ ana M. j. salis gemmæ drach. iij. plantæ caulis rubei M. v. & tria capita porri. Hæc omnia coquantur simul in olla rudi: & bibat in balneo. Aliud, *Poli* Recipe radicem ireos, leuisticum, herbam nepitam, colloquintidam, fœniculum, rutam: coquā tur

tur in vino, & illud vinum potui derur. Vel decoquantur in vino sauina, apium, fœniculū, petroselinum, leuisticum, nepita: & bibatur. Item recipe tana cerum, trifolium, artemisiam: frixa cum butyro, & pone super vmbilicum. Medicus quidam in regione Franciæ sic fecit. Recipe zinziber, folia lauri, & sauinam: trita simul in olla rudi ponantur super carbones viuos in sede perforata, & desuper sedeat mulier, & fumum recipiat per inferiora: & sic menstrua redibunt, fit ter, vel quater, vel pluries. Mulier autem quæ huiusmodi fomenta frequentat, vuluam suam ab intra inungat vnguentis frigidis, ne nimis calefiat. Valer etiã ad prædicta fumigatio de cymino, fœniculo, anetho, calamento, mentha, vrtica, omnibus simul commixtis, vel simplicibus. Valer ad idem scarificatio, & similiter coitus. Nocet autem minutio facta in manu. Comedat, si sit sine febre, porros, cepas, piper, allia, cyminū, pisces squamosos: & vinū forte bibat, si sit sine dolore capitis, & sine defectione neruorū, & sine febre: quia in omni febre nocet vinum.

DE NIMIO FLVXV MEN-
struorum. Cap. III.

Sunt & aliæ mulieres prædi-
ctis contrariæ: quæ habent

A menstrua inordinatè fluentia: quibus hoc modo succurras. Accipe soleas veteres, & pulueriza: & folia lauri fac decoqui: & his decoctis, fiat suffumigium. Vel accipe cineres calidos & misce cum vino rubeo calido, & confice in modum paste, & malaxa, & inde accipe admodū cunei mediocris, & inuolutum panno lineo nouo impone, adhuc tepidum. Vel accipe saluiam, & camphorã: pista fortiter, & fac scripellas (scriblitas) cum vino, & coque super tegula: & da patienti ad constringenda menstrua. Postea accipe semen vrticæ, & cornu cerui, & da patienti puluerem inde factum, ad bibendum cum vino. Restringit etiã hoc aliud remedium, quod sic fit. Accipe cornu cerui puluerizatum cum cinere vrticæ mortuæ, & distempera cum aqua pluuiali: & da bibere. nō omitendo prædictum suffumigiū, quod confortat matrices frigidas. Confortantur etiam isto fumigio. Recipe spicæ nardi, caryoph. nucis muscatæ ana: puluerizata proiciantur super prunas. Valent & cæteræ purgationes quas diximus. Abundant quoque menstrua præter naturam. Quod cōtingit, quia venæ matricis sunt amplæ, & apertæ. Vel quia quandoq; crepantur: & fluit inde sanguis in multa quantitate: & apparet

sanguis fluens rubeus, & clarus. Quia ex multitudine cibi & potus generatus est sanguis multus, qui cum non possit intra vasa contineri, prorumpit extra. Vel contingit quandoque propter nimiam sanguinis calefactionem, ex cholera redundante ex felle, quæ facit sanguinem ebullire: adeo ut non possit in venis contineri. Vel quia phlegma falsum admiscetur sanguini, & ipsum attenuat, & à venis facit prorumpere extra. Si sanguis, qui egreditur, sit citrinus, aut vergat ad citrinitatem, ex cholera contingit. Si ad albedinem, ex phlegmate. Si ad ruborem, ex sanguine. Huiusmodi egritudines emergunt propter humores interiorum corruptos, quam corruptio non natura dedignatur sustinere. Quandoque contingit propter diabrosim: ex qua sapissime sequitur mors. His de causis mulier discoloratur, & macrescit: & si diu durauerit, in hydropem de facili conuertitur. Hepatis enim substantia infrigidatur propter subtractionem sanguinis, per quem deberent membra in suo calore naturali conseruari. Vel quandoque accidit propter defectum caliditatis succositatem digerere nequeuntis, & debito modo humores commutare non valentis. Si ergo sanguis est in causa, minuendus est de manu, vel bra-

Achio, ut sanguis sursum prouocetur. Sumendum est etiam aliquod leue catharticum. Si cholera sit in causa, quæ à felle redundat, detur trifera Sarracenicæ, & rosata nouella cum succo violarum, & scariolæ. Si contingat ex abundantia phlegmatis & cholerae nigrae, detur aliqua hierarum cum aqua calida, vel vino secundum alios, & bibat. Post purgationem verò apponenda sunt quaedam constrictiua exterius & interius, quæ constringant. Poterit ergo aqua in qua costæ sint cortices mali granati, psidia, flores rosarum rubearum, gallæ, nux muscata, folia quercus, bedegar, rubus, agrimonia, plantago. Hæc omnia immixta, vel simplicia iuuat. Post cibum, vel inter cibaria detur eis puluis lapidis hæmatitis cum aqua pluuiali distemperatus ad potandum: vel puluis coralli, & gummi balaustie, seminis myrti, portulacæ, boli armeni: & puluis de cornu cerui, plâtaginis, centinodij, sanguinis draconis, spodij, seminis citoniorum. Comedat gallinas coctas in pane, pisces recentes in acero coctos, panem hordeaceum. Bibat ptisanam de hordeo factam, in qua primitus coquatur radix plantaginis, & bulliat cum ptisana, & melius erit. Postea bulliat in aqua marina donec crepet, & corrugetur: & apponatur acetum, & coletur

Purgatio

*Cura
de
purgatio
de
purgatio
de
purgatio*

*Latio
ad p...*

7- dies
 coletur per pannum, & detur ad potandum. Bibat etiam vinum rubeum cum aqua marina lymphatum. Ponantur quoque ventosæ ignitæ inter mammillas, quæ sanguinem superius trahant. Inijciatur succus plantaginis per pessarium. Valet etiam succus semperuiuæ, si cum vino bibatur albo. Similiter succus persicariæ valet super ventrem linitus. Item accipe duo frusta laridi lata cum sale, & desuper aspergatur succus coriadræ cum semine eius, & puluis absinthij, & vnũ frustum ligetur super vmbilicum, & alterum super renes. Fiā etiā duo emplastra de absinthio cum axungia, & ligentur super renes & ventrem: quibus si addantur folia myrti trita, melius erit. *Aliud.* Accipe testas nucis maioris, & fac puluerem, & da in potu cum aqua marina. Postea fac emplastrum de stercoreibus ouium, vel cati cum axungia, & superponatur ventri & renibus. Vel fac puluerẽ de testis ouorum, & da in potu per tres dies cum aqua tepida, quantum poteris leuare cum duobus digitis.

DE SUFFOCATIONE MATRICIS. Cap. IIII.

Capitulum
Quandoque suffocatur matrix: quandoque videlicet sursum tollitur, vnde

A prouenit subuersio stomachi, & appetitus debilitatio ex debilitate cordis. Quandoque patitur syncopen, & ita euanescit pulsus, quod penitus non sentitur, ex eadem causa. *Signa. Infinitus matris.* Quandoque mulier contrahitur, ita quod caput iungitur genibus, & visu caret, & vocis officium amittit, nasus distorquetur, labia contrahuntur, & dentes stringit, & pectus sursum præter solitum eleuatur. Galenus refert de quadam muliere, quæ ita patiebatur, & amiserat pulsum & vocem, & erat quasi defuncta: quia exterius nullum signum vitæ apparebat: sed tamen circa cor natura adhuc parum caloris retinuerat. **B** unde quidam iudicabant eam mortuam. Galenus verò lanam bene carpinatam naribus & ori eius apposuit, cuius motu eam viam recognouit. *Causa.* Contingit autem hoc mulieribus, quia spermam nimium corruptum abundat in eis, & in venenosam naturam conuertitur. Et præcipuè accidit illis, quæ viris non vtuntur, maximè viduis, quæ antea cõsueuerunt vti carnali commercio. Virginibus etiam solet euenire, quæ ad annos nobiles peruenerunt, & viris vti non possunt: cum in eis maximè abundet sperma, quod per masculum natura vellent educere. Ex hoc autè semine superabundante & corrupto, quæ-

dam fumositas frigida dissoluitur, & ascendit ad partes quasdam, quæ à vulgo Collaterales dicuntur: quia cordi & pulmone sunt vicinæ, & cæteris instrumentis vocalibus, vnde solet fieri impedimentum vocis. Huiusmodi morbus solet etiam principaliter oriri ex defectu menstruorum. Ideo cum deficiat menstrua, & semen superabundet, tâto molestior & prolixior est ægritudo, maximè quando partes occupat altiores. Summum igitur remediū est, vt manus & pedes mulieris moderatè fricentur cum oleo laurino, & naribus applicentur ea quæ sunt grauis odoris. vt galbanum, opopanax, castoreum, pix, lana combusta, pannus lineus combustus, & pellis combusta, & asa fœtida. Sed tamen oleis & vnguentis, quæ sunt odoris aromatici, debent vuluæ earum inungi intus & extrâ: qualia sunt oleum muscellinum, & oleum nardinū, sed super omnia melior est inunctio facta cum zibeto. Hæc enim menstrua attrahunt & prouocant. Præterea apponantur ventosæ in inguine, & pectine. Item in sero accipiat diacyminum cum succo apij, vel nepitæ, vel cum syrupo de calamento. Vel recipe castorei, piperis albi, costi, menthæ, apij ana drag. j. terantur, & distemperentur cum vino albo

vel dulci, & da serò drag. iij. Iustianus medicus cõtra hunc morbum præcepit cyminum desiccari, & in potu dari drag. j. vel cochlearia duo. Præcepit etiam vulpis priapum, vel capreoli accipi, & inde fieri puluerem, & per pessarium iniici. Ad idem multum valet radix leuistici cocta & trita cū axungia, & ligata super vmbilicum.

DE DESCENSU MATRICIS. Cap. V.

SI cõtingat post partum matricem nimis de loco suo descẽdere inferiùs, calefiat auena prius humectata, & saccellata apponatur. Mouetur autem quandoq; matrix de loco suo, & quandoq; descendit, & quandoque per vuluã egreditur foras. Et hoc cõtingit ppter neruorum remollitiõem, & frigidorum humorum abundantia. Huiusmodi verò remollitio & infrigidatio contingit ex aère frigido per orificia matricis subintrante, vt quã mulier detecta se directè opposuerit aëri frigido. Vel si super lapidẽ frigidum diu sedeat. Quãdoq; contingit ex balneo aquæ frigidæ, quia per hoc debilitatur matrix, ideo exit de loco suo. Interdum etiam contingit per conatum pariendi. Si descẽdit, & non exit foras, apponenda sunt naribus aromatica. vt balsamus,

famus, muscus, ambra, spica, storax, & similia. Sed inferius fumigetur rebus foetentibus. vr est panus lineus combustus, et similia. Fomēteretur vmbilicus, lana vino & oleo infusa. Si verò matrix exierit, distemperentur aromatica cum succo absinthij: & ex eis inūgatur vēter cū pēna. Postea recipe rutę, castorei, artemisię ana partes equales, & decoquātur in vino vsq; ad consumptionem duarū partiu: deinde da in potu. Sacceletur vēter & vmbilicus de frumento cocto. Postea matrix egressa manu apposita restituitur vsq; ad locū suum cōcussa. Postea mulier intret aquam, in qua cocta sint balauftia, rosę, cortices mali granati, gallę, sumach, myrtilli, glandes, folia et cortices quercus, & nuces cupressi, & lenticula. Deinde fiat stupha, quę multum valet. quia Galenus præcepit eis facere stupham de buxo posito in olla super carbones viuos: & mulier sedeat desuper cooperta, et fumum intra se recipiat. Dięta sit frigida & stiptica sine cymino, pipere, & sine omni acumine. De fructibus comedat coctana, mespila, sorba, mala acria, & similia. Bibat vinum tēperatū stipticitate participans. Experimentum probatissimū ad matricem egressam. Recipe pulueris de corde cerui, foliorum lauri ana drach. j. myrrhę,

A scrup. j. distemperentur trita cum vino, & dentur potāda: & sic matrix reuertetur in suum locum.

DE MOTV MATRICIS EX
suo loco, quę tamen non eleuatur,
neque deprimitur. Ca-
put. VI.

ALIQVANDO mouetur matrix de loco suo, non tamen sursum eleuatur versus spiritualia, nec per orificium egreditur foras, neq; descendit. Cuius signum est, quòd mulier sentit dolorem in sinistro latere, menstruorum retentionem, distorsionem membrorum, difficultatem minguendi, tortiones & rugitus ventris. Accipe ergo econtrā apium, & fœnumgręcum. & trita cum vino da potui. *Aliud.* Recipe agaricum, semen plantaginis atque satureię: pulueriza, & da in potu cum vino, vel melle cocto. Ad hoc vr vulua non moueatur de loco suo, & vr nulla duritia molestetur, Recipe medullę cerui, adipis anserini, cerę rubeę, butyri ana vnc. ij. quibus addendo fœnumgręcum, semen lini: coquantur in aqua ad lentum ignem vsq; ad plenam decoctionem, & iniiciatur per pessarium. Istud enim est vtile contra plures morbos oris matricis.

DE NIMIA CALIDITATE

matricis. Cap. VII.

COntingit quandoq; matricem distemperari in caliditate, ita quòd maximus ardor & calor ibi sentiantur. Cura hoc modo. Recipe opij scrup. j. adipis anseris scrup. j. ceræ, mellis ana scrup. iiii. olei vnc. j. albumina duorum ouorum, & lac mulieris: cõmiscantur, & iniiciatur per pessariũ.

DE APOSTEMATE MA-

tricis. Cap. VIII.

QVandoq; nascuntur in matrice inflationes & apostemata diuersi coloris. Si à felle exiens cholera causa est apostematis, tunc febrem habet & cancrum. Si à frigidis humoribus causa fuerit, tumidũ & durum est apostema, & sentit mulier in coxis, anchis, & tibijs grauedinem cũ multo dolore. Aliquando nascuntur ibi apostemata ex ventositate, vel ietu, vel alijs læsionibus, vel ex eo, quòd nunquam menstrua deficiunt. Si nascuntur in eminentiori, vel anteriori parte matricis, dolor sentitur circa vuluam, & inde nascitur stranguaria. Si apostema fuerit interius in orificio matricis, dolor sentitur circa vmbilicum & renes. Si in parte posteriori, dolor sen-

Atitur in dorso sub costis, & venter constipatur. Si de sanguine, vel cholera rubea sit natum apostema, febris adest continua, vel acuta, sitis, & dolor nimius. Si ergo sit de calida causa, expedit vt vngantur muliebria, & trahatur sanguis à vena quæ cadit sub pede (sicut asserit Galenus) non de manu. Quia nociuum esset in passionibus matricis fursum trahere sanguinem: auferrentur enim menstrua. propterea ab inferiori parte trahatur sanguis iuxta virtutem patientis. Et si fortis fuerit mulier vt possit sustinere, bis in die minuatur. Postea accipiat in potu aquam eorum quæ mitigat caliditatem, vt est succus morellæ, plantaginis, semperuiuæ, hyoscyami, cassilaginis, mandragoræ, & similia. Fiat etiam emplastrum quod mitiget dolorem, & confortet virtutẽ. vt de succo portulacæ, semperuiuæ, psidiæ, plantaginis, scariolæ, & oleo rosato. Postea apponantur maturatiua, vt semen lini cum butyro, malua, & fœnugræcum, cocta cum adipe anseris, vel gallinæ, albumen oui, melilotum. De his simplicibus, vel compositis sit pessarium. Itẽ dicit Galenus, quòd multũ prodest sedere in aqua, vbi cocta sit spica. Paulus docet fieri pessariũ ad duritiẽ matricis, & inuersionem eiusdem, & inflationem,

&

& ventositatem à corpore eijciendam. Recipe medullæ vituli, adipis caponis, meliloti, raxonis ana ad pondus xij. denariorum, medullæ cornu cerui scrup. iij. adipis anseris, gallinæ ana drach. ij. mellis drac. ij. œsypi, hysopi, ceroti ad pondus vij. denariorum. Omnia terantur, & commisceantur, & distemperentur cum lacte mulieris, & oleo rosaceo, & iniiciatur per pessarium, & fiat inde emplastrum. Si frigidum sit, & generatum ex grossis humoribus, Recipe fœnumgræcum, melilotum, semen lini, & rutæ: coquantur in aqua, & de substantia fiat emplastrum, & succus pessarizetur. Sæpe vtatur balneis & emplastris. Diæta sit subtilis, vt grossities humorû attenuetur. Et si ad saniem volueris apostema ducere, apponantur maturatiua, & cutem rumpentia, vt sanies effluat. sicut semen lini, fœnumgræcum, farina hordei cocta simul cum farina tritici, vel fabæ cum fimo columbarum syluestrium coctæ. Si autem apostema crepuerit, & sanies inde effluerit in vesicâ, bibat lac caprinum, vel asininum: & fiat pessarium de ptisana, & melle, & iniiciatur in matricem.

DE VLCERIBVS MATRICIS. Cap. IX.

VLceratur quandoq; matricis de acumine medici-

Anæ, vel materiæ. Quandoq; ab exorsu, quod cognoscitur per saniem egredientem, & dolorem, & punctiõnem matricis. Si vulnera sint ex sanie, vel corrosione venæ, sanies vergit aliquantulum in nigredinem cû fœtore horribili. Primò ergo debent apponi mundificatiua saniei, & dolorem mitigantia, vt est succus morellæ, & plantaginis, cum oleo rosaceo, & albumine oui, cum lacte mulieris, & cum succo protulacæ, vel lactucæ, quæ sint frigidæ naturæ. Diæta sit frigida. Balneetur in aqua vbi cocta sint, rose, myrtus, fœnumgræcum, psidia, lentiscula, galla, balauftia, & similia. *Multiplicatio
et A. m. de m.*

B Si verò venæ putrefactæ sint, derur sanguis draconis, vel myrrha, vel bolus, vel thus, vel aristolochia longa, & de his simplicibus, aut compositis fiat clyster, vel pessarium. Nec minus valet acacia, cum lino per pessarium iniecta.

DE PRURITV VVL-
uæ. Cap. X.

PRuritus vuluæ si fuerit, accipe camphoram, lithargyrum, baccas lauri, & albumen oui, et fiat pessarium vel clyster. Galenus dicit, quòd puluis fœnugræci cum sanguine anseris valet ad duritiem matricis, sicut testatur Hippocrates.

DE IMPEDIMENTO A
conceptionis, & de his quæ faci-
unt ad imprægnationem.

Cap. XI.

*Imp. d. u. l.
r. u. p. h. e. r. t.
i. n. u. l. u. r. i. j.*

Quædam mulieres sunt in-
utiles ad concipiendum:
vel quia nimis tenues sunt
& macræ, vel quia sunt nimis
pingues, in quibus caro circū-
uoluta orificio matricis, con-
stringit eam, nec permittit se-
mē viri in ipsam intrare. Quæ-
dam habent matricem ita lenē
& lubricam, quod semen rece-
ptum nequeat in ea retineri.
C. u. r. i. j. Quod contingit quandoque
vitio viri, qui habet semen ni-
mis tenue, quod infusum ma-
trici, liquiditate sua foras labi-
tur. Quidam etiam viri testicu-
los habent valde frigidos, sic-
cos: illi rarò, aut nunquam ge-
nerant: quia semen eorum est
inutile generationi. Manifestū
est igitur quod conceptio im-
peditur tam vitio viri, quàm
mulieris. Si vitio mulieris, hoc
dupliciter contingit: vel ex ni-
mia matricis caliditate, vel hu-
miditate. Matrix enim quan-
doq; sua lenitate præter natu-
ram sperma iniectum retinere
non potest. Et quandoq; præ
nimia sui humiditate sperma
suffocat. Et quandoque ex ni-
mia caliditate matricis semen
comburente, nequit concipe-
re. Si ergo præ nimia caliditate
& siccitate matricis mulier nō

*C. u. r. i. j.
C. u. l. u. l. a.*

A possit concipere, hæc erunt si-
gna. Labia vuluæ apparent vl-
cerata, & tanquam Boreali vé-
to excoriata cum maculis ru-
beis: adest & sitis assidua, &
casus capillorum. Hæc ergo
cū videris, & mulier 30. an-
nos habuerit, incurabilem iu-
dicabimus. Si autē fuerit iuue-
cula, neq; passio diuturna, sic
ei subuenias. Accipe maluam,
artemisiā, & in aqua deco-
que, & cum tali decoctione ter
vel quater fumiges patientem:
inter quas fumigationes, sup-
positoria, & etiam pessaria vul-
uæ cum oleo muscellino, &
modico musco facies, vt ma-
trix confortetur. Sed in die se-
ptimo post purgationem, vel
fumigationem factam, accipe
de trifera magna ad modum
glandis, & inuolue in bomba-
ce, et inde suppositorium faci-
es vuluæ, vt beneficio talis sup-
positorij et tot fumigationib.
recipiat aliquam confortatio-
nem, lenitatem, et sanguinem.
In sequenti verò die eam faci-
es cum viro coire. Eadem quo-
que cura sequenti septimana,
si expediat, vtaris, faciēdo suf-
fumigationes prædictas, et a-
lia, vt diximus, beneficia adhi-
bēdo. Hoc facies quousq; præ-
dicta symptomata remittan-
tur: & eā bis, vel ter facies coi-
re in hebdomada, quia sic citi-
us poterit imprægnare. Si ve-
rò præ nimia humiditate ma-
trici-

*sig-
ni-
ficat
de
hæc, r. j.
stru-
ctura.*

*sup-
positoria
de
hæc, r. j.*

*C. u. r. i. j.
C. u. l. u. l. a.*

tricus concipere nō possit, hæc erunt signa. Oculos habebit lacrymosos assidue. Cū enim matrix cerebro per neruos alligata sit, necesse est vt cerebrum matrixi compatiatur: vnde si matrix nimiam in se habet humiditatem, ex ea cerebrum impletur, quæ ad oculos redundans, eos inuoluntariè cogit emittere lacrymas. Et quòd cerebrum matrixi compatiatur, signum est alienatio mentis ex menstruorum retentione. Purgetur ergo in primis cū Theodorico eruptio. Tumq; tres vel quinq; pilulas de eodē Theodorico vel Paulino præcipimus fieri etiam in bombace, ne dissoluantur, inuolui, & quātum prudenter possibile per pudēda intromitti. Si verò matrix non bene purgata fuerit, in alio die eodem modo pessarium de trifera cum modico musco ei facies. Et hoc tandiu continuabis, donec à superfluitate humiditatem euacuatam cognoueris. Et postea accipe parum de musco cum oleo muscatellino, vel alio odorifero: quod iterum per vuluam intromittatur. Et si bene purgata fuerit, sentiet odorem in ore: vnde si quis eam osculetur, crederet eam muscum in ore tenere. Item si sitim propter hanc purgationem habuerit, scias eā bene purgatā esse: quare ita purgata frequenter coë-

A at, & concipiet. Quòd si vitio viri impediatur conceptio, fit hoc aut defectu spiritus spermaticæ humiditatis, aut defectu caloris. Si ex defectu caloris, signum est quòd non appetit coitum. Vnde oportet talibus renes inungere cum aragon. Vel accipe semen erucæ, & euphorbium, & in puluere subtili redige, & cū oleo muscatellino & pulegino miscas, & inde renes inungas. Si autem fiat defectu spirituum, signum est, quia appetit, sed non erigitur virga. Cui succurrimus cū vnguento multorum spirituum generatiuo. Si verò defectu spermatis, signum quia cū coit, nihil, aut parum seminis emittit. Huic subuenimus cum augmentantibus, & generantibus spermata, vt sunt cepæ, pastinacæ domesticæ, & similia. Si mulier fuerit sterilis, aut uir, hoc modo percipies. Accipe duas ollas, & in vtranq; pone cantabrum, & in vnam earum cum cantabro infundas de vrina viri, & in alteram de vrina mulieris: & sic ollę permittantur per nouem vel decem dies. Et si sterilitas sit vitio mulieris, inuenio vermes multos, & cantabrum foetidum in eius olla, & econtrā habebis indicia similia ex altera vrina si sterilitas sit vitio viri. Si verò in neutra vrina talia signa videris,

est, & ex qualibet occasiōe corruat: sed cum adultus fuerit, & aliquantulum maturior, & firmatus adhæserit arbori, nõ de leui occasione corruet. Cũ autem totaliter maturior fuerit, per se, & non alia occasione decider. Sic cum primò educitur infans ex femine concepto, tenera & non firma sunt eius ligamenta quibus alligatur matri- ci, & ideo de leui emittitur per abortum. Vnde mulier propter tussim, diarrhœam, vel dysente- riam, vel motum nimium, vel iram, vel minutione sanguinis potest fœtum amittere. Cũ verò infusa est anima in puero, paulo firmius adhæret, neq; citò labitur. Sed cũ puer matura- uerit, naturæ officio citò educi- tur. Vnde Hippocrates dicit, q̄ si mulier indigeat purgatione, vel minutione, hæc non facias ante quartum mensem: sed in quinto vel sexto potest purga- ri, vel minui, si necesse fuerit: sed tamen moderatè cum cho- lagogo, vel apozemate, cũ cau- rela prout virtus patientis po- terit pati: vltra verò & ante hoc tempus, periculosa erit euacua- tio. Maturato tandè tempore partus puer mouet se vehemẽ- tius, & nititur ad egressum: cũ ipsius temporis natura vuluam aperiri facit: vt fœtus inueniat sui exitus libertatè: & ita fœtus de cubili suo, scilicet de secun- dina naturæ vigore expellitur.

A DE SIGNIS IMPRÆ- gnationis. Caput
XIII.

AD cognoscendum vtrum mulier gester masculum vel fœminam, accipe a- quam de fonte, & mulier extra- hat duas vel tres guttas sanguĩ nis, vel lactis de dextro latere, & infundatur in aquã: & si fun- dum petant, masculum gerit: si supernatent, fœminam. Vnde dixit Hippocrates, mulier quæ masculum gerit bene colorata est, & dextram mamillam ha- bet grosiorè: si pallida est, ge- rit fœminam, & sinistram ma- millam habet grosiorem.

B DE REGIMINE PRÆ- gnantium. Cap. XV.

Mulier quãdo incipit im- prægnari, cauendum est ne nominetur coram i- psa qđ non possit haberi. quia si postulauerit, & non detur ei, dat occasiōe abortiēdi. Quòd si appeteret argillam, vel cretã, vel carbones, dentur ei fabę co- ctæ cum zuccharo. Instante au- tem tempore partus sæpe bal- neanda est mulier: & inunga- tur venter eius cum oleo oliua- rum, vel cũ oleo violarũ: & co- medat cibos leues, et digestibi- les. Si verò pedeseius tumue- rint, inũgatur cũ oleo rosaceo, & aceto. Et post cætera cibaria

comedat volatilia, cydonia, ma-
la granata. Et si venter eius ven-
tositate distendatur, accipe fe-
minis apij, ameos, menthe ana
dra. iij. mastiches, garyophyllo-
rum, cardamomi, radice rubie
maioris ana drach. iij. castorei,
zedoariae, ireos ana dra. ij. zuc.
dra. v. fiat puluis subtilissimus,
& conficiatur cum melle: & den-
tur ei scrup. iij. cum vino, hoc e-
nim materiae aufert ventosita-
tem, & abortum prohibet, si
prout decet recipiatur.

DE REGIMINE PARTU-
rientium. Cap. XVI.

TEmpore partus imminen-
te, parat se mulier, ut mos
est. obstetrix similiter. Fi-
at quoque cum magna cautela
sternutatio, constrictis naribus
& ore: ut maxima pars virtutis
spirituum redat ad matricem.
Deinde detur ei decoctio foeni
graeci, muscilago lini, & psyllij,
vel parum theriacae, vel diates-
faron cum decoctione artemi-
siae in vino. Item de galbano
cum asa foetida, & myrrha, vel
ruta fiant trochisci, & inde fiat
fumigium ad nares. Super o-
mnia caueat sibi a frigore. Et
non fiat suffumigatio aromati-
ca ad nares, sed ad orificium ma-
tricis tutius potest opponi: quia
matrix sequitur odorifera, &
fugit foetida. Ad hoc valent
species odoriferae, ut muscus,

Ambra, lignum aloes, & similia
pro diuitibus: item & herbae
odoriferae, ut mentha, pulegiu,
calamentum, organum, & simi-
lia pro pauperibus. Notandum
quod sunt quaedam physica re-
media, quorum virtus est nobis
obscura, quae ab obstetricibus
facta proferuntur. Teneat er-
go patiens magnetem in ma-
nu dextra, & confert. Item ra-
furam eboris bibat. Item coral-
lus in collo suspensus prodest.
Similiter album illud quod in-
uenitur in stercore accipitris,
datum in potu confert. Item
in ventre hirundinis, siue in ni-
do inuenitur lapis primogeni-
ti, cuius lotura ad idem valet,
& ad alia multa.

DE DIFFICULTATE PAR-
tus. Cap. XVII.

Sunt autem quaedam mulie-
res ita angustiosae in offi-
cio partus, ut vix, vel nun-
quam se expediant: quod ex di-
uersis causis solet provenire.
Quandoque enim calor extra-
neus superuenit circa interio-
ra: unde ipsae nimis angustian-
tur in partu. Quandoque nimis
paruus est exitus matricis: vel
quia nimis pinguis est mulier:
vel quia foetus est mortuus non
iuuans naturam in suo motu.
Et hoc multum contingit mu-
lieri iuueni patienti in hyeme:
cum naturaliter habeat orifi-
cium

*At hinc
non emi-
pote ob-
stetrix.*

Stomachicis

Lobis

Suffumigium

Stomachicis

Stomachicis

cium matricis strictum, quod propter frigiditatem temporis & aëris plus constringitur. Quādoque ab ipsa muliere calor totus exhalat. vnde sine viribus relinquitur, ideo deficit in expediendo se à partu. Primò ergo si acciderit difficultas partus, ante omnia recurrendum est ad Deum. deinde ad inferiora descendēdo expedit mulieri difficilè parienti balneari in aqua, vbi coctæ sint maluæ, fœnugræcum, semē lini, & hordeum. Inungantur latera, venter, coxæ, & ilia cum oleo violarum, vel rosarum. Fricetur fortiter, & detur ei in potu oxyzaccara, & puluere menthæ, & absinthij drach. j. Prouocetur sternutatio cum puluere thuris naribus imposito, vel cum puluere candidi piperis, vel euphorbij. Ducatur mulier lento passu per domum. Et qui assistunt, non respiciant eam in vultum: quia mulieres solent inde verecundari in partu, & post partum. Si autem puer non egrediatur eò ordine quod debet, vt si prius tibiæ, vel brachia exeant, adsit obstetrix cū parua & suauis manu humectata in decoctione feminis lini, & fœnugræci, reponendo puerum in locum suum, ordine reposito. Si verò puer sit mortuus, accipe rutam, artemisiam, absinthium, piper nigrum: & hæc tria da in vino, vel aqua vbi co-

Acti sunt lupini. Vel teratur sarureia, & ligetur super ventrem: & exhibit fœtus siue viuus, siue mortuus. Idē facit verbenapota cū vino, vel aqua, vel aceto. Vel accipiatur aqua falsa, vel rosata, & lac asinæ ana, & detur ad potandū. Vel accipiatur butyrum cum melle, & vino, & detur ad bibendum. Quòd si adhuc tardetur partus, vel si fœtus mortuus sit in ea, & non liberetur: accipe rutam, artemisiam, opopanax, absinthiū cum modico oleo, & pauco zucc. terantur, & ponantur super inguina, vel super umbilicum: & melius valet. Item cingatur mulier de spolio serpentis, de quo serpens exiuit. Idē operatur lapis Aërites ligaturus ad femur. Vel alligetur radix cucurbitæ renibus eius, & auferatur quā citò fœtus exierit, ne matrix exeat post egressum pueri. Præterea difficulter parturientibus subueniendum est hoc modo. Paretur balneum, & intromittatur mulier: & post exitum fiat fumigium de spica, & similibus aromatis, ad confortandum, & aperiendum. Fiant etiā sternutatoria de helleboro albo in puluerem bene redacto. Dixit enim Copho: conquassentur membra, & rumpantur cotyledones, & sic fœtus egredietur. Item his quæ multum laborāt pariendo fœtum mortuum, sic

*Sordidus
et natus*

succurrendum est. Ponatur patiens in linreamine, & tendatur à quatuor fortibus hominibus per quatuor angulos, capite patientis aliquantulum eleuato huc & illuc, ab oppositis angulis fortiter trahatur linreamen, & statim pariet, DEO fauente. Si autem secundina intus remanserit, properandum est vt exeat. Prouocetur ergo sternutatio ore clauso, & naribus. Aut fiat lixiuium de cinere facto de fraxino, cui admiscendo pulueris seminis maluę dra. j. detur ei ad bibendum: & statim vomer. Vel detur ipse puluis de semine maluę cum aqua calida: & si vomat, bonum est. Et suffumigetur subtrus oculis de ossibus piscium falsorum, vel de vngula caballina, vel stercore cati, vel agni: ista enim secundinam educunt. Valer etiam decoquere semen lini in aqua calida, & dare ad bibendum. Idem facit bdellium cum vino. Si verò sanguis non exierit post secundinam, fiant ea quę dicta sunt ad menstrua prouocanda. Quòd si cõtingat difficultas partus ex cõstrictione orificij matricis, cuius cura grauior est inter omnes, ideo tale subiungimus consilium. Prouideat sibi mulier in tribus vltimis mensibus in diæta, ita vt vtatur lenibus cibus & digestilibus, vt per ea membra dilatetur: qualia sunt vitella ouo-

rum, carnes, & iuscula pullorũ, & minorum auiũ, scilicet perdicum, phasianorum, & piscium squamosorum cum bono condimento. Fiatq; ei balneum sæpius de aqua dulci, in qua si apponantur herbe mollificatiuę, sicut maruræ, & huiusmodi: & melius erit. Sed fugiat balneũ aëreum, & stupham. Et cum de balneo exierit, inungatur vnguetis calidis, vt oleo laurino, & oleo de semine lini, & axungia anseris, vel anatis, vel gallinæ. & hæc inunctio fiat ab vmbilico inferiũs cum prædictis vnguentis calidis.

DE REGIMINE INFANTIS. Cap. XVIII.

B Infantis aures premédæ sunt statim: & hoc multotiens est faciendum. Postea obseruandum ne lac subintret aures, aut nares, cum ab lactatur. Et ligetur vmbilicus tribus digitis à ventre mensuratis. Quia secundum retentionem vmbilici erit virga virilis maior, vel minor. Et vt rectius loquatur, vnge palatum cū melle, & nares cum aqua calida: Et factis vntionibus, semper mundificetur, & muscilagines semper emungatur & emudentur. Puer præterea sæpe est fricandus. & quælibet eius membra in vnaquaq; parte fascia sunt retinenda, & iungenda: & rectificanda sunt

*Rehio
vmbilici
virgæ
speciat*

De...

funt eius membra, caput videlicet, frons, nares, venter, & renes temperentur, ne multa ex eis exeat vntuositas, vel humiditas. Quòd si aliquid istorum appareat, diutius à solita fasciatio ne cogatur abstinere, & diutius dormiat. Postea verò in aqua calida balneetur, & ad suam consuetudinè reducatur: & si opus sit, de medicinis soporiferis parum detur, vt dormiat. Cutis eius equaliter est mouenda: quod etiam consuevit fieri post mamillarum susceptione. In principio natiuitatis oculi cooperiendi sunt: & summè perecauendum est ne sit in loco lucido. Ante ipsum sint diuersae picturae, panni diuersi coloris, margaritae. Coram eo cantilenis, & facilibus vtendum vocibus. nec asperis vocibus cantandum, neque raucis, sicut bombardis. Postquam hora loquedi appropinquaret, nutrix eius linguam frequenter cum melle & butyro vngat. Et hoc maximè faciendum est, cum loquela tardatur. Ante eum frequenter est loquendum, & facilia verba proferenda. Cum verò tempus natiuitatis dentiū venerit, gingiuae singulis diebus cum butyro & axungia gallinae saepe fricandae sunt, & aqua hordei linienda, gula & spondilia inungenda. Quòd si venter eius laxabitur, superponatur emplastrum quod fit ex cymino & acetone: & admisceatur zucarum, gum-

A mi arabicum, bolus armenus, & similia. Cum tempus aduenerit in quo comedere incipiet, dandi sunt infanti magdaleones ad modum gladii facti de zuccaro, et similia, ac lacte, quos possint in manu tenere, & cum eis ludere & de eis fugere, & aliquid transglutire. Caro, quae est in pectore gallinarum & phasianorum, & perdicum, est ei tribuenda. Et postquam bene capere coeperit, mamillarum substantiam mature incipiens, eas in nocte fugere permittas. ita & in die ordinatè ducendus est, bene obseruado ne tempore calido à lacte remoueatur. Si vnum membrum pueri sit maius alio, ad bonam habitudinè sic potest reduci, si talis dispositio fuerit recens, quia inueterata nullo modo reducitur. Fomēteretur ergo primò cum decoctione braecae vrsinae, radice althaeae, foliorum apij, petroselinii, & marathri, diutius bulliendo in qua, & membrum patiens ponatur super vas, & cooperiatur pano lineo, vt sudet. Postea chamemelum & althea incoquantur, & in illa viscositate malaxetur cera, & totum membrum inde cooperiatur. Postea ligetur fascia linea strictè, & ita membrum patiens sudet per noctem vnam: manè verò fricetur, vt spiritus excitetur, & fluat ad locum dolorum. Quo facto, fricetur statim cum dialthea ita composita, vt sint duae partes dialtheae &

*Ad cytharum
membra reducitur.*

tertia de oleo laurino: commi-
 sceantur, & vngatur membrū
 prædicto modo ter vel quater
 in die. Tunc quoq; accipe dia-
 ceraseos, ceroneum, oxycro-
 ceum, & adiuicem pulueri-
 zentur. Deinde decoquatur al-
 thea, & puluis ille malaxetur
 cum illa viscositate, quousque
 bene adhæreat: & membrum
 totum patientis cooperiatur,
 & fascia ligetur. Et sic fomen-
 tando, & emplastra ponendo
 poterit alleuari. Quibus factis
 iniungatur requies & otium,
 & vtatur calida, & humida die-
 ta, optimo vino, & mediocri-
 ter rubeo, quod bibat quousq;
 curetur. Insuper & balneo a-
 quæ dulcis vtatur.

DE ELECTIONE NV-
 tricis. Cap. XIX.

IVuenem oportet esse nutri-
 cem, clarum colorem cum
 albedine & rubore permix-
 tum habentem, quæ nõ sit par-
 tui vicina, neq; multum à par-
 tu remota. Non sit maculosa:
 nec infirmas, neq; nimis gros-
 sas habeat mammillas: pectus
 grossum & amplum: pinguis
 sit mediocriter. non comedat
 falsa, nec acuta, nec stiptica,
 nec porros, aut cepas: neq; cæ-
 teras species quæ admiscentur
 cibarijs pro sapore, vt piper, al-
 lium, erucam: & præcipuè vi-
 detur allium, sollicitudinem: ac si-

Abi à menstruorū prouocatione
 caueat. Et si lac minuatur, pul-
 res de farina fabarū, & similiter
 risi, & de pane simile cum lacte
 & zuccaro facto dentur ei ad
 sorbendum: quibus augmēte-
 tur lac, in quarum decoctione
 parum de semine fœniculi ad-
 misceatur. Si autē lac eius fue-
 rit grossum, nutrimentum ipsi-
 us subtiliandum erit, & ita etiā
 cogatur laborare. Cui insuper
 dandus est syrupus acetosus,
 & vinum subtile. Si verò lac e-
 ius fuerit subtile, nutrimenta
 sint grossa & fortia, & somnis
 vtatur longioribus. Quòd si vé-
 ter pueri solutus sit, dentur nu-
 trici quæ constipant.

B DE HIS QVÆ MVLIERI-
 bus sæpe post partum accidunt.
 Cap. XX

Accidit mulieribus sæpe
 dolor post partum. Ma-
 trix tunc tanquam fera
 syluestris, propter subitam eua-
 cuationem quasi uagando huc
 & illuc declinat. Vnde vehe-
 mens efficitur dolor. Accipe er-
 go cimas sambuci, & tere: ac
 succo extracto, cum farina hor-
 dei, & albumine oui distempe-
 ra. & inde fac crispellas cū san-
 guine ad comedendum: & vi-
 num calidum in quo cyminū
 bullierit da ad bibendum. Vel si
 post partum matrix doleat, Ac-
 cipe storacis, calamenthæ, thu-
 ris,

ris, semen apij ana drach. j. semen racemorum nigrorum drach. ij. ponantur super carbones vivos, & suffumigetur. quia multum confert. Sunt quaedam quae ex gravitate partus incidunt in rupturam pudendorum. Unde & radicem consolidae maioris exiccatam, cuminum, & cinnamomum: fiat pulvis, & injiciatur in vulvam, & consolidabitur. Item quibusdam mulieribus in pariendo male accidit, propter defectum assistentium. Sunt enim quaedam, quibus vulva & anus fiunt unum foramen, & idem cursus: inde istis exit matrix, & indurescit. Quibus in reponendo sic subvenimus. Matrivi vinum calidum apponimus, in quo bullierit buryrum: & diligenter fomentamus, quousque matrix efficiatur mollis, & tunc suaviter eam reponimus. Postmodum rupturam intra anum & vulvam tribus locis vel quatuor fuimus cum filo de serico: postea pannum lineum vulvae imponimus ad quantitatem vulvae. Deinde pice liquida liniemus. hoc enim facit matricem retrahi, propter sui foetorem. Demum sanamus rupturam cum pulvere facto de consolidae maiori, & minori, & cymino. Huiusmodi autem pulvis superspergendus est: & collocetur mulier in lecto, ita ut pedes altiores sint, & ibi omnes opera-

ationes suas per octo vel novem dies faciat: & quantum necesse fuerit, manducet: ibi egerat, & omnia assueta faciat. Hanc praeterea oportet abstinere a balneo, usque quo viderit quod balneum sustinere possit. Debet quoque abstinere ab omnibus quae rufsim faciunt, & ab indigestibilibus. Ad praedictum igitur periculum evitandum, eis in partu diligentissime sic providendum est. Praeparetur pannus in modum pilae oblongae, & ponatur in ano, ad hoc ut in quolibet conatu ejiciendi puerum, illud firmiter ano imprimatur, ne fiat huiusmodi continuitatis solutio. Sunt quaedam, quibus post partum retinetur secundina. Ad illius expulsionem accipimus succum porri, & distemperamus cum oleo pulegino, vel muscatellino. Vel damus succum boraginis ad potandum, & statim educitur. quia fortasse vomer, & ex conatu vomedi educitur. quia succus ille vim habet talem, qua sufficit ad eius expulsionem. Sunt quaedam, quibus muliebria ventum suscipiunt, qui inclusus dolorem & tumorem facit. Istas fomentamus cum decoctione sinapis, vel cepae. Quibus quandoque partes illae pruriunt, quas scalpendo excoriant: unde quandoque oriuntur pustulae, quae maximam inferunt laesionem. Ideo partes illas

Ser. d. h. v. v. v.

*Succi Rosa
Paeonib.*

V. v. v. v. v.

Pruritus

vngamus cum vngueto, quod
 valet cōtra vsturas ex igne vel
 aqua calida factas. Vnde ad hu-
 iusmodi excoꝛatiōes, & pomū
 vnum, bolum armenum, masti-
 chen, libanum, oleum, vinum
 calidum, ceram, & sepum. Et
 conficiamus sic. Pomum munda-
 datum ab interiorib. & exteriori-
 bus corticibus, tritum ponimus
 ad ignem in olla cum oleo, cera,
 & sepo: & cum bullierit, mastichē
 & olibanum pulverizata imponimus.
 Postea facimus colari per pannum.
 Notandum quōd si aliquis propter
 vsturam hoc vnguento vnctus
 fuerit, loco inuncto foliū hederæ
 coctum in vino vel aceto, vel
 gladioli folium debet superponere.
 hoc enim remedium est honestum.
 Idem vterus per vuluam ingressus,
 vt supra dixim⁹, & receptus in dextram
 partem vel sinistram matricis,
 tantam generat ventositatem,
 quōd quasi ruptæ vel iliacę
 appareant. Vnde communiter
 TROTVLA vocata fuit, quasi
 magistra operis. Cū enim quædam
 puella debens incidere propter
 huiusmodi ventositatem, quasi
 ex ruptura laborasset: cū eam
 vidisset Trotula, admirata fuit
 quamplurimum. Fecit ergo eam
 venire in domum suam, vt in secreto
 cognosceret causam egritudinis.
 Qua cognita, quōd non esset
 dolor ex ruptura, vel inflatio-

A ne matricis, sed ex ventositate:
 fecit hoc modo ei fieri balneum,
 in quo coquebatur malua &
 parietaria: & eam intromisit:
 ac eas partes frequenter &
 satis planè tractauit mollificando:
 & diu fecit eam in balneo
 commorari: & post exitum à
 balneo faciebat ei emplastrum
 de succo tapsi barbati, & rapistri,
 & farina hordei: & totum
 illud ad ipsam ventositatē
 consumendam calidum apposuit:
 & iterum balneo prædicto
 insistere fecit, & sic curata
 remansit. Quibusdam post partum
 accidit immoderatus fluxus
 sanguinis. Quibus subueniendo
 extrahimus succum artemisię,
 saluæ, pulegij, persicariæ, &
 aliarum herbarum huiusmodi:
 & facimus crispellas, damus
 ad comedendum: & collocamus
 eas frequenter ad balnea:
 & hoc modo restringēdo
 sanguinē eis subuenimus. Vel
 aliter. Accipe argillam, & distē-
 pera cum aceto: & fiat
 emplastrum ad hepar in dextro
 latere. Et si fluxerit sanguis
 per nares, de hoc emplastro
 ponimus supra frontem &
 tempora, ex transuerso
 tempora & frontē attingendo.
 Et nota, quōd fluxus per
 nares non fit, nisi quando
 peperit filium. Sunt & alię
 quę laborant exitu matricis
 post partum. Quibus bene
 succurrendo, & artemisiam,
 pulicariam, iuniperum, camphorā,
 abluat.

vnguentum
 de vsturis
 vnguentum
 de vsturis

Empirion
 de vsturis
 de vsturis

de vsturis
 de vsturis

de vsturis
 de vsturis

abſinthium: decoquantur in aqua, & fiat balneum, in quo ſedeat uſq; ad mamillas. Poſtea ſuauiter ponatur ad lectum: & iaceat ſuſpenſa pedibus, ut matrix conuertatur in locum ſuū. *l. l. iij*
 Intromiſſa q; matrice, & puluerem pulegij, galange, ſpicę nardi, nucis muſcataę, caryophyllata: miſce, & diſtempera cum oleo muſcellino, vel pulegino. Et accipe pannum lineum veterem, rarum, & ſubtilem, & in tus liga hos pulueres, formando ad modum pilę. Et matrice intromiſſa, os vuluę cum dicta pila obſtrua, ut matrix iterum non exeat: & pilam ibi cum faſcia ſuperliga, ut nō poſſit exire: & facias tranſire retrō uſque ad renes & intra ilia, & ibi ligetur. Sed antequam ibi ligetur, fiat tale emplaſtrum ſuper renes. & naſturtij, baccharū lauri, thuris, cinnamomi, ana q. s. omnibus puluerizatis, & ad ignem calefactis diſtemperatis q; cum melle fiat emplaſtrū, quod adhuc calidum ſuper renes ponatur, ligando faſcia, cum qua ligata eſt pila vuluę, firmando emplaſtrum & pilā fortiter, ut moueāt. Et ipſa iaceat ſupina per nouē dies & amplius ſi fuerit neceſſe. Neque ſe moueat, niſi cauſa magnę neceſſitatis. Et da ei talem diætā, ut per decem dies non eat ad fellam, vel ad vrinam faciendam ſæpe. Item in exitu vuluę

A poſt partum imponimus plumaceolum, comprimendo ut non exeat, niſi cū mingit. Tertio verò die facimus balneum: & in poſterioribus facimus in ſufflari ſequentes pulueres ne tumefcant. & zinziber, pyrethri, cınanomi ana: fiat puluis. Ad hæmorrhoides innatas *hæmorrhoides matz* uſio partus. & abſinthium, abrotanum, caſſiam ligneam, corticem caſſię fiſtulę. coquantur fortiter in uino: & inde fiat balneum. Et cum exierit de balneo, accipe puluerem aloës: cōficiſe cum oleo muſcellino, vel pulegino, & intinge bombacem, & ſuppone. Quibuſdam accidit dolor mamillarum ex lacte. Accipe argillam, diſtemperetur in aceto, & fiat emplaſtrum: dolorem ſedat, & lac cōstringit. ſed prius locum aqua calida fomentabis. Item nota quòd dolor, qui accidit in mamillis puellarum, de facili tranſit. Quoniam hæc paſſio menſtruis erumpentibus ſanatur, quòd in quibuſdā puellis morbo caduco laborantibus fit ex ſuffocatione matricis, cōpreſſis ſpiritualibus. Contra apoſtēma autem mamillarum fac emplaſtrum de malua, viſco, abſinthio, artemiſia, & cum axungia diſtemperetur. Et cū caput apparuerit, contere nucleos, & appone. & ſi non rum pitur, cum phlebotomo aperiatur: & exprime parum

in principio, ne ex subita evacuatione fiat peius. Et tunc impone licinium singulis diebus bis vel ter illinitum vitello oui, aut & melius vnguento facto ex buryro Maij, vitello oui, & terebinthina: quod est mirabile, & benignum. Quòd si locus iste fuerit fistulatus, cum cura hac poterimus subuenire.

Et radicem mūdātam ellebori nigri, & intinctā oleo, vel melle impone, & puluerem de lappa combusta superasperge: id enim omnem fistulam inūdat, & mortificat, dummodo inter ossa non fuerit. Ideoq; ibi debet poni, quousque mortificetur, & desiccetur. Postea vulnus curetur.

DE MALA COMPLE-
xione calida, & frigida ma-
tricis Cap. XXI.

VT igitur à nobis de curatione mulierum cōpendiosa fiat traditio, notandum est quòd quædam mulieres sunt calidæ, quædam frigidæ. Ad quod tale fiat experimentum. Licinium cum oleo pulegino, vel laurino, vel alio oleo calido inungamus: & illud in quantitate parui digiti vuluq; intromittamus de nocte quando vadit dormitum: & ligetur cū filo forti circa crura. Quòd si intus attractum fuerit, datum est nobis indicatiū, quòd

A laborat frigiditate. Si verò expulsum fuerit, scimus eam laborare caliditate. Sed in vtraq; causa subueniendum est hoc modo. Si de causa laborat calida, supponatur suffumigium de herbis frigidis in hunc modum. Quoniam contraria contrarijs curantur. Ponamus igitur maluas, violas, & rosas in aqua, & istarum decoctione fumigemus. Si verò frigiditate laborat, quòd melius est, de pullegio, folijs lauri, & persicaria mulieri faciamus fumigiū, similiter pessarium: & sic abundantia humorum mundificata, habilis erit ad concipiendū. Postea faciamus fumigium fœ-

Bminis, quòd miro modo confortat. Et caryophyl. spicæ nardi, storacis, calaminthæ, nucis muscatæ, & ponantur in testa oui super carbones viuos paucos, & paretur sella perforata, vt totus fumus ad interiora redundet.

DE DOLORE MA-
tricis. Cap. XXII.

AD dolorē matricis pro-
uenientem ex duritie i-
psius, Accipe saxifragiā,
cretā marinam, caules veteres,
artemisiā, maluam, radicem
asparagi: oēs herbas coque in
aqua fortiter, & fac in his sede-
re patientem vsq; ad mamillas.
Et cū exierit, pista maluā, arte-
misiā,

*Vngtu. l.
Buryro Maij*

P. lappa

*Dolor. f.
Duzhy*

mifiam, camphorā, & eas pisto-
ratas in olla calefacias: & in for-
ma magdaleones cum pauco
oleo laurino, vel pulegino: &
suppone. Cōtingit & dolor ma-
triciſ ex abortu, vel ante tēpus
ex retentione menſtruorum.

Quod fit ſæpius ex frigiditate,
rarò autem ex caliditate. Si ex
frigiditate, ſignum eſt dolor &
punctura ſiniſtri lateriſ. Tunc
accipe pulegium, organū, ne-
petam, lauri frōdes, vel grana,
& maluas, in aqua bene fac bul-
lire: & inde patientem fomen-
tā. Poſtea accipe caryophylloſ,
ſpicam nardi, nucem muſcatā,
galangam: & fiat ſuffumigatio,
& per embotum fumum reci-
piat. Deinde triſeram magnā,
vel potionem S. Pauli in modū
auellanæ, ſuppone cum bom-
bace. Si autem ex calore fit, tūc
uſu Veneriſ matrix deſiccatur,
& caleſcit. Signum huiuſ eſt, q̄
dolor nimiuſ circa parteſ illaſ
eſt. Ideo accipe maluam, her-
bam violarum, floreſ roſarum,
radiceſ iunci: coquantur forti-
ter in aqua, & in eiſ fomentetur
patientſ, & eidem triſera Sa-
racenica omni die ſupponatur.

DE FLUXV MATRI-
cis. Cap. XXIII.

SVNT quædam muliereſ, quæ
fluxum patiuntur matriciſ
inſtar ſpermatiſ, vt ſunt
quædam vetulæ fluxum ſanio-

A ſum emittēteſ. Quibuſ prouo-
cando menſtrua ſubueniendū
eſt, cū ſunt ſterileſ. Sunt & a-
liæ ſterileſ, ſimili modo ſaniē
educenteſ. Hoc itaque eſt in
conſueto tempore eiſ adueni-
ente. Cū enim eiſ menſtrua
negantur, loco menſtruorum,
propter earum frigiditateſ ſa-
niem emittunt, ac ſi ab hepate
fluxuſ deſcenderet. Quibuſ ſic
ſubueniendum eſt. Faciamuſ
eiſ fumigium ex vino vel aqua,
in qua coctæ ſint herbæ calide,
qualeſ ponemuſ inſrā de ſtran-
guria & lapide. Poſtea diſtem-
peremuſ triſeram magnam in
oleo pulegino vel muſcellino,
& in panno lineo, vel lana ſuc-
cida, vel bōbace inuoluamur,
& vuluæ imponamur. Sunt &
aliæ iuueſ, quæ eodem mo-
do laborant, propter defectum
menſtruorum, ſed iſtę liberan-
tur mēſtruiſ prouocatiſ. Et no-
tandum quòd quædam mulie-
reſ calidæ, ſterileſ factæ ſunt,
nec laborant hūiuſmodi fluxu,
ſed ſiccæ tanquam viri perman-
ent. Sunt item quædam quæ
fluxum ſanioſum habent ſimul
cum menſtruiſ. Quaſ facimur
federe ſuper maſſam eruçæ a-
greſtiſ coctæ in vino, panno li-
neo interpoſito: dummodo ſit
calida. Ad idem recipe pulegiū
puluerizatum, & in ſacculo po-
natur, qui intantum longuſ &
latuſ fiat, vt vtraque pudibun-
da ligari poſſint, quem patientſ

ferre debet super vuluā ad fluxuum prohibitionē. Et priusquam ligetur, debet ad ignem caleferi, vt confortetur tam a-nus, quā vulua.

DE CARNE IN MATRI-
ce exorta. Cap. XXIII.

SVnt quēdam mulieres quibus frustra carnis pēdent in matrice. Et nota, quōd hoc eis cōtingit ex spermate intus retento, & infuscato: quia post coitum se mundificant. Has igitur semper cū decoctione calida herbarum fomentamus.

DE TVSSI ACERRIMA
puerorum. Cap. XXV.

PAfsioni puerorum, quę est quasi tussis acerrima sic subuenimus. Accipe hyssopum, serpillū, & in vino decoque, & da ad bibendum. Vel grana iuniperi distemperamus cū vino, & damus ad bibendū.

DE SVDORE FOETIDO.
Cap. XXVI.

SVnt quidam, qui habent sudorem foetidum vltra modum. Istitis facimus pannum in vino intinctum, in quo bullierint folia myrtili, vel ipsa herba, vel ipsi myrtili.

A DE DOLORE OCVLORUM. Cap. XXVII.

CONtra dolorem oculorū accipe maluam, herbam violariam, summitates rubi, rosas siccas, verbenam, filem montanum: & oculos inde fomenta in sero, & fac emplastrum de eisdem herbis cum albumine oui, & superpone.

DE TELA OCVLORVM.
Cap. XXVIII.

SI tela sit in oculo, accipe cōcham marinam, & olibanū, ana æqualibus partibus: cōbure, & os sepię non cōbustum pulveriza: & oculis impone bis vel ter in hebdomada. Si de phlegmate fuerit, accipe poliū mōtanum, pulegium, folia lauri, organum, carui: & inde oculos fomenta. Vnguentum ad idem. Accipe aloës hepatici duas partes, olibani, gypsi, ana de his duobus quantū de aloë hepatico, pulveriza subtiliter, & confice cum axungia recenti, & locum inunge.

DE MACVLIS OCVLORUM. Cap. XXIX.

AD maculas oculorū, quę remanent post ruborem, & carnis marinę vnc. ij. libani, ofsis sepię ana vnc. v. carnem marinam, & olibanum
in

in puluerem redige, & os sepię subtiliter rade. fiat puluis, & oculis imponatur. Si patiens esset puer, distemperetur cum aqua rosacea, & oculis immittatur. Vnde quę oculis præcipuè valent, his versibus habes:

Feniculum, uerbena, rosa, chelidonia, ruta:

Ex his fiet aqua, quę lumina reddit acuta.

DE EXITV MATRICIS
propter disproportionem uirgę uirilis. Cap. XXX.

Sunt & alię mulieres quibus **S**matricę contingit exire alia de causa. vt sunt illę, quę nõ possunt pati virgam virilem propter sui longitudinem, vel magnitudinem, coactę tamen patiuntur: sed matrix postea exit de loco, & indurescit. Quibus subuenimus, vt dictum est supra Ca. 20. Vel accipe pannũ, & intingatur oleo calido, pulegino, vel muscellino, & imprimatur, vel illinatur, vel imponatur vuluę: & ligetur quousq; matrix calefacta recesserit per se. Sed caueat ab omnibus quę rursim inducere possunt.

DE INFLATIONE VVL-
uę. Cap. XXXI.

Vlva mulieris quandoque inflatur ex coitu. Tunc sedeat in aqua decoctionis maluę, althę, & pulegij, & liberabitur. Vel accipe

Apulegium, pulicariam, folia lauri: bulliãt in aqua, in qua sedeat mulier: deinde fiat ex prædictis suffumigatio.

DE RVPTVRA VVLVAE
Cap. XXXII.

Ad rupturam inferiorũ partium post partũ, accipe radicę cõsolidę maioris: desicca eã bene, & pulueriza: & puluerę cymini subtilę, & cinnamomi etiã in vuluam iniice: & consolidabitur.

DE DOLORE VVLVAE
Cap. XXXIII.

Ad dolorem vuluę post partum, accipe rutam, artemisiã, camphoram: pista bene, & cum oleo muscellino vel pulegino cõficiantur: & madefacta in olla inuoluantur panno, & superponantur.

DE MULIERIBVS MINGENTIBVS IN LECTO. *Caput XXXIIII.*

Mulieres quędam sunt, quę nocte in lecto, velint nolint mingunt: quoniam meatus naturales paralytim patiuntur. Has igitur cum herbis calidis fomentamus.

DE MODO COARCTAN-
*di matricem, ut etiam corrupta
appareat uirgo. Cap.
XXXV.*

Nisi de restrictione ampli-
tudinis vuluę propter ho-
nestā causā liceret tra-
ctare, nullam de ea mētionem
faceremus: sed cum per hāc im-
pediatur aliquādo conceptio,
neesse est tali impedimēto sic
subuenire. R̄ sanguinis draco-
nis, boli armeni, corticis mali
granati, aluminis, mastiches,
gallarum ana vnc. j. vel vnc. ij.
vel quantū vis singulorum, &
in puluerem redige: & omnia
simul in aqua calefacta confi-
ciantur. & de hac confectiōe
pone in foramen transiens in
matricem. Vel, R̄ gallarum, su-
mach, plātaginis, cōsolidę ma-
ioris, aluminis, cimolię, chame-
lææ ana vnc. j. decoquantur in
aqua pluuiali: & cum ista deco-
ctiōe fomentētur pudibūda.

P. l. ang.

DE CRASSIS MULIERI-
*bus, & gracilibus. Caput
XXXVI.*

Sunt quædam mulieres, qui-
bus non committitur carna-
le cōmerciū: tum quia vo-
to, tum quia religione tenētur,
tum quia viduę sunt. Nam qui-
busdam mulierib. non licet ad
secunda vota transire: quę cūm
voluntatem habeant coëundi,

A & non coëunt, ideo incurrunt
grauem ægritudinem. Illis igitur
fiat tale remedium. Accipe
bombacem, & oleum muscelli
num, vel puleginum, & inūge,
& vuluę impone. Quod si tale
oleum non haberes, accipe tri-
feram magnam, & cum modi-
co vino calido resolue, & cum
bombace vel lana succida vul-
uę impone. Hoc enim bene ca-
stigit & refrænât luxuriam, do-
lorem eius & pruriginem se-
dans. Nota q̄, in hoc casu nullū
pessarium est administrādum,
ne matrix longa abstinentia re-
stricta lædatur: quoniam os ma-
tricis vuluę coniungitur vt ori-
labia: nisi fiat cōceptio. tunc e-
nim retrahitur matrix. Alia e-
nim est cura, qua reddimus ma-
tricem aptam ad concipiendū.
Sed quoniam quædā sunt cras-
sæ quasi hydropicæ, & quædā
graciles: tam illæ quàm alię in-
eptæ sunt ad concipiendum.
Vtrisq; ergo diuerso modo sub-
ueniendum est. Vnde si fuerit
phlegmatica & crassa, facia-
mus ei balneum de aqua mari-
na & falsa. Ad moderationem
tamen aquæ imponimus iuni-
perum, nepetam, pulegiū, lau-
reolam, absinthium, artemisiā,
hyssopum, huiusmodi que her-
bas calidas. In hoc balneo fa-
ciat moram, quousque satis
sudet. Postea recipiatur cau-
tè in lectum, & bene coope-
riatur. Et si aliquando cibum
petie-

*longa
reperit*

*v. g.
x. l.
ad
st.*

tes quatuor, & quartam partē de pipere, & puluerizata apponimus loco, & prædicto modo curamus. Item ad asperitatem faciei ex sole, vel vento, & ad eam dealbandam & clarificandam. Accipe sepum ceruinum, bulliat in aqua, deinde in aliā aquam coletur, & colatum diu manibus malaxetur, & tūc adde puluerē cryftalli & vermis. Nota singulare vnguentum valens ad solis adustionē, & quālibet fissuram, maximè ex vento, & contra pustulas faciei ex aëre, similiter contra maculas, & excoitationes faciei, quo vuntur mulieres Salernitanæ. *Radice lilij vnc. j. ceruse vnc. ij. mastiches, olibani ana vn. v. camphoræ drac. j. axungia vn. j. aquæ rosatæ, q. s. Conficiantur sic: radix lilij mundata decoquatur in aqua, & hæc extracta bene teratur, axungia verò liquefiat ad ignem, & bene colata, & à sale mūdāta: simul hæc duo distemperentur prius, addēdo cerusam in aqua rosacea dissolutam: deinde reliqua secundum artem puluerizata, & fiat vnguentum. Hoc igitur vnguento solent prædictæ mulieres se ad ignem inungere in sero, vt in mane à prædictis, scilicet à solis adustione, & fissuris, & pustulis, & huiusmodi, tam per aërem quàm per solis ardo rem illæsæ de die permaneant. Id enim eleuat cutē, & pulchrè*

A colorat. Neque manè lotionibus, vel aliquibus alijs est opus ad remouendum à facie: quoniam non derogat colori quoquo modo. Valet etiam ad repressionem pustularum in leprosis, & satis mundificatiuum est. Quoniam huiusmodi ornatus mulieribus in frequenti vfu est. quia si fuerint deformes, paleat eas. Ideo notandū quando voluerint se ornare, primò abluant faciem cū sapone gallico, & cum aqua calida, & cum colatura furfuris, & hoc fiat in balneo: postea inungant faciē prius desiccata cum oleo de tartaro, continuando per septē noctes, & rotidem dies, vel etiā per quindecim, si vultus multū fuerit pannosus, & lentiginosus. Et quando verecundantur inungere faciem de die, tunc solent se inungere de nocte, & mane lauare cum aqua tepida, in qua resoluta fuerit pinguedo amidi, ad mitigationem. Volens ergo mulier faciem suam decorare, vadat ad balneum, & intret stupham, ibiq; faciē inungat cū oleo tartarino, et sic inuncta sudet optimè: postea lauet faciem, vt patet ex supradictis. Et si voluerit tollere pilos in facie, tunc post balneum faciem suam bene desiccata cum panno illiniat hoc psilothro. *Et colophoniam & cerā, & in vase fictili resolue: et his resolutis addatur parua gutta*

*psilothro
fando mulierum*

*psilothro ad tollere
los pilos faciei*

galbani, & diu coquantur, mouendo cum spatula. Deinde accipe mastichen, olibanum, gumi Arabicum, & cæteris commisceantur. hoc facto, ab igne deponatur: & cum fuerit tepidum, faciem suam liniat: sed non tãgar supercilia. Dimittat per horã, donec sit infrigidatum, postea remoueat illud: subtiliat enim cutem, & pulchrã reddit facie, & pilos remouet, & omnẽ spurcitiã reddit coloratã & lucidam. Item ad pannum remouendum post partum, illinias facie cepa vel squilla, & inde cutis eleuabitur. eleuata autẽ cute sepum hircinum recens faciei superpone, & postea eleuatam cutem remoueas. Aliud ad pannum faciei remouendum. Accipe tartarum de vino albo fortissimo, & cum vrina pueri madefactum stupis inuolue, & cum panno lineo per noctem sub cinere calido dimitte: mane verò proijcias pannum, & tartarum tere, & distempera cum melle, & unge faciem, vt supra diximus. Item ad cutem in facie subtiliandam. Accipe dracõteam, vel maluam tere, vel bryoniã, pista fortiter, et postea misce cum melle albo, & fac bullire per duas horas, & in fine decoctionis adiunge puluerem caphoræ, boracis, salis gemme, cum spatula diu mouendo, & vsui reserua, & vttere facie lota in aqua tepida, vel fursure, ter in hebdo-

mada, & in die Dominica de hoc vnguento inunge. & camphoram, radicẽ lilij in aqua elixam, & axungiam porcina recentẽ, hæc omnia confice cum aqua rosacea, & vttere. Item ad vermes faciei delendas, qui depilant. Accipe lapathi acuti, libani, dracontea, ofsis sepiæ, ana partes æquales: fac puluerẽ, & ter in hebdomada frica, prius tamen facie bene lota in aqua fursuris, & in die sabbati faciem bene laua cum albumine oui, & amido, & per vnã horam in facie remaneat: prius laua cum aqua recenti, & illiniam eam. Item ad serpiginem faciei accipe laparium paruum, id est acutum, pista fortiter, & frica locum patientẽ diu: postea accipe fursur, & infunde in aqua bullienti, & inde laua locum patientem, & postea desicceretur, & fiat tale vnguentum. & enulam campanam bene incisam, & in aceto diu decoque: postea pista fortiter, & immisce puluerem libani, mastiches, lithargyrij, aloës, auripigmenti, cymini, argenti viui extincti cum salina, ana vnc. iij. ofsis sepię vnc. j. saponis & axungia, ana q. s. Confice cum aceto, in quo cocta sit radix enulæ. Mulieres Sallernitanæ ponunt radicem viticellæ, id est bryoniæ, in melle, & cum tali melle inungunt faciem suam, & miro modo rubescit. Aliter mulieres ornant facies

Panni remouendi

subtiliandi

Vizus furis

Serpigine

enulæ

Di. all.

*De allu-
mentis
ad hunc
modum
v.*

facies & labia sua, accipientes mel despumatum, cui addunt parum bryonię seu viticellę, cucumeris agrestis, & parũ aquę rosaceę. Hęc omnia vsq; ad medietatem bulliant: quo vnguento inungatur labia in nocte, & manẽ lauentur cum aqua calida. consolidat enim cutẽ labiorum, & eam subtiliat, & reddit tenerrimam, & ab omni vlceratione præseruat: & si vlcerationes in eis fiãt, sanat. Si verõ mulier voluerit se colorare, tunc optimẽ fricet labia cum cortice radicis arboris nucum, & super dentes & gingiuas habeat bombacem, & intingat in colore cõposito, & cum tali bomba ce vngat labia & gingiuas interius. Color autem compositus sic fiat: Accipe herbam marinã, de qua Sarraceni tingũt pelles in colore viridi. hæc bulliat in vase fictili nouo cum albumine vsq; ad tertiam partem: colaturã addatur bresilium frustatim incisum, & iterum bulliat, & iterũ dimittatur in frigidari. Et cùm tempus fuerit, apponatur puluis aluminis, & tunc in ampulla aurea vel vitrea ponatur, & vsui reseruetur. Hoc igitur modo tingunt mulieres Sarracenę facies suas, quibus vnctis desiccatis, ponunt ad dealbandam faciem aliquid prædictorum, vt cerotum, vel aliquid aliud, & apparet color pulcherrimus admixtus rubori & albedi

Sulla ag.

*De nigra
lucida*

A ni. Item ad guttã oris lauamus os cum vino tepido, dentes bene fricando: & hoc in mane, & idem facimus in sero: postea oleum rosarũ circundamus per noctem, & liberabitur in breui. Item ad dentes nigros & malẽ coloratos. Accipe cortices nucum maiorum bene mundatos ab interiori cortice, qui est viridis, & fricamus ter in die dentes: & cum bene fuerint fricati, alluimus os cum vino calido & cum sale admixto, si placet. Similiter dentes sic dealbantur. Accipe marmor album combustum, & ossa dactylorum combusta, & vitrum album, & regulam rubeam, sal, pumicẽ: & de his omnibus fac puluerem, in quo lana succida inuoluta, in panno lineo subtili dentes interius & exterius frica. Aliud ad idem, quod dentes emundat & albissimos reddit. Patiens post prandium os lauet vino optimo: deinde bene exiccare debet, & abstergere cum pãno albo nouo: postea masticeet quotidie fœniculum, vel leuisticũ, vel petroselinum, quod melius est masticare, quia bonum reddit odorẽ, & bene gingiuas emundat, & dentes facit albissimos. Puluis item ad dentes nigros dealbandos, & cõfirmandas gingiuas corrosas, vel comestas, & ad os malẽ olẽs optimẽ facit. Et cinnamomi, caryophyl. spicę nardi, mastiches,

thuris, frumēti, absinthij, pedū
 cancrorum, ofsium dactylorū
 & oliuarum, ana partes æqua-
 les, terātur omnia, & in pulue-
 rem subtilē redigantur, & inde
 loca fricentur. *Ad idem.* R̄ pu-
 micis vsti, salis, ana drach. x. cin-
 namomi, antofali, antifolij ana
 dra. ij. * micellis, q. s. pumicē, et
 fal cum sufficienti melle cōmi-
 fce, & in patella rudi super car-
 bones pone donec incēdātur,
 & aliæ species in puluerem re-
 digantur, et cū opus fuerit, den-
 tes inde fricentur. Linimentū
ad manus dealbandas, et leui-
 gandas. Asphodeli decoquan-
 tur in aqua vsq; ad cōsumptio-
 nem aquæ, et bene mouendo
 tartarū admisce, et postea duo
 oua: et fiat linimentū, quo ma-
 nus fricabis. Itē ad fœtorē oris,
 nota, si mulier habeat os fœti-
 dum, causa putredinis gingiua-
 rum, illi sic subueniēdū est. Ac-
 cipe calcem viuam, sulphur vi-
 tum, et auripigmentum de cal-
 ce et sulphure, et puluerem cu-
 curbitæ combustæ, et piperis.
 Et habeas peciam vnā scarle-
 tæ, vel alicuius pāni rubei, eāq;
 minutim incidas, quanto plus
 poteris, et adde prædictis. Tūc
 habeas acetum fortissimum, et
 ponas in alio vase fictili, et ali-
 quantulum dimitte bullire: et
 postea pone auripigmentum,
 deinde sulphur, postea puluerē
 cucurbitæ et piperis per inter-
 ualla, ad vltimum ponas peciā

A panni, & remoueas ab igne: &
 tunc extrahas ab olla, et ponas
 sup tabulas diuisim per pastil-
 la ad solem, et dimittas siccarī:
 de his aut siccatīs fiat puluis, et
 ponatur super gingiuas cācro-
 sas et putridas, eis tamen prius
 ablutīs cū aceto tepido, in quo
 bullierit radix tapfi barbati.
 Putredine consumpta, desuper
 spargatur puluis cinnamomi,
 et rolarum rubearum. Ego aut
 vidi quandā Sarracēnā cū hac
 medicina multas liberare, quæ
 accipiebat parum de folijs lau-
 ri, parum de musco, et iubebat
 mulieres tenere sub lingua, ne
 perciperetur ab eis grauis anhe-
 litus. Id ego quoque laudo, vt
 mulier teneat hoc medicamen-
 tum sub lingua die et nocte, et maxi-
 mē qñ debet coire cū alio. Si au-
 tem fœtor oris fuerit causa sto-
 machi, vel intestinorum, sic cu-
 retur. Fiat puluis de meliori a-
 loë quod inueniri poterit, et di-
 stēperetur in modū syrapi, cū
 succo absinthij, de quo accipi-
 at quotidie sole oriente iij. co-
 chlearia: quibus acceptis, acci-
 piat totidē de melle, et sanabi-
 tur. Itē ad remouendas labiorū
 fissuras, debēt ipsa pungi cū o-
 leo rosato, vel semine lini deco-
 cto in ciclamine concauato, &
 etiā ex semine saxifragiæ cū suc-
 co cētaureg, vel aristolochiæ ro-
 rundę trito liniantur. Ad idē va-
 let succus absinthij. Cōtra fissu-
 ras aut labiorū, ppter nimios
 amplexus,

ore fœtor

Fit lan
 21. m. 10
 p. 10. 10
 10. 10.

ore fœtor
 10. 10.
 10. 10.

Fissuras
 0. 10.
 10. 10.

amplexus, & osculationes amā
 tiū, valet inunctio facta de mu-
 scilagine seminis psylli, vel vng-
 uēto de lilio. Si verò tales fissu-
 ræ fierent ex vento, vel aëre, &
 similib. causis, tunc liniatur la-
 bia cū melle, & postea super a-
 spergatur puluis colophonix.
 Vel accipe nucē magnā, & de-
 coquatur sub cinere calido, &
 nucleus teratur, & fissuris appo-
 natur, admixto oleo tartarino,
 & sanabitur. Item ad labiorum
 grossitiem fiat eorum attenua-
 tio cum vnctione mellis, aut a-
 qua, in qua bullierit radix dra-
 conteg. ireos, vel scrophularia,
 vel etiam amidū, in mulla dis-
 solutum, & puluis marmoris,
 & puluis pumicis assi, & ofsis
 sepix, misceatur, & vngatur lo-
 cus mixto puluere algorithre (id
 est dragāti) cum mastiche sicca-
 ta. De his ergo bene siccatis fi-
 at puluis, & ponatur super gin-
 giuas cācrosas & putridas, pri-
 us bene ablutas cū aceto tepi-
 do, in quo bullierit radix rapfi
 barbari. Putredine autem con-
 sumpta, habeat puluerem cin-
 namomi, & rosarū, & desuper
 aspergat. Item ad subitā infla-
 tionem faciei sufficit sola aque
 calidæ suffumigatio. Similiter
 ad inflationem eiusdem, & ocu-
 lorum, accipiatur axungia re-
 cens, & cum senecione teratur,
 & superponatur. Et hæc de or-
 natu faciei & eius partium suf-
 ficiant. Vnguerum ad capillos

A aureos faciendos: R̄ medianū
 corticem sambuci, flores geni-
 ftæ, crocum, vitella ouorū. hæc
 coquantur in aqua, & quod su-
 pernatauerit, colligatur, & in-
 de capilli inungantur. Item ad
 capillos candidos faciēdos, a-
 pes quā plures in olla noua in-
 clude, & ita incende, & cum o-
 leo tere, et inde caput vnge. Ad
 idem valet agrimonia trita cū
 lacte caprino. Itē vt capilli cre-
 scant vbi vis, accipe panē hor-
 deaceum cum crusta, & sale, et
 adipe vrsino: tere, sed prius cō-
 bure panem hordeaceū, et ex
 tali mixtura vnge locum, et cre-
 scent capilli. Item vt capilli fi-
 ant flauī, R̄ corticem nucis ex-
 teriorem, et corticem interio-
 rem ipsius arboris: et coque in
 aqua, et cum ipsa aqua alumen
 distempera, et gallas: et cum i-
 stis distemperatis caput prius
 lotum linias, folia superponen-
 do, et cū fascia ligando per du-
 os dies poteris sic colorare. Et
 pestina caput, vt quod capillis
 adhæret, tanquam superfluum
 recedat. Postea appone tinctu-
 ram quæ fit de croco orientali,
 sandalis, alcanna, cuius maior
 erit pars distemperata cum de-
 coctiōe bresilij, & sic remaneat
 per tres dies, & quarta die ab-
 luatur cum aqua calida, et nun-
 quā de facili remouebitur. Vel
 accipe radicem chelidonix &
 agrimonix, et rasuram buxi, et
 superliga stramen auenę: dein-

de cineres aënenæ, vel vitis, & fac lixiuim & caput laua. Vel & radicem chelidoniæ, & ruberæ maioris, ana partes æquales, tere, & cum oleo in quo diligenter cyminum, rasura buxi, chelidonia, & parum croci sunt cocta, distempera: & caput vnge, & vnctū maneat die ac nocte, & laua cum lixiuio facto de cinere caulis & paleæ hordei. Item facem vini albi coque ad spissitudinem croti cum melle, & vnge capillos. Si vis eos habere flauos, prius prædicto modo parètur, vt inueniantur habiles ad tincturā. Postea gallæ cū oleo ponantur in testā, & comburantur, deinde puluerizètur, & imponatur acetum, in quo positum sit atramentum quod fit in Gallia, & simul distèperentur. Itē ad idem. Puluerē galangæ cum succo nucis misce, & fac bullire, & inde fiat inunctio ad tincturam capillorum. Itē flores myrtæ, & gallitrici coquantur in aceto, & vngatur caput. sed caueat à vino forti, & à nimis forti lixiuio, quia capillus corrumpit, & corrodit. Item ad capillos crispandos teratur radix ebulli cū oleo, & inde caput vngatur, & cū folijs eiusdem superligetur caput. Item vt capilli fiāt spissi, accipe agrimoniam, & corticem vlni, radicem verbenæ, radicem salicis, abrotonū, semen lini combustum & pul-

Capilli cap.

Auerizatum, radicem canne. hæc omnia decoque cū lacte caprino, vel aqua, & ablue inde locū prius rasum. Item stipites, & radices caulium puluerizentur, & cum eis admisceatur rasura buxi vel * eboris puluerizata, & ex istis pulueribus fiat lixiuū quod facit capillos aureos. Itē ad capillos longos faciendos, teratur radix altheæ cum axungia porcina, & diu bulliant in vino: postea apponatur cyminū bene tritum, & mastix, & vitella ouorum bene cocta, parū simul miscendo: & postquā cocta fuerint, fiat colatura per pannū lineū, & dimittatur donec infrigidetur, deinde pinguedo supnatās accipiat, & inde caput bene ablutū vngatur. Itē ad syrones capillos rodentes, & flores myrtæ, genistæ, gallitrici, coquantur in aceto vsq; ad aceti consumptionem, & inde extrema capillorum assidue fricètur. Hoc idem remouet fissuram capitis ex eo bene abluti. Item lupini amari puluerizètur, & in aceto bulliant, & inde capilli fricentur intra manus, hoc enim syrones expellit, & occidit. Cū autē singulare studium sit mulieribus ornare capillos, & post ornatum capillorū ornare faciē (cuius ornatus si fuerit pulcher, deformes paleat mulieres) pro illarū explenda volūtate recurte ad proximè narrata. Quod

ebeni.

*Syrone
capillos
rodentes.*

fi

Cap. 11. l. 10
ji. d. 1.
gr. 1.
ling.

si mulier velit habere lōgos capillos, & nigros, accipiat lacer tam viridem, & remotis capite, & cauda decoque in oleo cōmuni: & tali oleo inungat caput. reddit enim capillos longos, & nigros. **Experimentum** Sarracenicum ad denigrandos capillos. Accipe corticem mali granati, maximè dulcis: teratur, & bulliat in aceto, vel aqua, coletur: & huic colaturæ addatur puluis gallarum, & aluminis in multa quantitate, vt fiat spissum in modum pultis, & hoc tali quasi quadam pasta capillos inuoluat. postea furfur distēperetur cum oleo, & ponatur super ignem in aliquo vase, quousq; furfur totū **B** fiat ignitum. hoc tale aspergat radicitus super caput, postea madesiat, & iterum caput in eadē colatura prædicta inuoluat, & dimittat per noctem, vt melius inungatur, postea abluatur, & erit totum nigrum. Ad idem. Si mulier multos, & nigros capillos habere velit, accipe pomum coloquintidæ, abiectis carnib. oleo lauri impleatur, addito semine iusquiami, & modico auripigmenti, & adiungantur sæpe cineres. Si verò molles, & lenes, & subtiles habere voluerit, abluat eos sæpe cum aqua calida, in qua sit puluis nitri, & orobi. Sed vt mulier suauissima, & planissima fiat, & sine pilis à

A capite vsq; inferius, in primis eat ad balnea: & si non consueuerit, fiat ei stupha hoc modo. Accipe regulas & lapides candentes, & eis in stupha positus sedeat mulier in ea. Vel aliter: Accipe regulas calidas, vel lapides nigros calidos, & ponas in stupham, vel foueam factam in terra: tunc superinfundatur aqua calida, vt fumus resoluat, & superfedeat mulier bene circumdata pannis, vt sudet. Cumq; bene sudauerit, intret aquam calidam, & abluat se optimè, & sic exeat à balneo, & abstergat se bene cum panno lineo. Postea inungat se totam hoc psilothro. & calcem viuam bene cribellatam, & de ea pone in vase figuli vncias i i i j. & decoque in modum pultis: postea accipe auripigmenti vnc. vnam, & iterū coque, & proba cum penna an sit satis coctum: caue autè ne nimis coquatur, & ne nimis super cutem moretur, quia maximum faceret ardorem. Sed si ex psilothro accidat cutem vri, accipe populeon cum oleo rosaceo, vel violarum, vel cum succo semperuiuæ, distempera applicando, donec sederur calor, postea inungatur vnguento albo, donec cessauerit ardor. Aliud depilatorium. Calx viuā, & auripigmentum in sacco lineo posita bulliāt, donec decocta sint: hāc decoctionem probabis vt

Depilati

superiorem. Si autem depilato
rium sit nimis spissum, appone
aquam recentem vt rarefiat, &
attenuetur. Nota quod puluis
eius desiccatus valet ad carnes
malas corrodendas, & etiã ad ca-
pillos reparandos in capitib. ti-
neoforũ. Sed prius cũ oleo vel
melle capita eorum inũgatur,
deinde puluis supaspergatur.
Item vt fiat perpetua ablatio
capillorum, & oua formicarũ,
auripigmentum rubeum, & gũ-
mi hedere, cum aceto: misce, &
inde locum depilandum frica-
bis. Vnguentum pro nobilibus
quod pilos remouet, cutim
subtiliat, & maculas aufert. &
succum foliorum cucumeris
agrestis; & lac amygdalarum: B
his in vase positis admisce cal-
cem viuam, et auripigmẽtum,
subtiliter puluerizata: postea
galbanum contusum distem-
peratum cũ modico vino, per
diem & noctem, et cum ipso
decoque. quo bene decocto re-
moueas substantiam galbani,
et addas parum olei, vel vini,
et argenti viui. facta decoctio-
ne, remoueas ab igne, et pulue-
rem istarum specierũ appone.
& mastiches, olibani, cinnamo-
mi, nucis muscatæ, caryophyl-
latæ, omnium istorum ana par-
tes æquales. Istud vnguentum
suauiter redolet, et lene est ad
mitigandum. Hoc psilothro no-
biles Salernitanę vt consueue-
runt. Cum igitur mulier se to-

*Depilatio
ynguentum*

tam hoc psilothro inunxerit,
sedeat in stupha multum cali-
da: nec fricet se, quoniam exco-
riarentur membra eius: sed cũ
parum steterit, tentabit pilos
euellere à pectine: si verò le-
uiter non cadant, aquam cali-
dam faciat super se infundi, et
abluat se totam trahendo pal-
mam suauiter. si enim cum im-
petu fricaret, cũ cutis sit tene-
ra, ex psilothro citò excoria-
tur. Hoc facto intret aquam te-
pidam, et bene abluatur, dein-
de exeat: et tunc accipiat fur-
fur distemperatum cum aqua
calida, et postea colet, et super
se fundat. Istud carnem mundi-
ficat, et lenit. Deinde lauet se
aqua tepida, et stet parum, vt
cutis aliquantulum desicce-
tur. Postea accipiat alcannam
cum albuminibus ouorum, et
inungat omnia membra. hoc
enim carnem lenit: et si qua
fuerit vstura ex psilothro, hanc
remouet, et lucidam reddit et
suauem. et sic vnctã stet parũ,
et tandem cum aqua calida a-
bluat se, et postremò panno li-
neo albissimo inuoluta vadat
ad lectum. Post exitum quoq;
balnei ornet capillos suos, et
in primis abluat eos cum tali
lixiuio. & cineres vitis combu-
stæ, nodos paleæ hordei, et li-
gnum liquiritiæ, vt melius lini-
ant, et panem porcinum, pale-
am et panem porcinum bulli-
ant in aqua, de pane, palea, et
cinere

cinere repleatur olla, habens in fundo duo foramina, vel tria parua. aqua in qua panis porcinus & palea prius decocta sint, superducta fundatur in olla, ut per foramina coletur. Tali lixiuo mulier abluat caput suum: post ablutionem dimittat siccare per se, unde capilli flauis et lucidi fiunt. Cum autem pestinauerit se, habeat hunc puluerem. Rosas siccas, caryophyll. nucem muscatam, cardamomum, galangam. hæc omnia puluerizata distemperentur cum aqua rosarum, & tali aqua aspergat capillos, & pestinet illos pestine eadē aqua intincto, ut melius redoleant: & fasciculos faciat, & prædictum puluerem superaspergat, & miro modo redolebunt. Nobiles, tam viri quam mulieres ferant muscum in capillis suis, aut caryophyll. aut utrunq; cautè tamen, ne ab aliquo videatur: peplum etiam cum quo caput ligatur, ponatur cum caryophyllata, & musco, & nuce muscata, & alijs redolentibus.

PRO CONSERVATIONE

corporis humani ab aliquot infirmitatibus, aqua mirabilis effectus. Caput

LXII.

R Ecipe aquæ vitæ de vino meliore distillatæ libr. iij. salis vsti libr. ij. sul-

A phuris mortui lib. ij. tartari albi vnc. iij. de carbonibus ligni auellanæ vnc. iij. salis petræ vnc. iij. Hæc omnia terantur, & cribellentur, & misceantur inuicem: & superinfunde aquam vitæ supradictæ: & ponatur totum ad distillandum.

Operatio eiusmodi distillationum.

Distillatio prima attrahit virtutes omnium spirituum, ut nullum animal venenosum poterit appropinquare ei. In ea conseruantur carnes, pisces, sicut in balsamo. Facit etiam recedere omnes lentigines, necnon & omnes maculas faciei, ipsamq; clarificat. Expellit etiā omnem scabiem corporis: mundificat quoq; omnes lacrymas oculorum.

Secunda distillatio expellit apostemata, & superfluitates corporis. Dentes inualidos expellit, & sanat. Expellit etiam inflaturam hepatis.

Tertia distillatio expellit omnes maculas, & omnem lepram. Anhelitum foetidum, & omne phlegma stomachi purgat, ut puta cibum indigestum.

Quarta distillatio expellit sanguinem coagulatum in corpore, similiter & sanguinem refrigeratum.

Quinta distillatio expellit morbum caducum à corpore humano.

Sexta distillatio expellit omnes languores & infirmitates

res ex parte guttæ accidentes. A consolidat.

Septima distillatio expellit podagram.

Octaua distillatio præualet balsamo, quòd bene referues.

Nona distillatio valet & referuat hepar: si aurum in ea soluat.

Decima distillatio. Si vna gutta istius aquæ ponatur in scyphum in quo sit vinum, & quòd scyphus sit deauratus: inuenitur ibi spuma natans supra vinum, quod est purum aurum. Et omne illud quod tingitur cum eo, est aurum pulchrum.

Notandum tamè, quòd post quamlibet distillationem, fæces debent teri, & cribellari, sicut in principio.

Aqua alia, seu Balsamum ad idem fermè.

Rz terpentinæ tribus vicibus distillatæ, vltimò coniunctim lib. j. ligni aloës similiter trib. vicibus distillati lib. j. ambrae crudæ lib. j. muscatæ tritæ super lapidem ad modum liquidi vnguèti, cum eisdem superaddito oleo, vt fiat vnum corpus. Et distilla nouem vicibus. Balsamum hoc conserua. quoniam ipsum est perfectum, & sustinet,

Primò, omne iudiciũ ignis & aquæ.

Secundò, manum penetrat.

Tertiò, vngendo faciem iuuentutem conseruat.

Quartò, omnem incisionem

Quintò, oculos mirè purificat.

Sextò, vngendo cum ea totũ corpus, nunquam putrescere ferunt: nec vermes ipsum ascendere.

Hermes philosophus posuit. Et ego feci, & probaui: & est verissimum.

Aqua alia per quam medicus mirabilia facit, & quasi propheta reputabitur.

Rz limaturam argenti, æris, ferri, plumbi, chalybis, auri, spumæ argenteæ & aureæ, stercoris, secundum diuitias & paupertates patientis. Ponantur primò in vrina pueri virginis primo die. Secundo die in vino albo calido. Tertio die in succo fœniculi. Quarto die in albumine oui. Quinto die in lacte mulieris lactantis puerũ.

Sexto die in vino rubeo.

Septimo in septem albumina ouorum. Et hoc totũ ponatur in capellam ad lentum ignè: & quod distillauerit, serua in vase aureo, vel argenteo.

De laude aquæ huius est silèdum. quia emi non potest. Virtus enim eius palliat leprofos. Leporam enim puram sanat & destruit, omnem maculam delet, conseruat iuuentutem, oculum pulchrum facit. super omnia raceo de secreto huius aquæ, quia timeo, ne habentes superbia extollantur.

PVLVIS

DE MORBIS MV-
LIERVM CVRANDIS LIBER,
PARTIM EX VETERVM GRAE-
corum, Latinorum & Arabum monumen-
tis, partim experientia propria confe-
ctus, Authore Nicolao Rocheo
doctore medico.

Multò nunc quàm ante hac emendatior, quod ad orthogra-
phiam simul & sententias, collatis permultis
quos citat authorum locis.

AVTHORES QUI A' NIC. RO-
CHEO CITANTVR.

Aristoteles.

Hippocrates, in Aphorismis præcipuè.

Cl. Galenus.

Paulus Aegineta, omnium frequētissimè.

Aëtius rarenter.

C. Plinius Secundus.

Alexander Benedictus.

Leonhardus Fuchsius.

Arabes in genere.

Auicenna.

Haly.

Et alij quidam, sed rariùs.

ILLVSTRIS-

Illustrissimæ serenissimæ que
Principi Catharinæ ab Ambasia, comiti Cor-
tisanæ apud Insubres, baronissæ Linneriësi, Mi-
glani, Charantonij, Trenollij, &c. Dominæ Cal-
montis, Marigniaci, Cheuagniaci, Tisiaci,
sancti Bricij ad Ligerim, Ampli putei,
&c. Nicolaus Rocheus.
S. D.



V V M Lutetiam mēse Octobri peteres,
à te accersitus, vt in via è domo tua mor-
bum, si quis occurreret, profligare, ve-
ni, clarissima Princeps, prosperā item va-
letudinem tuam seruaturus. Nec defue-
runt in itinere, quibus aduersa valetudi-
ne correptis suppetias tuli, nihilò tamen
minus ego aliquot horas selegi pro scribendo libro, quem ti-
bi Lutetię excusum dicarē, quo mulierū morbis facile mede-
ri poterit, qui hūc in prōptu habuerit: qui & si Latinus sit, nō
propterea indignū duxi dicandū mulieri Gallicæ, quā penes
hospitatur, ne dicā charites, sed & ipsæ Iouis nouē filię: quod
testant̃ venusta verborū cōcinnitas, facundia, modestia, mo-
res probatissimi, prudētia, castitas, christianismus, omniū hi-
storiarū tenax memoria, pietatis in pauperes opera, precatio-
nes assiduæ, & cætera id genus. Nec mirū, quum nemo eorū
à quibus originē traxisti otio deditus fuerit: at potius, quot-
quot fuere, virtutes gratiasque citissimo gressu prosequuti
sunt. Quis precor, Ænea Troiano in rebus gerendis consul-
tior? Quis Ascanio ipso (nam ab eo natales tuos accepisti)
inter Duces strenuior? Quis Cæsare Iulio vigilantior? Tan-
dem (ne historiam texere videar) ab ipso Iulio dictatore vs-
que ad auum & patrē, patrosq; tuos ingenuosissimos Prin-
cipes (relinquendo regum gallorum & imperatorum, adde

& proaurorum & tritaurorum historias) finem impono. Nec est qui me mendacem aut parasitum dicere possit, quum id satis notum sit ex tum Gallorū tum Latinorū historijs. Quid passim dicitur de Georgio illo Ambasiano à Pontifice romano ad Gallos cū omni ipsius potestate missō: Is certè ad Romani pontificij dignitatem peruenisset, nisi gladio ensibusq; abstinere iussisset, animæ propriæ probus consultor, pietatisq; fraternæ amator. Illo tempore ex patris tuæ germanæ sex varijs in cœnobijs virginibus præerant, silentio transeo patros tuos Pontifices, quorum acta breuitati studens hîc describere nolo. Nouit Gallia, nouit & Italia Carolum illum illustrissimū generosissimumq; fratrem tuū Ludouici duodecimi Gallorum regis omnem Italiã annis duodecim ita ditioni subiecisse, quod rex Italiæ tunc potius censendus erat quàm dux: cuius memoria nunquam delebitur. Vale Princeps optima, faxit Deus optimus maximus annos viuas Adamicos, & demum spiritus sedes petat beatas, è Lutetia. 26. die Ianuarij. 1542.

NICOLAUS

NICOLAUS ROCHEVS

LECTORI BENEVO-

lo. S.



N LECTOR *candide libellus de mulierũ mor-
bis, quem partim ex Græcorum Arabumq̃ monu-
mentis decerpsi, partim ex ea quam experientia
didici arte medica, descripsi, in vnoquoq̃ capite or-
dinem obseruavi, quem probatiorem iudicavi, incipiendo scilicet
à definitione, causas, notas, prædictiones, nutritum, & tandem
curandi rectam rationem prosequutus sum. Hunc dicaui nomi-
ni dominae meae Catharinae Ambasinae, ne acephalos in lucem
prodiret: quanquam liber de semine genitali, & meatuum, mē-
brorumq̃ seminariorum morbis istum præcedere debeat. Ter-
tium tenet ordinem libellus de natorum & educatione, & eorũ
morbis. Quartus liber capillorum affectus ipsorumq̃ infectiones
amplectitur. In quinto narrantur cerebri neruorumq̃ pathe-
mata: hos quatuor propediem prælo mandandos cura-
bo, modo bono gratoq̃ animo hunc susci-
pias. Vale feliciter.*

DE MVLIERVM
MEATIBVS SE-
minarijs. Cap. I.

Alexander
Benedictus,
li. 20. anat.
c. 23.



DE foeminarum geni-
talibus membris, ac
ipforum morbis de-
scribere par est. Venę
igitur humoris, quem prolifi-
cum plerique medici prædi-
cant, eandem fermè in foemel-
la, quam in viris originem ha-
bent, ac flexuosis orbibus in te-
sticulos deriuant, inde ad vul-
uæ ostium tendunt, vnde semē
tāta voluptate prorūpit, quod
vanum atque inutile philoso-
phorum princeps Aristoteles
asseuerat, cui & Arabs Auer-
roës subscribit. Veruntamen
(fateor) ex renibus, spina, co-
xis, lumbis, venæ ac arteriæ
multæ, quę sparsim funduntur
in fibras per vuluam tenuiss-
mas, tendunt, ex quibus geni-
talis humor, crassus, albus, oui
albōri similis intrus colligitur
(vt bilis quotidie in stoma-
cho) ad conceptum necessari-
us: quod in ouis contigit, in
quibus quod candidum est ac
luteum à foemina prodit, semine
maris tantum constituyente:
ex ea materia mēbra quę sper-
matica vocamus generantur,
at ex mensibus rubentia, qua-
lis caro est nutrienti similis, fi-
unt. Aristoteles de piscib. hæc
refert. Quo autem rupto, fœ-

Aristot. li. 6.

tus veluti nucleus constat, qui
primum nullum accipit cibū,
sed oui humore iam hauſto in-
crescunt, pōst nutriuntur aquis
dulcibus fluiorum, vsq; dum
fatis augeantur. Idem auctor.
An id verum, non dicitur, ali-
mentum omne esse extrinse-
cus, sed protinus vt in planta-
rum seminibus inest aliquid ta-
le primum quod lacteum voca-
tur, sic in animalium materia
excrementū constitutionis ali-
mentum est, incrementum ve-
rò fœtui per vmbilicum cōtin-
git, eodem quo plantas modo
per radices, atq; etiam animali-
bus ipsis, vbi absoluta iā sunt,
ex eo (quod continetur) alimē-
to idem accidit. At quod fœmi-
nis in Venere prorumpit, non
per saltus exit sicut virile: quo-
niam inutile est & viciato simi-
le, omnino differens ab eo, qđ
intra vuluam sine libidine quā
doq; restagnat. Ex vtrisq; itaq;
maris & foeminæ fœtus mem-
bra figurantur, ac spiritalis vi-
ta producitur: verum ex virili
semine principalia membra,
ex foemineo cætera ignobilio-
ra constituuntur, ex puriori ve-
luti materia, sicut & spiritalis
vigor. Maris enim semē in me-
dio genitalis foemineï alboris
colligitur, vt generandi pote-
statem in materiam vniuersam
diffundat, ex Galeni sententia,
atq; ita mēbra formantur men-
strui sanguinis non indiga, do-
nec

de historia
animalium.
c. 3.

nec exhausta materia, maiori A corpus indigeat nutrimento, quod ex umbilico postea quaeritur. A conceptu enim ad septimum vsq; diem seminis prolifici fluxiones simplices apparent, quo tempore & umbilicus inchoari & secundæ videntur. Decimo die cordis bulla tumet, spiritu intus ebulliente, & calore extrinsecus exiccante, secundarum materia firmatur: quoniam & planta, & cortex, eodem generantur tempore. Post eos dies cætera membra describuntur, nec vno tempore principalia generantur membra, quoniam diuersæ sunt naturæ. Cor enim primum generatur, exinde reliqua describuntur membra, postremò replentur pictoris imitatione, circiter diem. 30. masculina figurantur membra ex Hippocrate. Alij tamè (inter quos Aristoteles) mari. 40. diem statutum pronuntiant, foeminae trium mensium vel post: quoniam figura in humido post abortum non permanet, sed statim dissoluitur. Mas si in aquam frigidam diffunditur, cogitur consistitq; in membranula, qua rupta, foetus ipse apparet magnitudine formicæ maiusculæ, & membra iam inde discreta tunc cætera omnia, tunc genitalia constant, & oculi (vt in cæteris animalibus) prægrandes.

Testes foeminarum.

A Testes in foeminis ab utraque parte resimi sunt, leporinis similes, ex quibus (vt alij arbitrantur) meatus alij ad vuluæ cauum exeunt generationi apti, quæ sententia refectione ipsa facile ostenditur. Habet & mulier (inquit Melanthon opinione Galeni) testiculos sitos iuxta cornua matricis vtrinque, minores virilibus & frigidiores, sed tamen semen quoddam generantes, quod est quidem reuius virili & subaquosum, sed tamen in procreatione foetus miscetur virili semini, eiq; velut alimentum est, vt augeat virile semen, & foetus ex utroque procreetur. Nam vtrunque semine & actiue & passiuè se habet, in generatione foetus, multum in utroque spirituum inest, sed virile quum sit calidius & minus rarum, magis se actiue habet.

Quum autem mulieris testiculi sint extra matricem, & tamè ab ipsis muliebri semen in matricem transmitti oporteat, vt iungatur virili, sciendum est, vt in viris vasa spermatica vehunt seminis materiã ad testes, deinde testes transmittunt per quasdam ambages in parastatas, ita propemodum fit in mulieribus. Nam vasa spermatica materiam seminis muliebris vndique ex corpore muliebri attrahunt, deinde testes excipiunt, exceptum & costum transmittunt in parastatas, quæ sunt

Alex. bc.

*Melanthon
in commenta
rio de Ani
ma.*

vasa amplectentia matricem, A
que quum à testiculis recedūt,
incipiūt fieri paulo latiora, do-
nec ingrediuntur matricem.
Per hos ramos (quia in concu-
bitu aperiūtur propter motū)
illabitur muliebri semen in ca-
uum matricis. Differunt autē
viriles parastatē à muliebrib.
quia viriles per longas ambag-
es perueniunt ad virgam, sed
in muliere amplectuntur ma-
tricem non longo ductu.

De mulierum locis.

Lib. 11. c. 37. Uterus in foeminis (inquit
Plinius) loci vocatur, in reli-
quis animalibus vulua.

Gal. lib. def. Loci ex duabus venis, toti-
dēmq; arterijs constant.

Alex. Bene. Ostium vuluæ in muliere ac B
in cæteris animalib. naturam,
atque os genitale vocari vidi-
mus. In medio tunica vtrin-
que apparens nympha *νύμφη*,
& cletoris *κλετορίς* dicitur: ea in-
tus natura ita custoditur, vt in
maribus glans præputij tergo-
re, vt hoc primo munimento
aër arceatur. Interior pars cer-
uix vocatur, in cuius medio ferè
neruosa exilitas est, venulis di-
spersa tenuib. virginittatis te-
stimonium affert. Eugiō vel hy-
mē vocatur, primo enim coitu
scinditur. Naturalia interdum
adeo cōpacta sunt à natura, vt
chirurgi opera indigeāt. Partē
interiorē matricem locosq; ap-
pellamus, qui desiderio coitus
sæpe descendunt in ijs, quæ a-

acetabula *κορυμβία* sunt, vocan-
tur, quibus per vmbilicū foetus
augerur. Vulua nullam vim im-
mutādi seminis, sed cōseruatri-
cē tantū possidet. Locorū osti-
um internum natura glandulo-
sum est, ad glādis virilis simili-
tudinem mucronatum, foras
in ceruicē prominens suo tur-
bine. In ceruix triplex ostiū est,
ob eā causam grauidæ (quia do-
lent) coitum refugiunt, mulie-
res verò adamant, vnde & quā-
doque superfœtant.

Vuluæ acetabula nō omnia
perfecta animalia possidēt, sed
cornigera, & vna parte denta-
ta, dum partum gerunt: ex v-
traque parte dentatis lepus,
mus, vesperilio habent aceta-
bula. Sus vuluam leuem ha-
bet, & conceptus vuluæ non
acetabulis adhæret. Semen ita
que trahi à locis vteri, atq; ob
eam rem multa generari, pro
numero locorum & acetabulo-
rum: sæpe enim eodem in loco
vteri gemini consistunt.

Acetabulis vuluæ ex secūdis
robustior adhæret ea parte, quā
confusa quædam fibrarum mul-
tudo est.

Vmbilici orificia acetabulo-
rum orificijs respondent, vn-
de ali dicimus.

Asperitas enim vtrinque fi-
brarum orificiorumq; tenaci-
tatem facit, vt in parietibus fie-
ri solet. Scalpunt enim prius,
vt cementum superinductum
magis

magis hæreat asperitati.

Vmbilicus cum inuolucro, hoc est secundis, functus officio, ab acetabulis abscedit, veluti pomi pediculus iã maturi à ramo sponte cadentis. Ex ijs acetabulis à partu menstrua profluunt: similis in maribus materia est, quæ in semen genitale per concoctionem vertitur. Locorum ostium in conceptu aperitur, & exinde clauditur, nec amplius recluditur, nisi mulier superfoetet, vel fluxionibus laboret, vel si menses fluant: os id adeo occlusum est, vt aër subire nequeat. Loci ipsi positurã habent inter spinæ imæ partem, quã os sacrum vocamus, supravesicam, contra mediã positi aluum, inde paulum ad dexteriores coxam conuertuntur, postea super rectum intestinũ progressi, illis feminibusque latera sua annectunt, rectam cū vesica continuatamque ceruicem habent, quem canalem vocant, qui ceruici vesicæ suppositus, carnosus cartilagineusque admodum est: is in prægnante contrahitur.

Vulua in virgine exigua est, in muliere (nisi vbi grauida est) non multo maior, quàm manu comprehendi possit. Ea cordi, arterijs, nervis, cerebro, spinæque medullæ comittitur, præcordijs item, mammis, renibus, ventri, ilijs, coxis, pubi, quæ omnia in vuluæ strangu-

lationibus percipiuntur: quibus anima subducitur, vertigines sentiunt, capillos in vertice vel occipitio conuelli arbitrantur, lumbos præterea, femora, inguina & stomachum dolent, quædam obmutescunt, aliquibus mentes soluuntur. Illis præsertim adalligatur neruulis quibusdam retortis, qui grauidis protenduntur. Nulla vena de maiore recta via ad vuluã pertinet, de aorta verò multæ frequentesque veniunt. Eius materia neruosa est, rugosa, pelliculosa, pollicaris crassitudinis, quæ ad conceptus magnitudinem extendi possit. Qui eo tempore acetabula vuluæ inquirunt ad magnum vulgẽ desiderium, digna frustratione frustrantur: videri enim minime possunt, nec primo conceptus tempore, cum inuolucra (quæ secundas vocant) robustius vuluæ adhærent: tum enim euidentius membrana valentior per vmbilici radices acetabulis (quæ *κοτυληδόνες* Græci vocant) comittitur, quales in polyporum firrhis videmus, qui suctu cum aliquid capiunt, continent. Hæc accrescente foetu cõspicua sunt, cum vtero cauo autem ad foetum conuersa ex Aristotele. In ipso inuolucro ex secundis quædam carnosa extantia fibris referta minimis acetabulis affixa, quæ sanguinem & spiritum veluti radicũ

Melantho li.
de Anima.

fibrę exugunt, digeruntq; per venas, & ad vmbilicũ vsq; defertur sanguis spiritusq;ue, per quem alimētum haurit fœtus. Matrix *μίστρα*, partes duas habet, receptaculum factum vt fœtum cõtinerere possit, idq; vocatur *ἕσπερα*. Altera pars est angustior, quæ est aditus longiusculus, ideoq; collum matricis dicitur. Et quoniam receptaculum amplius est, qua parte versus collum tendit, sunt addita cornua, vt quasi lunæ crescentis figuram referat. Nam hæc cornua sunt ligamēta, quæ matricem alligant coxis. Est & matrix intus vndique conspersa tanquam punctis. Sunt autem hæc puncta orificia venarum vndique tendentium ad matricem, & hæc orificia vocantur ideo *κοτυληδόνες*, quia vt amplecti possint fibras, quibus fœtũ in vtero & retinent & alunt, sunt similes extremis polypipedibus, qui appellantur coryledones, propter cauam figuram & aptã adprehendendum. Triplex utilitas est cotyledonum. Sunt enim canales, per quos sanguis menstruus effluit: suppeditant etiam sanguinem puriorem alendæ matrici & alendo fœtui, & figura sua fibras apprehendunt, vt retineri in vtero fœtus possit. Oriri autem cotyledones alij putant à vasis seminarijs, Galenus etiã à caua vena: aliqua haud dubiè

A rami sunt venarum, quæ à mamillis ad vterum tendunt: attrahunt enim mamillæ partem aliquam sanguinis ex vtero, quę mutatur in lac, quemadmodũ Hippocrates ait lac menstruo fraterum esse. Gemini matrici sinus sunt ab vtraq; laterum parte leuiter discreti (in dextra masculinum, in sinistra fœmininum concipi volunt) geminis in mare testibus respondentes, in vacca veluti cornua plurimum discreta sunt.

B Fœminis vulua scroti cõuerfi similitudinem refert, extrinsecus nervosa, intrinsecus autẽ carnosior, & est receptaculum fœtus. Muliebris pudēdi sinus pilis decoratus, Græcũ nomen *νήσος* obtinet. At quæ sinum ambiunt alæ vocantur. Inter has autem caruncula, quæ bifariã excreuit Græcorum lingua *νύμφη*, nostra colliculum appellare licet, quę quòd multo promineat, Ægyptij in virginibus excidere consueuerunt. Porro in ipsius naturalis collo musculus est, quo vrinam cum lubet retinemus, anulus à figura, ab officio fibula vocatus est. Venæ in partem eius inferiorem plurimum aperiuntur, per quas sanguis expurgatur, qui grauidis retinetur, ceditq; in alimētum fœtus & formationem. Nã à venis quę secundas implicat, binæ aliæ prodeuntes venę, ab arterijs indidem sitis binæ arteriæ,

Alex.

Gal. li.

riæ, & à neruis vnus neruus tuus in vnum congressu, meatu quendam ab anatomicis Græcis ἄραχον appellatum absoluunt, qui infantis umbilico inseritur ex quo & enascitur & suspensus est, vel alueus est fœtus, locus cui post suppeditat nutrimentum.

DE MENSIBVS, SIVE
menstrua purgatione.
Cap. II.

Alex. ben. **M**enstrua quum plurimum lunæ motu singulis mensibus profluunt, quo profluuio virginibus vox mutatur, ut in maribus primo coitu, mammae inde tumescunt. Hæc non nisi semen incoctum ab Aristotele appellantur, ex partibus quæ supra infraque; renes sunt, et à lumbis, minimis venis procedunt ad vuluæ acetabula, quibus fœtus in utero alitur (ut dictum est) vel à puerperio iuxta naturalium ora: ex venis quoque duabus secundum os pubis iuxta urinæ exitum erumpunt. Ex ea parte & fœminarum non prolificum semen in coitu (ut dictum est) effunditur, tanto in plerisque impetu, ut masculorum more longius exiliat, diuersæ quidem naturæ ab eo, quod in vuluæ cauo prolificum restagnat. Menstrua contingunt mulieri, ut sanitatem tueantur. Retenta enim in conceptione fœtui fomentum mini-

Astrant: facta quidem ad conceptionem & lactis generationem. Alterum (inquit Galenus) nostræ generationis principium, sanguis menstrualis videlicet, humidum natura est. Gal. in comment. j. lib. aph. sententia 14. Qui crescunt, &c.

Plærisque sane puellis anno 14. mensium expurgatio primū incipit, paucis admodum ante annum tertium & decimum, aut duodecimum muliebria proueniunt: plurimis verò post annum decimum quartum tandem prorumpunt. Tempus autem unicuique purgationi statum non est: plerisque etenim per biduum aut triduum, maximæ verò parti quinque dierum spatium menses excernuntur, aliæ usque ad septimum: paucæ raræque; sunt, quæ ad duodecimum usque diem huic profluuio iugiter obnoxia expurgantur. Siftuntur autem huiusmodi muliebres denique; expurgationes, partim quidem anno ætatis suæ quinquagesimo, partim verò, quanquam ea rara sit auis, non ante annum sexagesimum, nonnullis à septimo statim ætatis, (ut ita dicam) lustro, & potissimè bene curata cute, ac præpurgatis quibus desinere atque omnino cessare menses cœperunt. Quædo igitur lentè ægreque; ea purgatio procedit, circa prothesium certum menstruorum terminum laua, potionatoque; vel

*Aegineta
lib. 3.*

sisanno, aut porro capitato, cū pipere & ruta in hoc ipsum decoctis, reliquus potus ex passo fiat cretico: bibēs autem huius potionis ea affectione oppressa corylam, deambulando com mouebit menstrua. Manducet verò loligines, sepias, polypodas, & quæcunque id genus sunt: nam sanguinem turbandi proliciendique potentiam habent.

Plin. lib. 28.
cap. 7.

De mensium facultate, Ex Plinio.

Iam primum abigi gradines turbinesq; contra fulgura ipsa in mense conuoluta, sic auerti violentiam cæli. In nauigando quidem tempestates etiam sine menstruis. Ex ipsis verò mensibus monstrificis, alia dira & infanda vaticinantur: è quibus dixisse non pudeat. Si in defectu lune solisue cõgruat vis illa, irremediabilem fieri.

Alias, coitusq; tum.

Non segnius & silente luna, * coitus suos maribus exitiales esse atque pestiferos. Purpuram quoque ab his eo tempore pollui: tanto vim esse maiorem. Quocunque autem alio menstruo, si nudata segetem ambiant, erucas ac vermiculos scarabeosque ac noxia alia decidere. Metrodorus Scepsius in Cappadocia inuentum prodit, ob multitudinem cantharidum illas ire per media arua, retectis super clunes vestibus. Alibi seruatur, vt nudis pedibus eant, capillo cinctisque

A dissoluto. Cauendum verò ne id oriente sole faciant, semen-tem enim arefcere. Item nouella vitem eius tactu in perpetuū lædi, rutam & ederas res medicatissimas ilico mori. Sed præter hæc certum est, tactis aluearijs apes fugere, linaque quum coquantur nigrescere, aciem in cultris tonsorum hebescere, æs contactum graue virus odoris accipere & eruginē, magis si decrefcere luna id accidat. Equas, si sint grauidæ, tactas abortum pati: quin & aspectu omnino, quanuis procul visas, si purgatio illa post virginitatem prima sit, aut in virginea ætate spontanea. Nam bitumen in Iudæa nascens, sola hac vi superari filo vestis contactæ docuimus. Ne igne quidem vincuntur, quo cuncta: cinisq; etiam ille, si quis aspergat eum lauandis vestibus, puras mutat, florem coloribus adimit, ne ipsis quidem sceminis malo suo inter se immunibus. Abortum facit illicitus, aut si omnino prægnans supergrediatur. Quæ Lais & Elephantis inter se contraria prodidere de abortiuis, carbone è radice brassicæ vel myrti, vel tamaricis in eo sanguine extincto: item asinas non concipere tot annis, quot grana hordei contacta ederint: quæque alia nuncupauere monstrifica, aut inter ipsas se pugnancia, quum hæc

fœcun-

A mof...
v...
v...do

id est
struo
v...
v...

fœcunditatem fieri iisdem modis, quibus illa sterilitatē pronuntiaret, melius est non credere. Bythus Dyrrhachinus hebetato aspectu specula recipere nitorem tradit, iisdem auersa rursus contuentibus, omnē talem vim resolui, si nullum piscem habeant secum.

Multi verò inesse etiam remedia tanto malo aiunt: podagras illini, strumas & parotidas, panos, sacros ignes, furunculos, epiphoras, tractatu earum mulierum leniri, Lais & Salpe canum rabiosorum morsus, & tertianas quartanasque febres, menstruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluso.

Diothemus Thebanus, vestis omnino ita infectæ portuncula ac vellicio brachiali inserta. Sotira obstetrix, tertianis quartanisque efficacissimum dixit, plantas ægri subterlini, multoq; efficacius ab ipsa muliere, & ignoranti.

Sic & comitiales excitari, morbosque sanari. Icetidas medicus quartanas coitu finiri, incipientibus duntaxat menstruis, spopondit. Inter omnes verò conuenit, si aqua potusque formidetur à morsu canis, supposita tantum calici lacinia * tali, statim metum eum discuti, videlicet præualente sympathia illa Græcorum, cum rabiem canum eius sanguinis gustatu incipere dixerimus. Ci-

A nere eo iumentorum omnium vlcera sanari certum est, addita caminorum farina & cera: maculas autem è veste eas non nisi eiusdem vrina elui. Cinerem per se rosaceo mistum, foeminarum præcipuè capitis sedare dolores, illitum fronti: asperrimamque vim profluuij eius esse primis annis, virginitate resoluta. Id quoque conuenit, quo nihil equidem libentius crediderim, tactis omnino menstruo postibus, irritas fieri magorum artes, generis vanissimi, vt æstimare licet. Hæc Plinius.

Solum animal menstruale mulier est, & nihil verò facile reperitur mulierum profluuium magis monstrificum. Acescunt superuentu musta, sterilescunt tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, & fructus arborum quibus insedère, decidunt. Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri præstringitur, eborisque nitor, alui apum emoriuntur, æs etiam ac ferrum rubigo protinus corripit, odorque dirus aëra. Et in rabiem aguntur gustato eo canes, atque insanabili veneno morsus inficitur. Quin & bituminum sequax alioquin & lenta natura, in lacu Iudææ (qui vocatur Asphaltites) certo tempore anni supernatans, nequit sibi auelli, ad om-

Idem li. 7.
cap. 15.

id est, menstruo tincta.
Id est, menstruo tincta.
Id est, menstruo tincta.

nem contactum adhærens, præterquam filo quod tale virus infecerit. Etiam formicis anili minimo, inesse sensum eius ferunt: abijciq; gustatas fruges, nec postea repeti. Et hoc tale tantumq; omnib. tricenis diebus malum in muliere existit, & trimestri spatio largius. Quibusdam verò sæpius mense, sicut aliquibus nunquam: sed tales non gignunt, quando hæc est generando homini materia, semine è maribus coaguli modo hoc in sese glomerante: quod deinde tempore ipso animatur, corporaturq;. Ergo cū grauidis fluxit, inualidi aut nõ vitales partus eduntur, aut faniosi, vr author est Nigidius. Hæc omnia Plinius.

DE MENSIVM MORA

seu suppressione, causse.

Cap. III.

Aegineta lib.
3.c.61.

QVæ singulis quibusque mensibus mulieres repetit purgatio, supprimitur quãdoq; vniuerso quidem corpore incommoda valitudine affecto, interdum verò localis modo earundem priuata egritudine vexatis, propter loci illius frigiditatem, aut plagã, aut distemperantiam oborta, vel acquisititiam afflictionem, vt plurimum verò ex abortionibus, & propter principem a-

Aliquam corporis partem, propria passione afflictam, verbi causa, iecur, aut ventriculum, aut pectus quem græci *hæpana* dicunt, aut aliquid huiusmodi, quæ in diuturno accidunt morbo.

Neq; mensium suppressionem, neq; prauas expulsiones, omnium quæ ex vtero profluere solent, difficile fuerit inuenire, si similes tibi scopos proposueris. Etenim nõnunquam vteri ipsius corpus, si solidum fuerit aut durum, causa est cur menses supprimantur: detinentur etiam nonnunquam ob materiam ipsam, quum vel crassum fuerit excrementum, vel viscosum, supprimuntur etiam nonnunquam, licet vtile fuerit excrementum, obstructis ob huiusmodi humores vasis, quæ ad vterum descendunt. Præterea vniuersi corporis occasione, mulier interdum nihil expurgat, interdum plus iusto, interdum minus, nonnunquam etiam deprauatum. Nihil omnino excernit, ob multas exercitationes, & victum tenuem, & quum ad alias partes repunt humores. Minus excernit, eadem ob causas, sed remissiores quàm pro naturali consuetudine. Plus autem ob diuturnum otium, & victum opiparum. Cæterum deprauatæ per vterum fluxiones (nominatur verò quicquid huiusmodi est fluxus

Gal. lib. 3. d.
Symptomati
causis.Gal. in
Aph.
mestrua
14. C.

xus muliebris) sunt expurgato per hanc partem vniuerso corpore. Atq; talem semper refert speciem id quod excernitur, quale est id quod in animā te redundat: quippe rubrū excrementum sanguinis saniem declarat, album pituitam, pallidum bilem amiam. Præter iā dicta, est aliud ex vtero deprauatum profluuium, ob affectū aliquem ipsum infestatem eueniens. Insuper menses interdū supprimuntur, non ob sanguinis penuriam, quam vel multa exercitatio (vt dictum est) vel tenuis victus induxit, neq; ob affectum in vtero cōsistentem, sed propter robustas vires, sanguine ad alias partes irruente. Etenim neminem latet, quod nonnunquam aut maior mensum copia fluit quā antea, aut minor, aut omnino nihil fluit: aut prauum est quod affluit, ob proprios vteri morbos, siue ipsius cornua, siue ceruix, siue totum spacium afficiatur, atq; sub hac diuisione steriles quoque comprehendi possunt.

Gal. in 5.

Aph. 57. si

mēstrua plu

ra. &c.

Menstrua possunt fieri pauciora, vel quia venæ ferentes ad vterum menstrua purgationem comprimuntur, vel obstruuntur ob crassitudinē sanguinis vel frigiditatem, & robur ipsorum quæ sunt in vtero vasorum, adeo, vt quod influit non admittant.

A Mulieribus quibusdam menses supprimuntur, vel naturaliter, vel præter naturam. Si naturaliter, hinc colligere licet, quod mulier nulla inde molestia vel totius corporis, vel vteri afficiatur. Ætatis itaque rationem iā descripsimus. Steriles etiam mulieres, in vtero habentes & saltatrices naturaliter non purgantur. Nam quicquid in eis recrementi est, nimia exercitationis vehementia absimitur, & vt summatim dicam, mulieres calidioris temperaturæ, validisq; exercitijs vtentes & agrestes, parum aut nihil per menstrua purgantur. Nonnunquam autem præter naturam menses nimia vel pinguedine, vel gracilitate suppressi solent. Pingues enim exanguiores reliquis sunt, minimasq; venulas habent: quique illis inest paucissimus sanguis, ferè in pinguedinem transit. Graciliores verò ob diurnū aliquem morbum extenuatæ, nihil prorsus superuacui sanguinis continent. Præterea menses non defluunt, quibus sanguis vel crassus, vel lentus, vel per alia loca delatus fuerit: sicuti per nares, aut sedem: alijs etiam quod è thorace sanguinem eiectauerint, alijs quod è dissecta vena vltimam sanguinis inanitionem tolerauerint, menses suppressi sunt: sed & reliqua excretionum genera idē

Fuchsius ex Paulo & Aëtio.

effecerunt, vt sudoris multitu-
do, assidui vomitus, alui pro-
fluuia, ac pustularum omne ge-
nus, quæ in cute efflorescunt.
Sic præter has omnes causas
menses supprimuntur ob acu-
tos maximosq; morbos, & ob
alimenta quæ vel paucitate, vel
multitudine sua excefferint. A
paucis enim alimento paululû
quidpiam confestim expirat, à
multo verò meatus obstruun-
tur, & excretio intercipitur: se-
pe etiã in ore vteri calli obtor-
ti, aut carnis excreſcentiæ, aut
pinguedinis copia purgatio-
nem menstruam impediunt.
Quibusdam etiam cicatrices
vulcerum quæ in vtero præcesse-
runt, vasorum ora à quibus san-
guis in vterum ferebatur, ob-
struxerunt. Nonnullis post a-
bortum vteri ore exulcerato,
ac deinceps ad cicatricem du-
cto, obstructio ac compactio su-
peruenit, quæ sanguinis per v-
terum excretionem aufert: cu-
ræ quoq; pertinaces, formido-
que immodica, & ingens mæ-
ror menses intercipiunt, frigi-
da deniq; aut alia vteri intem-
peries menses remoratur. *Note.*

*Gal. lib. 6. de
locis affectis.*

Accidentia quæ ob astricta
menstrua infestare solent, nunc
enarrare aggredior, sumpto ini-
tio ab his quæ ab Hippocrate
in aphorismis scripta sunt, præ-
cipuè verò quum dicit: Si mu-
lier neq; prægnans, neq; puer-
pera lac habet, menstrua eius

A defecerunt. At nullo in mam-
mis apparente lacte, menstrua
suppressa hisce notis deprehē-
duntur. Grauitas totum corpus
molestat, item fastidium quo-
que, vt nulla sit cibi cupiditas,
horror inæqualis, quòd si citra
horrorem inæqualitas aliqua
fuerit, atq; fastidium, cupiatq;
mulier quædam aliena, iube vt
obstetrix vteri cervicem tan-
gat. Nam si citra duritiem clau-
sa inueniatur, eam prægnantē
esse conijcies. Nonnullè cibum
præterea euomunt, ac terram,
aut extinctos carbones, aut a-
lia quædam huiuscemodi æ-
dunt. Si verò clausum fuerit os
cervicis vteri, ac duritiem quo-
que habeat, affectum aliquem
in vtero esse portendit. Opor-
tet itaq; speculari obstetricem
ad quam partem vel declinet,
vel retrahatur: nam in ea parte
affectam vteri sedem esse conij-
ciendum est. Atq; in quibusdã
fœminis, eius partis dolor cum
grauitate nonnihil significare
potest: quin etiam in coxã do-
lor transit, ac crus ipsum quod
è regione est, per incessum clau-
dicat. Quod si longiori tempo-
re supprimantur menstrua, nul-
lamq; medicus mulieri vacua-
tionem promoueat, tumor ali-
quis præter naturam in ilibus
interdum exoritur, ostendens
nimirum ex internis partibus
quampiam esse inflammatam.
Nonnullis parus in extrema

iliam

Fuchsi

ilium parte excitatur: veluti vi-
ris quoque eodem in loco nō-
nunquā oriri solet, qui vbi sup-
puratus aliquando fuerit, lōgo
temporis spatio vix finitur. Hu-
iusmodi accidentia suppressa
mēstrua sequi cōsueuerunt, ac
præterea lūborū, & colli, & sin-
cipitis dolor, qui etiam oculo-
rū fundamenta infestat: item fe-
bres ardentes, & vrinæ nigricā-
tes, cū rubra quadā sanie, perin-
de ac si aquæ ex qua nuper ma-
ctatæ carnes ablutæ fuerūt, fu-
liginē quis immiscuisset, qui-
busdā vrina, aut difficulter red-
ditur, aut omnino supprimitur
Quum ergo horum aliquid in
muliere cōspexeris, vterū velu-
ti radicem ipsorum conijcere

Fuchsius. oportet. Quod si per aliū quē-
piam corporis locum sanguis
effluerit, aut inflammatio, aut
erysipelas excitatur, an men-
strua purgētur interrogare de-
bes: siquidem nihil horum acci-
dere solet integrè purgatis,

Frigidioris autem tempera-
turæ fœminas ex ijs potissimū
dignoscemus, quōd somnolen-
tiores, ad omnemque motum
segniores sunt, ac colore candi-
diores, seu plumbeæ, vrina a-
quosa, pituitam quoque iugi-
ter excreant, & interdum etiā
pituitosos humores euomunt.

Calidioris autem tempera-
turæ notæ, iam cōmemoratis
profus contrariæ sunt.

Predictiones.

A Mulieri sanguinem euomen-
ti, menstruis erumpentibus, so-
lutio fit. *5. Aph. 32.*
5. Aph. 36.

Menstruis deficientibus, san-
guis ex naribus fluēs, bonum.

Mulieri menses decolores,
nec per idem semper tēpus ve-
nientes, purgationem indicāt
esse necessariam.

Si mulier neque grauida est, *5. Aph. 39.*
neque peperit, lac habet, huic
menstrua defecerunt.

Si menstrua plura fiant, acci- *5. Aph. 57.*
dunt morbi, & si non fiant, ex
vtero morbi contingunt.

Menstruorū retentio sequen- *Hippocra-*
tes morbos gignit, conceptum *tes libro de*
impedit, corpus calefacit, ve- *factu.*
nas implet atque distendit, ve-
ficam premit, vrinā prohibet,
dolorem lumborum & suffoca-
tionem excitat, coxendicem
molestat, interdum putrescit &
suppurat.

Dictis addunt Arabes deli-
ria, comitiales, locorum stran-
gulationem, eorūdem absces-
sus, corporis grauitatem, inap-
petentiam, concoctricis facul-
tatis debilitatem, nauseam, ru-
ctus, tusses, anhelatiōes, aquas
cutem subeuntes, febres, mor-
bos articulares, animi angusti-
as, capitis & radicis oculorum
dolores, oletulorum exitum
inhibet.

Suppressa muliebris purga- *Aegineta li.*
tio multarū & diurnarū aegri *3. ca. 61.*
tudinum causa fieri consuevit.

Vrina lactis modo alba & dē

fa, aut obscura liuénisque, men-
fiú suppressorú, aut locellorum
affectorum argumento est.

Vrina albescens, rufescén sue
cum squamosis resolutioni-
bus nigricátib. eadem arguit,
modò mensium suppressorum
reliquæ adsint notæ.

*Nutricatus conueniens suppres-
sis mensibus.*

Fuchf. Si à frigidis ac crassis humo-
ribus menses supprimuntur, cū
bos calidos & extenuâtes ex-
hibebimus.

Vinum etiam fuluum, odora-
tum & antiquū vt bibant præ-
cipiemus. Exercitia quoque, &
alia quæ corpus calefacere, cras-
fosque ac lentos humores inci-
dere & extenuare possunt, præ-
scribemus.

Fuchf. Cæterum calidiores & pluri-
mum exiccatae mulieres curâ-
tur, si quàm maximè humecten-
tur vberiore humidiorèque ci-
bo & potu, quales sunt qui è
carnibus agni, hædi, è piscibus
teneras carnes habentibus, a-
uibus altilibus, & similibus pa-
rantur.

Vino vtendum candido non
admodum antiquo & diluto,
balneis item dulcium aquarū,
& vt in paucis rem contraham,
victus ratione ea vtendum, quæ
hæcticis adhibetur.

Aegineta. Alimenta porrò congruunt
bellè instructa, riteq; disposita,
& humida olera, ac dulciora
cuncta. Pisces saxatiles, aues te-

neriores, & lactis potatio, con-
fectiones ex melle, quæ *μικτῶμα-
τα* Græcè dicuntur.

Vinum tenue, colore candi-
do, non admodum verus.

Non probantur carnes, neq;
legumina, excepta ptisana.

Vbi autem præfinitum pur-
gatiōis tempus pro forib. iam
cōstitit, desquamatos pisces
marinos, & ceu dictum est, mol-
liores, quæ *μαλακία* vocantur, &
quæ cutis modo integitur tes-
ta, vnde illis Græcè nomen
δερματίδια est indicum, nec non
porra capitata, cum ruta ac pi-
pere elixa fumant, ius quoque
eorundem bibant.

*Regule curandi menses sup-
pressos.*

Quibus ex corporis aridita-
te menses suppressi sunt, dene-
gabis ea quæ calefaciēdo siccāt.

Aperientibus medicamentis
lenioribus in curæ aggressu vtē-
dum, subinde sensim exhiben-
da sunt quæ validius aperiunt.

Hippocratis sententia est, ca-
lesfactione ex aromatis mulie-
bria educi.

Hæc emplastri modo vmbi-
lico admoueri debere asserit
Haly.

Intētio sanationis in ipsis est,
ora quidē aperire vasorū, quæ
pertingunt ad vterum, sangui-
nem verò extenuare.

Sectio Venæ.

Quum igitur ob aliquam in-
teraneorum primariâ affectio-
nem

Aeginet
Galeni t
re fiebat

Fuch

5. Aph. 28

Li. 28. de re
gali disposi-
tione.

Gal. in 5.

Aph. 36.

Mulieri men-
ses deco. &
Aegineta.

Gal. lib.
tione c
per san.

nē absconditur aut remoratur muliebris purgatio, nihil neq; præstantius neque vtilius, quā membri statim peculiari vitio mederi, atque post hæc vuluā sui muneris admonere per portiones. At vbi nihil horum quidem adfuerit, perspicuum est per se, & nō per consensum matricem affici. Si itaque neque ætas, neq; habitudo corporis, neq; aliud id genus prohiberint, sanguis per venā detrahendus est, non ante tamē præscriptum mensium diem.

Progressu verò tēporis adijciantur dies decem.

Aeginetæ & Galeni tēpore fiebat. Auferatur verò nō plus duabus libris cum dimidia, neque etiam minus vna, siue venam fecabimus.

Quod si febris pariter infestaret, in primis statim diebus febris sanguinem detrahere oportet.

Fuchsius. Si plenitudine laborauerit mulier, & nihil aliud prohibeat, à sanguinis missione curādi ratio inchoanda erit.

Secanda verò vena malleoli aut poplitis, idq; non ante statum mensium tempus.

Gal. lib. de ratione curādi per san. miss. Quæ ex cubito sunt euacuationes, purgationes menstruas comprimunt, sanguinemq; ad superiores corporis partes retrahunt.

Quæ verò sunt ex cruribus, tantum abest vt retrahant, vt etiam menses promoueant, ac vbi id facere volueris, tempus

consueti mulieris circuitus tribus quatuorue diebus anteuertat, aut vena incisa, aut scarificata talis cruris vnius pauculum euacuato: deinde postero die similiter facito in crure altero, vt tamen etiam istis diebus in quibus vacuas, & ante eos quatuor aut quinque extenuatem victum procures. *Potiones.*

Epotadæ medicinae quæ incidunt, & humorum crassitudinem extenuant, quale est quod ex calamento fit, quo nos assidue vtimur, sæpius enim cieri solent tardantes mensium purgationes. Mulieribus menses abundè prouocant & nepita & pulegium. Exhibebis ea in melicrato cocta, sed antea confusa, arida, cribroque subtili discreta, ac rursus trita vsque dum pollinem tenuitate referant, ita denique melicrato insperge. Porro conuenientissimum potui tempus est à balneo inuolutis adhuc linteis. Atq; hæc quidem medicamenta mitia sunt. Valētiora sunt fauina, & dictamnium, cæterū vsus antedictis similis.

Auspicante iam stata muliebrium hora, adimat quidem cōpedes, & potetur myrrhæ obolus, aut fabæ quantitas, aut castorium ex passo, vel melicrato, artemisiæue decoctum: aut saluæ post balneum ex passo & absinthio. Vinum verò absinthite ad omnem curationē p-

Gal. in 5. apho. 36. Mulieri menses deco. &c.

Gal. li. de curandi ratione per sanguinis missionem.

*causam
vna
nigra
Duhjui*

Sauina

Aegineta.

pinetur. Verùm si validiora ve-
 hementioraque res ipsa postu-
 lat remedia, hæc fuerit eorun-
 dem materia: Iris illyrica (quã
 vulgò Romani gladiolum di-
 cunt) pota cum vino, cyperi ra-
 dix, Græcè cyperis nuncupata,
 ari radix, & casia, rotundi odo-
 rati iunci (quẽ Græci *oxyvov* di-
 cunt) flos, nardus, helenijq; ra-
 dicis decoctum, & myrrhæ fa-
 buli Græci magnitudo, cū pas-
 so in dimidiato cyatho poscæ,
 & dictamni elixationis cyathi
 duo, & gutta ammoniaca, & sa-
 gapenum. Cæterũ quæ nimia
 anxietate stomachi torquen-
 tur, opopanacis exiguum in pi-
 lulas redactum, & in cocto mel-
 le irrigatum & eliquatum. Cõ-
 sueta quædã nobis semina mu-
 liebria ciere nata sunt. Cæterũ
 inferiora & minoris efficaciz
 sunt fœniculum, cyminum, a-
 pium, daucus Creticus, feseli,
 anisum, ciceres, & cercides, &
 omnia quæ ad mingendum
 cient.

Potui dentur radices circa
 tertium ordinem aperiẽtes ex
 vino albo aut decocto quopiã
 menses ciente, verbi gratia: ra-
 dices apij, graminis, fœniculi,
 oreoselini, asparagi, rubiæ pas-
 siuæ, pentaphyllon, rusci.

Artemisiã, nepeta, calamen-
 tum, scolopendriõ, semen ru-
 sci, acorum, absinthium, perpẽ-
 sa, radix iridis, lupini, semina a-
 pij, oreoselini sativi & mace-

donici, origanum, mētastrum,
 meum, valeriana, siler mōtanũ,
 ammi, feseli, cyminũ, dictãnũ,
 casia, enula, satureia, abrotonũ,
 allium, smyrnium.

Fortiora prædictis sunt ruta,
 gitti, sinapi, castorium, veratrũ
 atrum, colocynthis, staphis a-
 griã, myrrha, ammoniacum, fel
 tauri, succus cucumeris sylue-
 stris, fel gallinæ, opopanax, pi-
 per, pyretrum, papauer luteũ,
 asphodelus.

*Quæ menses cient simplicia ex
 Plinio.*

Apij & oreoselini semen lib.
 20. ca. 11. Cyminum Æthiopicũ
 siue regium lib. 20. Gith lib. 20.
 ca. 17. Sinapi sativum lib. 20. c.
 22. marrubium lib. 20. cap. 22.
 Hippomarathri semen & radix
 lib. 22. ca. 23. Liliij radices in vi-
 no decoctæ lib. 21. cap. 19. Cen-
 tum capita herba lib. 22. cap. 8.
 Oleum sampsuchinum, siue A-
 maracinũ li. 22. c. 22. Anthemis
 siue chamæmelon pota lib. 22.
 cap. 21. Bulbi radix pota li. 22.
 cap. 22. Sion latius apio in a-
 qua nascens lib. 22. c. 22. Lupini
 syluestres lib. 22. ca. 25. Cortex
 radice lauri lib. 23. c. 8. Chamę
 drys quæ & triffago lib. 24. ca.
 15. Ampeloprason, ibidem. Sta-
 chys, ibidem. Chrysocomes ra-
 dix lib. 21. cap. 20. Thymum v-
 trunque lib. 21. ca. 21. Anemo-
 ne cū ptisana sumpta, aut vel-
 lere apposita lib. 21. cap. 23. Eli-
 chrysum siue chrysanthemum
 è vino

valeriana

*Nimig aures
 trahi stomachi
 -si-*

è vino pota lib. 21. ca. 25. Batis lib. 21. c. 27. Vrtica cum fale lib. 22. ca. 13. Caucalis lib. 22. c. 22. Chondrilla habet proximam terræ mastichen tuberculo fabæ, quæ apposita fœminarum menses trahere dicitur lib. 22. c. 22. Laser è silphio fœminis datur in vino: & lanis mollib. admouetur vuluæ ad menses ciendos lib. 22. c. 23. Hordeum murinum, siue herba phœnicia trita ex vino pota, præclare ci- et menses lib. 22. c. 25. Phacos fyluestris lib. 22. c. 25. Cicercula ibidem. Vitis nigra lib. 23. c. 1. Fici succus lacteus appositus cum luteo oui, aut potus cum amylo lib. 23. ca. 7. Caprificus pota menses cit cum luteo o- ui ibidè. Bacca lauri appositæ tritæ vel potæ lib. 23. c. 8. Cupressi ramenta pota lib. 24. ca. 5. Stryax potus li. 24. c. 6. Viticis semen lib. 24. c. 9. Ederæ corymbi appositi lib. 24. c. 10. Arundo indica syriacaque ad- mota lib. 24. ca. 11. Erythroda- ni, siue Rubiæ radix & semen lib. 24. c. 11. Rosmarini semen, ibidem. Peoniæ radix lib. 26. c. 15. Radix callæ lib. 27. c. 8. Onopordon lib. 27. c. 12. Smyrni folia & radix lib. 27. c. 13. Thla- spi alterum genus, ibidem. Im- pubium puerorum vrina si de- coquatur ad dimidias partes cum porro capitato nouo fidi- li, vaporatio ea menses fœmi- narum cit lib. 28. c. 6. Fel tauri-

num lana succida appositum li. 28. c. 14. Olympias thebana addidit hyssopum & nitrum, ibidem. Testes castorij duabus drachmis ex aqua cum pule- gio poti lib. 32. c. 3.

Potiones compositæ.

Radicum acori, iridis, oreo- felini, asparagi ana vnc. j. femi- num apij, fœniculi, anisi, dauci, ammi, vrticæ ana vnc. j. cala- minthæ, absinthij an. dra. s. o- rigani, abrotoni, artemisiæ, pu- legij, asari an. M. j. hyssopi. M. j. s. Bulliât singula in aqua iustæ quantitatis, quoad tertia pars absumpta fuerit, dein excolé- tur & saccharo sufficienti adhi- bito, adijciantur serapia ex ca- lamintha, & hyssopo, & ex marrubio an. vnc. j. s. misce, fi- at potio pro terna portioe pro pinanda à cubili ieiunæ.

Castorei drag. j. mentastra in puluerem redacti drag. s. Vi- ni antiqui, aut mulsæ vn. iij. mi- sce, & à balneo calidum propi- nato. Potio Serapionis medici danda mulieri cui suppressi sunt menses, hæsitaturq; an v- tero gerat: si pregnâs est, fœtui vires calcificando præbet, alio q menses cit locellos aperiendo.

Castorij, anisi, seminis apij an. drag. j. trita secerniculo tra- ijce, & ex vino potui dato.

Potio Galeni menses dedu- cit fœminis, probè cit vrinam, & omnino admiranda confe- ctio est hydropicis, hepaticis

& nephriticis. Aloës dra. * ma-
stiches vnc. j. croci vnc. j. nar-
di indicæ vnc. j. cinnamomi
vnc. j. carpobalsami vnc. asa-
ri vnc. j. rundito, & angustissi-
mo cribro excernito, atq; ari-
dum vt ne transpiret seruato,
& cum vino potui dato cochle
ar vnum. Menses porrò puluis
iste valentius ducit artemisiæ
decocto dilutus.

*Si ex pituita comprimuntur menses,
potiones.*

Chamæpityos, chamædryos,
origani, saluie, rosmarini, sifym-
brii, calamenti, mentastri, thy-
mi an. M. j. radi. rusci, asparagi,
apij, oreoselini, raphani sylue-
stris, rubiæ & valerianæ ana
vnc. j. s. seminis iuniperi vn. iij.
seminis vrticæ, dauci cretici,
ammeos, anisi, fœniculi, costi
an. vnc. s. phaseolorū rubeorū,
cicerum arietinorum ana. p. j.
terantur parum & decoquan-
tur, & ex decocto colo secreto
cum sacchari libris tribus con-
fice serapiū, qui aromatizetur
cū cinnamomo electo & casia,
probè coquendum curato. Por-
tio exhibitiois esto sesqdrach-
mæ cum vnc. tribus decocti
sequentis quolibet mane, ieiu-
no ore ventriculi. Phaseolorū
rubrorum, cicerum rubrorum.
ana p. s. seminis iuniperi vnc.
j. s. radicū valerianæ, radicū
rusci, raphani syluestris, aspa-
ragi, apij, & oreoselini ana
vnc. s. chamædryos recentis

A M. j. dauci, ammeos, anisi, fœni-
culi ana vnc. ij. radicū rubiæ
vnc. j. conterito paululum, &
conquantur.

Oxymelitis compositi vnc.
iij. serapij ex artemisia vn. ij. li-
quoris stillatitij artemisiæ, quin-
que radicū cōmunium aperi-
entium calidarum, vel bipin-
nellæ, aut betonicæ, vel florum
sambuci, aut apij an. vn. iij. lim-
pidum facito. omnia simul mi-
sta pro triplici portione, pote-
ris aromatis cōdire, puta cin-
namomo aut casia. Diebus o-
cto ante mensium naturale pro-
fluuium hanc curandi rationē
aggreditor.

Si ex flaua bile.

B Artemisiæ dra. ij. adianti, oxa-
lidis, intybi erratici, scolopend-
rij, betonicæ, eupatorij, apia-
stri, mercurialis ana drag. j.
quatuor seminum vulgò re-
frigerantium distorum maio-
rum, seminis viticis, seminis
bauciæ, seminis peoniæ, semi-
num asparagi, seminum abro-
toni, intybi erratici, basilici, &
lithospermatis ana vnc. s. radi-
cum valerianæ, rusci, asparagi,
oreoselini & apij an. vn. ij. iuni-
peri, fœnogræci an. vnc. j. s. cy-
peri, spicæ nardi an. vn. ij. s. ci-
cerum rubrorum, phaseolorū
an. p. j. trita parum omnia in a-
qua coquantur, cōfice serapiū
cū tribus sacchari libris, quod
odoratiorem cinnamomo ele-
cto facies. Huius sumito sesqui
unciam,

unciam, quam immisce liquo-
rum stillatiorū intybi erratici,
cichorij & absinthij ana vnc.
j. similis esto ponderis quæli-
bet portio, perseverando ad
mensium debitum tempus vs-
que, vel quo ad alteratum flu-
xuiq; vicinum percipias humo-
rem nocentem. Serapij acetosi
simplicis vnc. j. oxymelitis
simplicis vnc. s. liquoris stilla-
ritij intybi, cichorij & absinthij
ana vn. j. misce.

Si ex atrabile, potiones.

Scolopendrij, adianti, cha-
mædryos, origani, calamenti,
artemisiæ, stœchadis, eupato-
rij, florū genistæ, boraginis, bu-
glossæ & violarum vniuscuius-
que M. s. radicū asparagi, fœ-
niculi, apij & capparum ana
vnc. j. thymi in fine decoctio-
nis iniecti vnc. j. prædictis po-
tes addere glycyrrhizæ, vuarū
passarum an. vnc. s. coquantur,
& ex decocto colo traiecto con-
cinna serapium cū sacchari li-
bris iij. & aceti vn. iij. qd' odo-
ratus sit cinnamomo sibi mi-
sto, cuius portio esto vnc. j. s.
cum liquorum stillatiorū fu-
marizæ, buglossi, & artemisiæ
an. vnc. j. detur à cubili & ve-
spere, quotidie ad humoris so-
lutionem vsq;.

Vel, oxymelitis vnc. ij. serapij
acetosi ex radicib vnc. j. liquo-
rum stillatiorū, florū sambu-
ci, pimpinellæ & asparagi ana
vnc. ij. sunt duæ portiones,

A quib. clarificatis nō nihil cinna-
momi addere cōmodè potes.

Purgationes humorum per aluum.

Et quidem purgatio totius
corporis, quando crassi euacu-
antur humores, tales sanat di-
spositiones. Si verò decolores
scriptum sit, multo magis pur-
gatio sanabit ita se habentes
mulieres. Neq; enim propter
humorem pituitosum tantum
modo, sed & propter melan-
cholicum & biliosum menses
fiunt decolores.

Datur suppressio nis men-
si- um tempore medicamentum,
quod propriè amarum dicitur,
centum habens drachmas mix-
tis aliorum medicaminum cu-
iuscunq; sex. Optimum est vbi
B cinnamomum acceperit, post
diem septimum, siue octauum,
purgatione cum hiera vten-
dum. Hieram quidem ex colo-
cynthide purgabimus, duarū
drachmarum pondus in meli-
crati cyathis sex potui præben-
tes. Quòd si febris pariter infe-
ster, hiera quidem vrendi lo-
cus non est. Hieram picram, ecle-
gma diaphœnicon, eclegma
indum.

Catapotia ex agarico, ex be-
nedicta, fœtida.

Subductio pituitæ.

Medullæ cassiæ fistularis ex-
tractæ cū decocto chamædryos
glycyrrhizæ, cassuthæ, vuarum
passarum, polypodij querni, &
adianti vnc. j. eclegmatis indi

*Gal. in. 5.
Aph. 36. mu-
lieri menses
deco.*

*Gal. lib. 5. de
curadi ratio-
ne per sang.
miss.*

Hiera picra.

drag. iij. serapij de radicibus cū acetō vnc. j. misceto, dato ieiunæ à cubili. *Vel,*

Agarici vnc. s. zingiberis scrup. ij. falis gemmæ scrup. s. diluantur sero caprillo addita oxymelitis scillitici vnc. j. immergantur simul horis duodecim, & compressum coloq; traiectum ius potui à cubili ieiunæ dato.

Catapotia fœtida voranda noctu exhibeto.

Turpeti drag. j. zingiberis dra. s. falis gemmæ. gr. vj. sacchari candidissimi vn. ij. omnia leuigato, & cum sero caprillo aut iure pulli, vel iure cicorum arietinorum propinato.

Rosarum rub. zingiberis, B cinnamomi an. drag. ij. fantalorum alborum & rub. an. drag. j. hermodactylorum drag. iij. turpeti dra. iij. diacrydij drag. ij. s. mastiches scrup. j. sacchari libram vnam, quod soluat in liquore stillatitio artemisicæ, confice quadras pondere vn. s. dato vnam ieiunæ à cubili.

Bilis flauæ purgatio.

Medullæ casicæ fistularis decocto communi extractæ, aut mannæ vnc. j. eclegmatis ex succo ros. drag. j. s. confectio nis hamech drag. j. serapij violacei vnc. j. potui dato.

Rhabarbari electi drag. ij. spicæ nardi. gr. vj. aut cinnamomi tantundem. Vino optimo dilue, & horis duodecim in se-

ro caprillo immerge, subinde valenter traijciendo comprime. Colamento adde mannæ, aut medullæ casicæ fistularis cribro secretæ vn. j. serapij violacei vnc. j.

Propinato demum ea quæ bilem per sedem educere valent, quæ te edocebunt alij medici.

Bilis atræ eductio.

Adianti, florum vtriusq; burglosi & violarum, lupi salictarij, stœchadis, chamædryos ana. M. s. polypodij dra. iij. glycyrrhizæ, vuarum passerum ana vnc. s. terantur paululum & coquantur in aqua sufficienti, in fine decoctionis adde epithymi vnc. s. & cum hoc decocto, cribro extrahatur medullæ casicæ fistularis, aut mannæ vnc. j. confectio nis hamech drag. j. s. diaphœnicon drag. ij. serapij violacei vnc. j. detur à cubili.

Cortices myrobalanorū Indorum vnc. s. luteorum drag. ij. diluantur horis duodecim in sero caprillo, colo valenter deinde traijce, colamento adde medullæ casicæ fistularis aut manæ vn. j. epithymi friati scrup. ij. zingiberis gran. vj. mellis rosacei vnc. j. fiat potio, detur. & c.

Globuli Indi vorandi sunt.

Balnea ex infessis. Si ex puita.

A succorū subductione balnea sunt ex chamæmelo, artemisia,

misia, mentastro, & alijs que in decocto pituitam profligante memorata sunt. *Vel,*

Sabinæ herbæ, origani, calamenti, apiastri, pulegij, mentastri, fertulæ campanæ, chamæmeli ana M. ij. chelidonij, peucedani, prasiij, absinthij an. M. j. foliorû lauri, lauendulæ, mercurialis, rosmarini, ocymi, florum sambuci ana M. ij. artemisiæ M. vj. radice valerianæ lib. ij. conterantur paulum omnia simul dempta artemisia, quæ seorsum in sacculo includatur, deinde omnia simul coquatur.

Sacculi
Ex his rebus sacculus vnus impleatur, super quem in balneo sedeat mulier, & super femur sacculum artemisiæ calidum teneat, & bis in die ieiuna balneum intret, & pro arbitrio in eodem ster. Cubile subinde petat, & vnguento vngatur quod inter sequentiavngéta offendes.

Si ex flaua bile.

Subducto humore bilioso, tertio die tale confice balneû, quod accipit.

Althææ cû radice M. vj. artemisiæ M. iij. florû sambuci, fol. falicis, foliorum violarum, polytrichi ana M. ij. valerianæ sesquilibram, fœnigræci lib. 2. feminis lini li. j. s. terantur parû, artemisia seorsum recondatur in sacculo. Ex alijs impleatur sacculus vnus & coquantur omnia simul, artemisiæ sacculû in balneo super femur teneat,

A altero sacculo infideat, dein petat cubile: tuncque pubes & os sacrum inungantur vnguento quod describemus.

Si ex atrabile, balneum esto tale, quale ex pituita.

Vnguenta. Si ex pituita.

A balneo in lecto hoc vnguento vngatur antè & retrò. Olei lilini, olei amygdal. dulcium, medullæ cruris vituli ana vnc. j. mucoris althææ, fœnigræci & feminis lini ana vnc. s. ceræ parum. Post inunctionem bibat pulueres & edat confectioes describendas.

Si ex bile flaua.

Olei amygdal. dulcium vnc. j. s. medullæ cruris vituli vnc. j. butyri recentis, pinguedinis gallinæ, mucoris fœnigræci & feminis lini ana vnc. s. ceræ parum, concinnato vngentum, quo os sacrum & pecten inungantur.

Ex atrabile.

Vngatur vnguento quo pituitosæ inungendæ sunt. Post quartum diè à purgatione, drape pace vnguento circa pectinem, lumbos ac femora ægrotans illiniatur.

Olea quibus inungi debet mulier, cuius menses suppressi sunt. Oleum lilinum. Rutaceû. Spicatum. Oleum ex sabina herba.

Pulueres, eclegmata, & pastilli.

Si à pituita.

Inunctione peracta exhibeto

cochlear pulueris sequentis ex vino decoctionis pituitam profligantis.

Cinnamomi electi reiecto cortice exteriori, corticis cassiæ fistularis an. dra. ij. cassiæ dra. j. s. croci scrup. ij. aristolochiæ rotundæ, perperis, calami odorati, corticis radicum capparum, costi, dictamni, rad. tormētillæ, rad. iridis, eryngij, laccæ an. scrup. ij. chamæpityos, chamedryos, foliorum lauri, origani, polij, zingiberis, calamenti, thymi, seminis smyrnij, seminum rutæ syluestris, dauci, nasturtij & hyssopi, carpesiorū, nigellæ, ammis, anisi, marathri, baccarum lauri, sagapeni ana drag. s. sacchari quod pondere oīa æquet, friato & vtere vt dictum est. *Vel.*

Accipe pulueris prædicti decepto saccharo vnc. s. sacchari cãdidi liquati in decocto menses ciente li. s. pange quadras, quarum pondus esto vn. s. detur vnâ post inunctionem, dein bibat decocti menses proliciētis vnc. ij.

Pastilli ex myrrha, triphera magna sine opio, p̄sunt. Accipe fructus sabinæ dra. j. s. rutæ siccæ drag. ij. s. seminis rutæ agrestis scrup. ij. laferpicij, ammoniaci, rubiæ p̄suiæ ana dra. s. confice ex his simul friatis globulos serapio ex artemisia exceptos, exhibeto ægrotę dra. ij. ex vino decocti menses cientis, à balneo, aut à suffitu, vel ab

euaporatione. *Vel.*

Cinnamomi, succi cyrenai-
ci, fructuū sabinę, piperis nigri
an. dra. ij. myrrhæ, castorij ana
dra. s. excipe melle sufficienti,
in eclegma exhibeto dra. ij. ex vi-
no decocti menses proritantis,
à suffitu, aut balneo, vel ab æ-
stuatione. *Si ex flaua bile.*

A balneo dato cochlear sequē-
tis pulueris cum drag. ij. deco-
cti menses suppressos ob flauā
bilem cientis.

Corticis cassiæ fistularis, cype-
ri an. dra. j. s. radices tormentil-
læ, radices peonię, cinnamomi
reiecto superiori cortice ana dra.
ij. croci, seminis bauciæ sylue-
stris, seminis peonię an. drag. j.
seminis viticis, seminū apij, oci-
mi, oreofelini, mercurialis, a-
sparagi & milij solis an. drag. s.
adiāti, polytrichi, chamæmeli,
betonicæ, eupatorij, spicæ nar-
di, schœnāthi, lupi salictarij, se-
minis endiuie an. scrup. j. saccha-
ri ad pondus omniū, leuigato
& misceto.

Reiecto saccharo, ex puluere
prædicto p̄ge rotulas aut qua-
dras, in quib. cōcinnandis pro
vnc. j. friamentorū adde saccha-
ri (quod in decocto biliosos iu-
uante liquetur) libram vnam.

Si ex atra bile.

Ex his quæ atram arcent bilē
pulueres & placentas confice.

His peractis saphena vena a-
perienda est, hinc ad ligaturas
veniendum est.

Liga-

Aegine

Ab

Ammon
forte.

Fuch

Ligaturæ.

Aegineta. Probatum item inferiorum corporis partium arctior cum ligaminibus ad tres vel quatuor dies strictio: auspicante vero iam statim muliebrium hora, adimat quidem copedes, sed potetur myrrhæ obolus, & propinentur reliquæ potiones menses cientes.

Fotus, evaporationes & suffitus.

Abile. Abrotoni, anethi, artemisiæ, chamæmeli, callitrichi, apiastrimercurialis, florum sambuci ana M. j. scenigræci, seminis lini ana lib. s. ex his contritis & in vino coctis in vaporario aut solio, balnei loco vaporetur mulier. Huius loco talē facito suffitum. Seminis viticis vnc. j. s. anethi M. j. carei, costi ana vnc. j. terantur parum, & per infundibulum fumum mulier in locellos vestibus recta sedensque recipiat.

A pituita.

Paraæstuarium ex pharmacis quibus confectum est balneum.

Ammoniaca forte. Amoni, galbani ana dra. iij. succi cyrenaici dra. j. s. frangantur parum, & in carbonibus injiciantur, suffianturque; locelli, fumus tamen non pertingat ad nares.

Fuchsius. Suffitibus etiam ex styrace, galbano, thure, bdellio, radice aristolochiæ, artemisiæ, nigella, caryophyllis, cinnamomo & similibus paratis vrendum erit. Fouendus quoque uterus odoratis fomentis, maiorana, serpyllo, calamintha, chamæmelo, ser

A rula cæpana, pulegio, artemisiæ, radice iridis, & similibus in olla decoctis, quam operculo perforato operire oportet, arundinemque, aut alium canalem foramini insertum vndique circumlinere, ut deinde sedens mulier excepto canali foueatur.

Proderit etiam ut mulier huic decocto usque ad umbilicum infideat, & inde pessos sibi admoueat.

Cucurbitule.

Neque inutile erit cruribus cucurbitulas affigere.

Iniectiones.

Metrenchytes, Gallicè *Vne sonde:* Arabicè argalia. *Fuchsius.*

Metrenchytes etiam utendum, in quæ usum utero infundimus olea calida, irinum, liliaceum, laurinum, &c. In sinum porro ipsum infundatur susinum, aut amaracinum. *Paulus.*

Succi mercurialis & absinthij, artemisiæ ana vnc. vj. poteris addere dra. ij. puluerum vim ciendi menses habentium, & injicere in locellos.

Pessi & prostheta.

Est autem pessulus lana *pexa uel pectita, & quodcumque aliud teres, digitum humani speciem præferens, in quo medicamenta sustinentur. Pessus ergo apponatur ex medicamento è nouem rebus constante, & ob id *ινναγορμανορ* nomen obtinente, aut olibanij. *Aegineta.*

Prostheta præterea (sunt autem *Aegineta.*

ea medicamenta quæ molliore lana excepta, mulierum naturalibus subijciuntur & condiuntur, barbari nastalia vocant) quæ menses sciendi munus subeunt: ex his constant, myrrha, absinthio, aut lupinorum elixatione eliquata, seu rutæ succo contrita, bdellioq; non absimiliter. Stryax item & syluestris oleæ gummi, succus rutæ cõpari modo, vel aristolochia longa in collyrij, hoc est, glandis formam affabrè facta, & cõcinata. Consimili præterea eodemq; modo centaurij grãdioris radix aut veratri, aut liquor scammonia, & colocynthidos medulla per se, & artemisia cataplasmatibus modo illita, cõruta, galbanumque facta inde suffitu & fotu. Quæ utique ipsa & fœrum etiam conceptũ vrero elidere, atque eiicere naturæ suæ aptitudine possunt. *Pessis* etiam in vterum demissis, necessitate sic exigente vtendum, ex quorũ numero hic est, qui ʒ Tryphera magnæ citra opium dra. j. farinae erui, nigellæ, rubiæ tinctorum, artemisæ, pulegij an. scrup. j. s. succi rutæ vnc. ij. misce, fiat pessus, qui cõ lana, vel œsypo supponatur. *Vel* Myrrhæ, bdellij, styracis ana dra. j. calaminthæ, abrotini, absinthij ana dra. j. s. radicis acori, radicis rubiæ tinctorũ ana dra. j. seminis nigellæ, rutæ aridæ, baccarũ lauri ana scrup. ij.

A fabinæ scrup. j. castorij scrup. s. redigantur singula in puluerẽ, & cõ melle, aut triphera, aut mithridati antidoto quod satis est, formentur pessis.

Si menses supprimantur ex pituita, valentioribus pessis cõendi sunt, vt theriacæ electæ, drag. s. castorij, ammoniaci ana. drag. j. misce, & coto in mercurialis succo immerso excipe. *Vel*, Nigellæ, staphisagriæ, centaurij minoris ana. drag. j. veratri candidi, vitri friati, salis gemæ, piperis nigri, diacrydij ana scrup. j. aloes, ladani, galbani, terebinthine, styracis ana. drag. j. s. ambaris scrup. s. oĩa cõ pistello calido misceantur, demũ in panno lineo cõ mercurialis succo immerso, include. *Vel*,

Theriacæ, mithridati aut popanacis vnc. j. castorij, ammoniaci ana drag. j. succo mercurialis excipe in pessulos.

Si ex flaua bile.

Ex cuiuslibet pharmaci sequentis friamentis, pessulos conficere potes, aut ipsorum succo. Mercurialis, artemisæ, sampsuchi, absinthij, chamædryos, chamæpityos succo. Pulueres funto ex nitro, amomo, myrrha, aristolochia rotũda, calamo odorato, caryophyllis, maiorana Eclegma ex succo rosarũ cõ saccharo in canulã immittitur, vt pessis solidã formã recipiat, & pessis filo appesus & in locellos immissus, filo femori alligatur.

Ex

Paulus A
necta.

Euchfi

Aegin

Ex radicibus oleo tinctis concinnantur pessi. Verbi causa: Ex radicibus rubiæ passiuæ, phlomi, vtriusq; maluæ, iridis, apij, acori.

Olea sunt, ex lilio, ex castorio, ex succo cyrenaico, & ex costo. Pulveres quibus pessuli aspergendi sunt, ex succo cyrenaico, costo, castorio, euphorbio, myrrha, turpeto, scammonio, veratro cãdido, sabina herba, nigella, & galbano.

NIMIA MULIEBRIS EXPURGATIO, hæmorrhagiãq; locellorũ, & muliebri profluuium. Cap. IIII.

Paulus Aegineta.

Distillatio (quam *προμαρτιον* Græci nuncupant) est muliebrium locellorum fluxus, vniuersi corporis expurgati. Redundare menses in mulieribus dicimus, quando ultra consuetum tempus purgationis magna copia effluxerint. Tempus autem vnicuiq; purgationi statum & ordinatum non est. multis enim ad duos tresve dies, haud paucis vsque ad quintum profluit, alijs etiam ad septimum vsq;, raro ad duo decimum purgatæ sunt.

Aegineta.

CAUSAE hæmorrhagiæ, & fluxus muliebrium locellorũ. Cæterum immodicè & plus iusto expurgantur non raro mulieres, interdum quidem mensibus auctis, atque cumulatius

Aquàm par sit, impetuq; procedentibus, interdum verò iniustæ & integræ ætatis nouæ nuptæ partub. Nonnullæ magna quidem ex parte sua quoq; sponte cessant. Cõtinuè verò in *rubrorum* fortiter sanguinis fit profluum, ita quidem vt plerunq; inferat periculum causæ fluxus muliebrium locellorum.

Eiuscemodi verò ideam ac speciem præfert id quod euacuatur, cuiusmodi est humor qui in corpore redundat: aliud rubrum quidem instar saniei, aquosius humoris, quem *ιχθυα* Græci vocant: alterum verò candidum à pituita proueniens, aliud autem pallidum luridumq;e, aliud pirrocholon, id est, amaræ bilis instar. Nonnunquam aqueum, denique sanguinem eijciunt, quem admodum in phlebotomia auferitur atq; procedit. Animaduertere interim accuratissimè oportet, ne qua anabrosis, id est, erosio in locellis enata constitit, sit ob fracta, aut aperta vasa, vel magna vel parua.

Possibile est si ora vasorum quæ pertingunt ad vterum ultra modum aperiatur, & si sanguis vel calidior, vel tenuior fiat, & totum corpus propter malum habitum aliquem aggruetur sanguine, & si modum naturæ conuenientem sua multitudo non excefferit, quare ipsum expellit ad venas quæ in

Aegineta.

Fuchsius.
Gal. in 5.
Aph. 57.
si mēstrua
plura fiant
&c.

vtero sunt, vt in fluctationib. accidit, aliàs ad aliam partem immodicas fieri menſtruorum euacuationes.

Opinio Arabum.

Redundantibus humiditati bus ex venis opplentur locelli, quæ ex alijs sæpe membris in ipſos deferuntur, quos humores natura per vuluam eijcit: nam duæ venæ magnæ, caua ſcilicet & porta, in venulas tenuiſſimas plurimasque diſperſæ, locellos intrant, à quibus nõnunquam diuturni ſucci, diſtillationis modo, interdũ rubri, quãdoq; pallidi, sæpe etiã albi, aquoſi q; interdum de fluunt. Quorum cauſa eſt, locellorum, iocinoriſue, aut alicuius alterius membri, vel concoctricis eorundem facultatis imbecillitas.

Arabes.

Cauſæ externæ ſunt, percuſſio, caſus, vulnus, curſus, ſaltus, cibi ſanguinem extenuantes, vel ipſum acutiorem vel ardentioſiorem facientes. Verbi cauſa, aromata calida, vini albi, clari potus.

Cauſæ internæ ſunt locorũ calor exuberans, ſanguinis redundantia, facultas expultrix valens, retentrice imbecilla.

Notæ.

Aegineta de muliebri pro fluuio.

Notanda autem ac deprehẽdenda fluxus ſpecies eſt, ex perperuo locorum madore, diſſidentibus colore humoribus. Laborans autem plerunq; ſolet pallescere, cibum auerſari,

A & in ediam ſuſtinere, in deambulationibus quoque ſpiritus difficultatem ſentire, oculos inſuper habere tumefcentes, interdum quidem cum dolore interdum verò citra dolorem, & id quidem vel cum exulceratione, vel abſq; exulceratione, ſiue vulua inflammante ſordidè, ſiue purè.

Amplioribus vaſis ruptis aut apertis confertim ſanguis profluat, minoribus verò apertis, ſenſim, nec magna copia promanat. Ab eroſione ſi accidit, tum non ſolum paulatim, verum etiam cum maximo dolore effluit. Porrò quum immodicè promanant menſes, color ſædus conſequitur, pedes molli tumore attolluntur, corporis robur proſternitur, vitiatur ciborum tum appetitus tum cõcoctio.

Præſagia.

Si menſtrua plura ſiant, accidunt morbi: & ſi non ſiant, ex vtero morbi contingunt. Mulieri mēſes decolores, nec per idem ſemper tempus venientes, purgationem indicant eſſe neceſſariam. Menſium fluor redundans iuuenibus moleſtiſſimus, ſenioribus autem vt plurimum mortalis. Si longo tempore fluxerint mēſes, tandem aquas cutem ſubeuntes inducunt, & animam ſubinde agere cogunt.

In fluxu muliebri ſi conuulſio

Fuchſius.

5. Aph. 57.

5. Aph. 39.

5. Aph. 56.

fio

Fuchſius

Aegineta
Fuchſius

Libro de
ſectib. m
cis cap. 1

sio & animi defectus aduen-
rit, malum.

Euchsius.

Nō confestim sanguinis im-
petum localibus remedijs re-
primere conandum: nam mul-
ta sequerentur incommoda,
nempe hydrops, neruorū, aut
oris ventriculi, aut capitis pa-
themata.

Victus.

*Aegineta,
Euchsius.*

Chondrus lorus è posca, aut
oriza, aut alica, cibi loco sunt
adhibenda. Vino ita habentes
abstinere expedit. Cibus & po-
tionibus austeris & astringen-
tibus vtēdum. Afsis autem po-
tius quàm elixis vescatur egra,
carnibus potissimum, quibus
suapte natura desiccandi facul-
tas inest, vt auium montanarū,
& agrekium animalium: motu
verò abstinendum, & pro eo
astringenti potione vtendum.
Lac in quo extincti sint lapi-
des fluuiales candētes, aut fer-
rum ignitum, potui detur. Ory-
za, chondrus, portulaca esitan-
tur: rubi item surculi cum car-
nium iure decocti, brasicę pro-
bè coctę, lens palustris ex ace-
to cocta.

*Libro de af-
fectib. matris
cap. 16.*

Singulare præsidium in se-
quenti ferculo esse asserit Gay-
nerius.

Accipe folia plantaginis, &
flores phlomi, terito: his adde
nonnihil radice symphyti pro-
bè coctę, & secerniculo traie-
ctę, parū itē casei recentis pin-
guitudine referti, & pinguedi-

A nis renum caprarum aut arie-
ris momentum, dein pastę nō
fermentatę cum luteis ouorū
pistatę, aut farinę tenuissimę
supradicta immisce, & rapio-
las seu formulas certas cōfice,
easq; in iure carniū coquito,
& ægrotę exhibero. Afsis car-
nibus vescatur potius quàm e-
lixis, quę infartiātur rhoe, fru-
ctu oxyacanthę, & alijs vim
sanguinem arcendi fluentem
habentibus. Nocent aromata,
maximè crocus. Si ob vires fi-
culneas vinum potui dare co-
garis, esto nigrescens, vt cunq;
astringens, crassum, aqua cæ-
lesti, aut aqua in qua ferrum cā-
dens extinctum fuerit, aut pu-
reali aqua dilutum, quiete frua-
tur. Somno indulgeat, gaudio
non afficiatur nimio. Venerem
fugiat. Aer esto temperatus, fru-
ctus maturi non astringentes
& calidi nocent. Potus nimius
crapulę obsunt.

Curandiratio.

In defectu verò & interualli
spatio, habet enim circuitum
nonnunquam, sedulò vtēdum
fuerit gestationibus præstanti-
bus, diuersiq; generis deambu-
lationibus, vociferationibus,
vnctionibus, cucurbitulis, dro-
pace vnguento, aut leuigatio-
nibus, frictionibus, vnguentis
depilatorijs, quę psilothra di-
cuntur, smegmate, sinapismis,
vomitibus cum radiculis pro-

*Aegineta de
muliebri pro-
fluio.*

A

uocatis, curatione recreandis defectibus restuendisq; viribus facta, lauacris, viniq; omnifaria educatione & alimento. In mensium profluuio nimio, neq; balneis, neq; calefactionibus vtendum. Mensium fluor ex repletione, aut ex matricis humorum abundantia factus, non est astringendus, praesertim si colore tingatur assueto mulier, nisi ipsius vires prosterantur.

Sanguinis missio e uena.

Fuchsius. In rubro fluore primum, si aetas & alia permiserint, ad sanguinis missionem vertimur. Ablatione vero sicut in ijs qui sanguinem excreant, partiri oportet, vt paulatim prolixiori tempore auersio fiat. Secunda vero si erit in cubito vena, aperiat vena axillaris.

Potus.

Aegineta de muliebri profluuio . li . 3 . 61 . 62 . Hydromeli austeru, aut omphacomeli. Propinandu insuper in posca balaustium, hypocisthidis, siue acaciae cremor, aut lycium, aut Samius aster, aut omphax aridus, aut rheum quod rha quidam nuncupant, aut lentis in Italico vase fictili crematae cinis, aut sesamum in posca maceratum ad mollitiem vsq; & tenebritatem manducandum. *Ea quoq; quae urinam cient porrigito: e quorum numero habetur aqua, in qua elixa sint asarum & apium. Ad haec portulaca etiam mansa, ar-

* Cap. 63. ad fluorē muliebrem.

que succus eiusdem herbae potus, ad hunc modum affectis subuenit. Balaustium item rubique cum fructus tum flos, & ea quae inter quercum & corticem suum interiacet pars trunci membranosa, & id quod sub exteriori glandis cortice continetur. * Hippuris potissima (quae conus ex cauda equina est) rubente fluxum pota ex aqua aut vino, sistit: aut hypocisthis, fructusque lentisci frictus & in vino potus, Samius aster, Lemniu sigillum: coagulum leporinum, aut haedinum, aut agninum, aut vitulinum, aut ceruinum: gigarta, id est, * acini, myrta, omphax aridus, piceae cortex, acacia, coralliu, lycium, galla, polygonum, symphytum vtrunq; , haematites, calyces glandium, plantago, oxyacantha.

Cornu ceruinu cum acacia & tragacanthae lachryma maceratum potui dato his quibus ex locellis humor defluit, ieiunis.

Spica item nardi dicta, lapis gypseus, cornu ceruinum vstum & rosacea lotum, rosae rubeae, rhus coriarius, nymphaeae semen & flos. haec sunt, quorum in pollinem tenuissimum redactorum drachmam ex vino dabis potui. Praeterea hypocisthidem, succinum, lachryma arabicam, achilleae succum concretum, glebam armeniacam,

obscuro

* Hippuris herba simpliciter.

Rubig. Dioscor.

Paulus. gincta.

uinacea.

* quae nuat, ca mouent us qua si

niacam, flores & semina cotoneorum, sidium, balauftium, malicorium, vniones, mumi-
am, myrtorum fructus, libanū,
iunci rotundi odorati florem,
cinerem testarum ouorum, fria
to, potui ex vino dato: friamen
ti picis naualis vncia cum suc-
co plantaginis bibitur. Fimi ca
prilli drachma aqua cęlesti ma
cerata commodę bibitur.

Stercoris item afinini pari
pondere. Succus porri potus.
Ferri * & si sterilitatem inducat
pota, mensium tamen fluorem
compescit subdita.

Si albus sit fluor, medicamę
ra quoq; crassos & putuitosos
humores extenuantia, vrinam
que ducentia bibantur, vt asa-
rum, foeniculum, apium, &c.

Simplicia ex Plinio.

Pulegium ex melle & aceto
menses sistit lib. 20. c. 14. Xeno-
crates tradit rem miram, si vera
est, męstrua contineri vno die
si vnum granum coriandri bi-
berint fęminę: biduo, si duo:
& totidem diebus, quot grana
sumpserint lib. 20. c. 20.

Hippocrates menstrua sifiti
cibo bliti putat lib. 20. c. 22. Vio-
lę albę & luteę * extenuant
menstrua lib. 21. c. 19. Nardum
gallicum menstrua sistit lib. 21.
c. 20. Leucanthemum imposi-
tum lib. 21. c. 22.

Eliochrysi folia trium obo-
lorum pondere in vino albo
lib. 21. c. 25.

A Centumcapita herba mulie-
rum mensibus siue abundant,
siue subsidant lib. 22. c. 8. Fex a-
ceti lib. 23. c. 2. Foliorum olea-
rum succus exprimitur oleis,
affuso vino & aqua cęlesti sic-
catusq; in pastillos digeritur.
Sistit menses, in lana admotus
vulvę lib. 23. c. 3. Palma quę
fert myrobalanum in vino au-
stero lib. 23. c. 5. Balauftium, cy-
tini flosculos lib. 23. c. 6. Ramę-
ta ligni loti (quam fabam Grę-
cam nuncupant) decocta in vi-
no lib. 24. c. 2. Gallę crematę
& aceto falso extingę, foru lib.
24. c. 4. Vlmi folia, cortex & ra-
mi illira li. 24. c. 8. Spina Arabi-
ca li. 24. c. 12. Rhamnus cädidi-
or in lacte bibitur lib. 24. c. 14.

B Dracunculus * si ferro non
atingatur lib. 24. c. 16. Menses
nimios sistit achillea imposita,
& decoctum eius insidentibus
lib. 26. c. 15. Idea herba, libro
27. c. 11. Leucographis lib. 27.
c. 11. Medij radix drachmis dua-
bus cum melle ecligmate per-
aliquot dies sumpto li. 27. c. 12.
Succida lana imposita subdita
que lib. 29. cap. 2. Ouorum lu-
tea cocta, & ex vino pota lib.
29. cap. 3.

Ferri rubigo imposita velle-
ribus lib. 34. cap. 15. Misfy libro
34. cap. 12.

Sinopsis quę magis cęteris
ruber, pota denarij pondere,
fęminarū profluvia sistit lib.
35. cap. 7.

Potiones compositae & serapia.

Serapium rosaceū. S. myrtinum. Serapiū mirabile & certum quo frequenter mensium fluorem sisti coegimus: Accipe fimi asinini succū quantū vis, et ex eo arte, & igne saccharoque serapium cōfice, propinabis ipsū myrtino serapio & aquae plātiginis mistum ad cubile.

Labri Veneris succus aut fritamentum datur in ovo forbili.

Si ex erosione, aut ulcere profluant menses, sumito lapilli hæmatitis, achilleæ succi concreti, quem sanguinem draconis vocant, succini, corallij, balaustiorū, glebæ armeniacæ, terræ lemnia, feminis portulacæ partes æquas, trita omnia secer-

niculo trāijce, potui dato vn. j. cū succo, aut liquoire stillatitio myrtorum aut plantaginis.

Si ex acuitate sanguinis aut aliorum humorū menstrua defluant, auxiliabūtur serapia ex cotoneis S. myrtinū S. rosaceū.

Pastilli ex succino. Pastilli ex oxyacātha. Past. ex terra lēnia.

Purgantia per alium.

Fluore albo infestāte in principio quidem resistendum non est, vt aliena è corpore excernātur, neque præter rationem erit, si quod pituitam purgat medicamentum adhibeas.

Accipe polypodij querni, anisi, fœniculi, epithymi ana vn. s. coquantur, in decocto macera horis decem corticis myro-

A balanorum, deinde cepulorū trita drag. j. colo trāijce & adde pulueris diaturpeti dra. j. potui dato à cubili ieiunā.

Eclegma aut rotula diacartami eadem efficit.

Si ex bile flaua, eclegma ex succo rosarū, mēdulla calsię fistularis, rhabarbarū, myrobalani lutei accommodantur.

Globuli norandi, uariorū.

Globuli ex bdellio maiores & minores ex monumētis Mesuæ Arabis, cuius portio esto drag. j. aut sesquidrachmæ.

Accipe terræ lemnia, glebæ armenia, thuris, mastiches, gal larum ana scrup. ij. succi achilleæ concreti, hæmatitis ana scrup. j. cornu cerui vsti drag. j. hypocisthidis, acaciæ, corallij rubei ana. dra. s. balaustij, rosarū rubrum ana scrup. ij. succini scrup. j. cum serapio myrtino formentur catapotia, de quibus dra. j. aut drag. j. s. propinabimus.

Mumię, thuris, mastiches, cornu ceruini vsti & loti ana dra. j. coaguli leporini, aut hædini scrup. ij. excipiantur in globulos succo polygoni, quorū portio esto drag. j. Vorentur à cubili & ad cubile, prædictis potes addere nonnihil caphuræ.

Constrictiones.

Primū igitur atq; præcipuū est vt mēbra ab alis & pube cōstringantur, & extrema.

Cucurbitule.

Cucurbitulæ inanes spatiosę plerun-

Fuchsius.

Si ex pituita.

5. Apr

Aegineta
lib. 3. ca.

Fuchsius.

Aegineta.

Aegineta.

plerunq; sub mammis adgluti-
natae, tantū vt desideres in con-
traria reuellunt.

5. Aph. 50.

Mulieri si velis menstrua co-
hibere, cucurbitulā quā m-
ximā ad mamas appone. Gal.
in commentario inquit melius
non ad ipsas mammas, sed sub
ipsis partib. inferiorib. firmare
cucurbitulā, vbi maximae sunt
hae quae ad ipsas venae de sub-
ter veniunt.

Encathismata, siue infesus.

Aegineta,

lib. 3. ca. 62.

Encathisma insuper hoc,
his qui sanguinis mensum eru-
ptiones patiuntur, apprimē cō-
ducit. Oxyfchœni, quod est, iū-
ci acuti vel marini, capitū myr-
ti, foliorum rhamni, rosarū, vir-
gultorum rubi tantundem co-
quantur in aqua, qua insidenti-
bus muliebria loca foeminis v-
tiliter fouentur.

Aliud.

Sumantur corticis mali pu-
nici dulcis, radice myrti, corti-
cis cupressi, singulorū medim-
ni tres, gallae medimnus vnus,
aquae quantum satis est.

Hippuris, lentisci, foliorum
mori, foliorū pirorum, prunel-
lorum, sorborum, mespilorū,
symphyti, corticum internorū
quercus, rosarū, labri Veneris
ana M. ij. sidij, bistortae, gallarū
fructuum, myrti ana lib. j. radi-
cis vlmi, radicū filicis, mespi-
lorum, & sorborum, calicis glā-
dium ana li. ij. ex his omnibus
confractis & decoctis in aqua
caelesti in cisterna, capta, seu in

A aqua in officinā fabri ferrarij
hausta, quātum sit satis, fiat in-
fessus, in quo insideat mulier
mane ieiuna & sero, saltem ho-
ram vnā.

Suffitus.

Si infesibus suffitus praefe-
rat, per infundibulum fumum
recipiat in locellos, pannis te-
cta, sedens in sede perforata.

Accipe colophoniae vnc. s.
spodij, glebae armeniacae, papa-
ueris nigri, hioscyami ana dra.
ij. parum trita in carbones ardē-
tes iniiciantur.

Eadem facito ex blatta bizā-
tina, & ex symphyto, fiant etiā
suffitus ex corijs, quae è domo
eijciunt sartores calceorum, co-
riariorum, & ex gallis & ex vi-
naceis, dein praebere ex ecligma-
tis non nihil. Si ex pituita men-
siū fluxus, fiat suffitus ex lada-
no, mastiche, galla, mētha, gal-
bulis cypressi, sampsocho, &c.

Eclegmata, & placēta, rotuleq;.

Conseruæ rosarum antiquae
vnc. j. diacitonit, siue speciebus
sacchari conditi vn. iiij. vel dia-
codion cōcinnati per quadrās
tantundem, corallij rub. tenu-
issimē triti scr. iiij. margarita-
rum, spodij, lap. hæmatitis, mu-
miæ ana drag. s. condiantur o-
mnia simul saccharo sufficiētī,
& serapio ex malis cotoneis,
quibus poteris addere momen-
tum ex bracteis auri, cōfice ec-
legma, detur ex eo manē & ve-
spere pro qualibet portione,

Ex Arabibus

quod castaneæ crassitudinem
æquet, per duas horas ante cibi
sumptionem, superbibatq; vi-
ni meri cyathum. *Vel,*

Sumantur radices vtriusque
symphyti, coquantur, & pistil-
lo tundantur, cribróq; traiiciã-
tur. Eadem facito ex plantagi-
nis radice. Ex traiectis radicib.
fume vnc.ij. radicis plárag. vn.
j.s. sacchari libr.j. soluatúr sac-
charum aqua cælesti ex cister-
na, aut liquore stillatio plan-
taginis, in ea fricato hæmatité
quousq; rubescat, subinde len-
to igne sensim coquantur, ad-
dendo radices: concoctione p-
bè facta, decocto perfrigerato
immisce friamentorum succi
achilleæ concreti, acacię, rhois
obsoniorum, terrę lemniaę, suc-
cini, cornu ceruini vsti & lo-
riana drag. j. margaritarũ. scrup.
iiij. corallij rub. dra. j. s. spodij,
lap. hæmatitis, seminis apij a-
na scrup. ij. cõcinna eclegma so-
lidum sectum in rotulas aut in
quadras, vel si mauis eclegma
confice non solidũ, ex quo ma-
ne à cubili dato vnc. s. deinde
bibat vini meri cyathum.

Hęc quidem exhibendo cen-
seo mulieribus, quæ sumere ea
renuunt quæ palato grata non
sunt.

Si expituita, exhibeto theria-
cam magnam, dialibani,

Vel dato cochlear eclegmatis
sequentis si prostratę sint vires:
Accipe conseruæ rosarum an-

Atiquæ vnc. j, dialibani vnc. ij. co-
rallij rub. drag. j. margaritarum
drag. s. cymini & interdiu ace-
to macerati dra. j. s. mentæ sic-
cæ scrup. iiij. libani scrup. ij. spi-
cæ Indicæ scrup. j. fiat mistura
deaurata, detur crassitudo ca-
staneæ à cubili.

Epithemata & cataplasmata.

Foris autem egregiè subue-
niunt epithemata, quæ astrin-
gendi & stipticandi naturam
habent, & ex dactylis palmæ
cotoneisq; cataplasmata, quæ
malicoria continent, aut priuo
balanij, aut rubi virgulta, aut
folia lentisci, balauitium, aca-
cia, hypocisthis, gallæ parum,
alumen. Sed omnium maximè
illud, taurinum glutinum, quã
taurocollam dicunt, tantisper
dum eliquescat, & dissoluatur,
postea maceratur, deinde in lin-
teolum pannumũe alium robu-
stum emplastri more impingi-
tur, & illinitur lumbis affectæ.
Vel, Accipe succi symphyti, suc-
corum plantaginis, pentaphyl-
li, quinqueneruie an. aceti pa-
rum, pannos duos in talib. suc-
cis vnà mistis immerge, quorũ
alter ab umbilico ad pubem, al-
ter ossi sacro imponatur.

Frustra linteoli aceto electo
dilue, & vtrique mammæ ad-
moue, subinde pubi & ossi sa-
cro aliquod vnguentorum im-
pone. *Vnguenta.*

Accipe Olei myrtini vnc. iiij.
olei mastichini, succi plantagi-
nis

nis ana vnc. ij. mastiches friatæ drag. ij. rhus coriarij, hypocisthidis, myrti fructus, terræ lēniæ, glebæ armeniacæ ana dra. ij. s. spodij, rosarum ana drag. j. hordei vsti vnc. s. ceræ quatum fit satis pro concinnando vnguento, quo inungatur etrum & os sacrum.

Vnguentum comitissæ accōmodatissimum est, quod etiam inceptū abortū inhibet, & calore virib. destitutos renes refrigerat robur addendo.

Aegineta.

Emplastra.

Efficaciter quoq; ac strenuè admodum ad hoc faciunt emplastra etiam quæ glutinandi vim retinent, verbi causa, compositio Icesij, Icesios appellata, B emplastrum Articum, Melinū, Indicum, atq; id genus cætera. *Vel*, Accipe acacię, hypocisthid. fidij, terrę lemnię, pastillorū ex succino, colophonię ana vnc. s. leuigato omnia, & liquore stillatitio plantaginis excipito in emplastrum, quod bipartitum pubi & osi sacro imponatur. *Vel*,

Mastiches, libani, mumię, succi achilleę concreti ana vn. j. friato, dein oui albugine mentęq; succo & artemisię excipito, & emplastri modo vtrinque admoueto. *Vel*,

Accipe herbæ pulicaris seminis vsti, aluminis, arrillorū immaturorum, glebæ armeniacę, succi concreti achilleæ, radicis

A symphyti, fidij, balauftiorum partes æquales terito, cribroque secernito, & in emplastrū oui albore excipito, dein osi sacro pubiq; imponito.

Anus nostrates fuliginē aut calcem friatam sumunt, & oleo myrtino ouiq; albore excipiūt in emplastrū pauco aceto addito, & prædictis duobus imponunt locis, sicq; menses supprimunt, fœtumq; ne abortu pereat seruant. *Pefsi.*

Pefsi quoque vtiliter, vel plura alioqui vellera locis ipsis ap- *Aegineta.*
ponantur ex vino & oleo, siue rosaceo, siue melino, siue myrtino leuigata. Pessuli præterea (sic enim *μπόδερρα* interpretor) qui naturalibus fœminarū admouentur, muliebrium sanguinis eruptiones compescunt, ex hypocisthidis succo concinnati, aut acaciā cum manna aceto eliquata. Post hæc opis plurimum, & admiratione dignum confert auxilium in eiusmodi profusione, spongia vino aut liquida pice irrigata & apposita, vel deustę ipsius cinis cum aceto poscauē applicatus. Pari etiā modo corticis suberis (qui Græcè *πυλλο* appellatur) Italico vase restaceo cōbusti cinis. Ad sanguinis porrò eruptiões pefsis vti tor, gallę interaneum tritum, & thus irrigatum aqua apponito, aut cytinis, aut dulcia mala punica consimiliter applicato, aut seminalem le-

*Remedia
fuerunt parata*

uigatam. Ceterum compositio
nem ad eadem rem peridone-
am ita contexere conuenit. Ac
cipe aluminis scissilis, medul-
læ gallarum, succi acaciæ, man-
næ, singulorum drag. iij. ouo-
rum affatorum putamina qua-
ruor arida friantur, atq; elique-
scant in cremore plantaginis,
atque tum misceantur. Quum
autem vsus atq; res ipsa monet
& exigit, pessulo laneo excipian-
tur, & intingantur etiam in ro-
faceum, atq; admoueantur.

Fuchsius.

Accipe thuris, balaustrorum,
gallarum ana drag. j. gummi a-
rab. acaciæ, succini, cornu cer-
uini vsti ana drag. ij. glebæ ar-
meniacæ scrup. ij. singula redi-
gantur in pollinem tenuissi-
mum, & lana rosaceo intincta
excepta, in mulieris pudendū
immittantur.

Accipe triphera, micletæ, a-
thanasia ana vnc. j. hypocisthi-
dis, acaciæ, glebæ armeniacæ,
succu achilleæ cōcreti, radicū
symphyti maioris, plātaginis,
gallarum, sidia ana drag. j. trita
omnia in pessulos digerantur
ex coto, & immittantur succo
astringentium excepta. *Vel,*

Colophonix, caphuræ, sco-
riæ ferri præparatæ, hoc est, in
pollinem tenuissimum reda-
ctæ, & in aceto & rosacea inter-
diu maceratæ, & coctæ vsq; ad
aceti & aquæ absumptionem
ana quantum vis, succo solani
excipe, & in pessulos digere.

Vel, Cornu ceruini vsti, aca-
ciæ, hypocisthidis, glebæ arme-
niacæ, mumix, mastiches, gy-
psi, partes æquas excipe seuo
caprillo, & concinna pessulos.
Ex pharmacis item quibus em-
plastra concinnata sunt, potes
pessulos condere.

Ex magnæ ranæ cinere pes-
sulos facias exceptos aceto,
aut fimi asinini succo.

Metrenchyte.

Iam verò & per metrenchy-
ten instrumentum ad eam rem
factum locellis succum planta-
ginis, aut sereos, aut * femina-
lis, aut strychni, aut perdicij,
aut psyllij, aut hypocisthidis,
aut acaciæ infundito, atq; hæc
eadem per lanam, aut digitū,
aut malam organum, calamū-
tū in longitudinem formatū,
vsq; ad os vteri indārur, inferā
turq;. Et Andronis deniq; pa-
stillus cum metrenchyte infu-
sus cum prædictorum succorū
aliquo, aut vino astringente,
efficax & præsentaneum est re-
medium. *Portanda.*

Ægra portet asduè iaspide-
m, * cornelium lapillum, sap-
phirum, pilos dextræ auris asi-
ni, magnæ ranæ cinerem lineo
panno inuolutum, hirudinem
friatam in dextra manu.

HYSTERICA SIVE V-
teri suffocatio. Cap. V.

Suffocatio, ὑστ. ἐπιπν. πνιξ. Spira-
tionis ob vterum ablatio,
strangu-

Aegine

Gal. lib.
de locis . a

Aegineta.

* Polygoni

* Corneoli

strangulatio vteri, suffocatio
matricis.

Aegineta.

Strangulatus vteri, in supe-
riorem partem ascensus vuluæ
est, in societatem afflictionis
principes corporis partes du-
centis, veluti carotidas, cor, pã
niculos cerebri, quos Græci
υλωινας dicunt. *Causæ.*

*Gal. lib. 6.
de locis . aff.*

Conuenit inter omnes me-
dicos hunc affectum magna ex
parte viduis euenire, idq; maxi-
mè, si antea probè purgaretur,
ac parerent, atq; virorum con-
cubitu gauderent. Quibus re-
bus omnib. priuata, quid pro-
babilius excogitare quis pos-
set, quàm quod ob retenta mè-
strua, vel semen cohibitum, hu-
iusmodi mulieres vteri disposi-
tionibus crucientur: siue eas ap-
pneas (id est nō spirationes) si-
ue suffocationes quis vocauerit,
siue etiam * fortuna contra-
ctioes sint membris. Idq; for-
tasse magis à semine contingere
potest, vtpote magnam vim
obtinente: vt est enim mulieri-
bus humidius, ita etiam frigidi-
us. proinde ipsum excerni o-
portet, præsertim si naturaliter
multo semine exuberat mulier.
Id verò viris quoq; euenire
solet, quippe non parua est ho-
rum differētia. Igitur vteri per-
uersiones eo què diximus mo-
do, ad suppressa sequuntur mè-
strua, eas tamen ob hoc, accidē-
tium quæ in animalis corpore
apparent causas esse nequaquã

A putandum est: quippe quæ cō-
munem habent causam, pleni-
tudinem à suppressa mèstruo-
rum purgatione euenientem,
quæ verò citra peruersionem,
aut mèstruorum retentionem
viduas molestant noxæ, hæ ob
retentum semen euenire pu-
tantur.

Retenta menstrua & semen *Actius.*
cohibiturum statuosam quandã
refrigerationem in vtero exci-
tant, quæ subinde cordi & ce-
rebro communicantur, contin-
git etiã refrigerato vtero, quo
tempore menstruæ purgatio-
nes effluunt, vel ob difficilem
quempiam abortum, vel vbi
quis sanguinis eruptionem ab
vtero repente sistere propera-
uerit.

Nota.

Ego verò (inquit Galenus) *Lib. 6. de
loc. aff.*
multas vidi mulieres hysteri-
cas, alias quidè sine sensu im-
mobiles iacere cū obscuro par-
uoq; pulsū, adeo vt in quibus-
dam ne percipi quidem pulsus
posset: alias sentientes qui-
dem, & moueri potentes, abs-
que integra ratione, sed tamen
animi defectioe, & difficili
spiratione laborantes: alias e-
tiam crura & brachia contra-
hentes. Ex quibus coniecturã
feci multas esse vteri affectuū
differentias, vel pro causæ effi-
cientis magnitudine, vel pro
specierum quarundam varia-
te inter se differentes.

Quòd aut ad hos affectus ex *Gal. de loc.
aff.*

B

aff.

Aegineta.

Polygoin

Cornuoli

citandos retentum semen ma-
iorem, mēstruum verò minore
vim obtineat, facile intelli-
gatur ab his mulierib. quibus cū
nō sint viduæ purgationes sup-
primuntur: quanuis enim plu-
ribus infestetur accidentibus,
spiratione tamen non priuan-
tur, neq; animi defectione, ne-
que alijs quoq; accidentibus
laborare videntur. Præterea ex
eo quòd sunt viduæ quædam,
quæ licet equè vt antea aut pau-
lo minus purgantur, nihilomi-
nus similibus corripuntur ac-
cidentibus. Quippe medicæ
quæ eas exquisitè terigerunt, fa-
tetur circa vterum notas quas-
dam apparere. Nam ceruix e-
ius inclinata videtur, interdū
quidē veluti sursum retractus
fit totus vterus, interdum verò
veluti ad latus trahatur, nō ve-
luti animal errabundum aliās
ad alium locū discurret in mu-
lieribus vterus, sed ab extensio-
ne retrahitur.

Aegineta. Accidit autem languētibus,
imminente quidem iam paro-
xyfmo tarditas mentis, segni-
ties, infirmitas crurum, pallor
vultus, species luminū percraf-
sa, instante verò iam strangula-
tione in somnum delatio, quā
κατάφορον vocant, dementia, ca-
zalepsis sensuum sedis cum mu-
ritate, crurum contractio, dein-
de incipiunt rubefieri genæ, &
vultus vniuersus plenus fit. Re-
laxationis verò tempore pro-

A manat quædam è muliebribus
locellis humiditas ad tactum,
& borborygmus, hoc est, ven-
tris strepitus, & progreditur a-
liquod intestinum, & ipsa quo-
que vulua paululum flaccescit,
& languescit, tum deniq; ad se
redeunt, sensumq; recipiunt.
Mouetur porro morb. ille quo-
dam circuitu, quemadmodum
& morbus comitialis, fracta sci-
licet vulua, vel seminaria, vel
alia quapiam materia: aut ma-
teria in eadā marcida & pu-
trefacta.

Arteriæ motu respirationeq;
priuata mulier, manum vtero
admouet, vt vaporum ascen-
sum inhibeat, curua manet, a-
stantium voces audit, quan-
quam respondere non possit:
B colore, sensū, motuque orba
mortem gelidam præferi. Com-
itiali correpta spumans os
habet, contrā vteri strangulatu
affecta: non priuatur tamē om-
ni spirasiōe vt in attonito. Præ-
ter dicta præfocationem vteri
præcedunt cordis tremor, ca-
pitis dolor, seipsam alloquitur
mulier, aliquando fitit, vultus,
oculi & labra quandoq; rubo-
re suffunduntur, oculis conui-
uet, nec ipsos aperire potest,
præsentit item aliquid ascen-
dere à pube per aluum & um-
bicum vsque ad os ventriculi
& stomachum, deinde dentib.
stridet, stringit maxillas, quan-
doq; manus, brachia & tibias
mouet.

Aeginet

Gal. libro
de loc. aff
c. 5.

mouet, animam demum egisse putares. Si ex semine corrupto scitur, quoniam à longo tēpore non fuit, quanuis passim ista fuerit cupidinis sagittis, aut virgo est ferre iugum apta, vel mulier in delicijs ocioleque viuens, quæ Cereri temulentis; deo indulget, sobrijs nymphis reiectis, atq; sibi deest, in quod eiciat tenera brachia collū. Huic obnoxia morbo, eorum quæ in morbi tempore audiuit, memor est, contra in comitiali.

Præfagia.

Aegineta.

Plures quidem relatæ & pristinæ salubritati restitutæ sunt, nonnullæ verò in ipso paroxysmo vitam in mortem subito commutarunt: pulsibus quidē crebrescētibus ac dēsatis, inordinatisq; diffusis, deinde & asphixia (id est, nulla venarum pulsatione) sequuta, exiguo verò humore superficiem irrorante, respirationem autem primū quidem ad nihilum redigente & obscurante, postea verò omnino amputante. Cæterum hic languor hyeme atque autūno ingruit iuuenib. procliuis ad libidinem, sterilibus, & potissimè si propter medicationem infœcundæ fuerint, & alijs refrigeratis.

*Gal. libro 6.
de loc. aff.
c. 5.*

Igitur prima species (hoc est, in qua immobiles sine sensu iacent, cum obscuro paruoque pulsu) cuius Heraclides Ponti

A cus in suo commentario mentionem fecit, multam exhibet de ortu suo ambiguitatem. Ait enim sub hac specie, neq; pulsū, neq; spirationem mulieris deprehendi posse: atq; ob id dūtaxat non videri mortuā, quòd exiguum in medijs corporis partibus calorem haberet: ac astantes quoq; medicos quæsiuisse ait, an nondum sit mortua. Rursus nonnulli Heraclide posteriores credentes feruari aliquid spirationis, quanuis ipsa non appareat, carptæ lanæ flocculos coram naribus suspendi iubent, vt exactè deprehendatur, num spiritus aliquis inter spirandum tum intrò, tum foras rursus deferatur. Sunt qui poculū aque plenum, ori ventriculi imponere præcipiunt, quippe immorunt omnino seruari humorem, a iunt, si tota perierit spiratio. Itaq; si omnes ita affectæ mulieres interiissent, simplex esset quæstio, quū verò nonnullæ seruatæ videantur, geminā ori quæstionem necesse est, inuestigantibus nobis, tum dispositionem ob quam spirationis munus deperditur, tum vel magis, quomodo viuere possint, quæ nihil omnino spirat. Quippe in confesso est, & spirationem à vita, & vitam à spiratione separari non posse, adeo vt viuentem non spirare, & spiratē nō viuere sit im possibile.

B 2

*Vel quæstio
ab ortu vite
anferat*

Atque hæc quæstio, quâquã A superiore difficilior videtur, non est tamen perinde difficilis: quippe facilè sustinebitur, si latebris inclusa animalia cõsideres, nulla apparète in ipsis spirationis nota. Hoc enim cognito, perspectisq; animalibus vt pote frigidis, atq; eo demonstrato, quod maximus respirans vsus est, vt intusus calor, & refrigeratione & ventilatio ne seruetur: haud ita difficile fuerit perpendere exiguum illum calorem in ipsis derelictũ, arteriarum cordisq; officio cõseruari, quæ actio à quibusdam medicis transpiratio, veluti ea quæ à thoracis pulmonisq; officio prodit, respiratio vocatur. Itaq; pereunte ob vteri affectum spiratione, quoniam vniuersum corpus refrigeratur, id enim manifestè videtur, fieri potest, vt nulla prodeat ab ore spiratio, quanuis ea quæ in arterijs fit, nequaquam intercipiatur. Verùm potest aded esse exigua, vt sensum omnino effugiat.

Si ex semine corrupto fiat, & spuma ex ore defluat, imminet exitium, demum vteri strãgulatus qualis qualis fit, exitio est, nisi auxilium præbeatur. Quæ locellorum præfocatiõ corripuntur si futuerint, facilè vtero gerentes efficiuntur. *Vistus.*

Fuchsius. Cibo interea & potu paucis

admodum contenta sit mulier, totaq; victus ratio exiccatoria fit, & hæc ad accessiones proficiunt. Si malum diuturnũ fuerit, non parum etiam recta victus ratio opitulabitur: nempe deambulationes matutine, gestationesq; vel in curru, vel naui, vel iumento. A gestationis motu vociferatio & lectio clara, modulata, concinna utilis est. Vnctio præterea, frictio & exercitatio ex congruis interuallis repetita, eisdem conueniet: balneum aquæ dulcis rariùs, & non nisi sordium abstergendarum gratia adhibendum: balneis verò naturalibus vti optimum est.

B Inclamet autem quispiam illis altiore horrendaq; vociferatione, atq; appeller & accerser: Si virgo sit nubat, & futuat.

Vinum nequaquam potui dato, quoniam aqua ipsis est accommodatior, nec carnes concoctu edat difficiles, neq; his vescatur quæ semen auger genitale.

Curandi ratio.

Vtendum cenfeo clystere, sanguinis missione, cõstrictione extremorum membrorum, frictione, odorem aluum cientibus, cucurbitulis, glandibus, cataplasmatibus, sternutamentibus, vomitionibus, potionibus, infelsibus, pepsis, dropacismis, rubificationibus, acopis, exercitatioibus, vociferatiõ & lauacris.

Clyster

Aegineta.

Aui. sen 21.

*Clyster & glandes, supposito-
ria uocant.*

Aegineta.

Accessione protracta, & ea quæ pedirus agunt sunt utilia, cuiusmodi sunt sacculi dactylio, id est, sedi appositi: exëpli gratia, cuminum, nitrum cum melle, & sterco cû latione prolicere ac subducere, ne torqueant in accumulatione sua.

Vene sectio.

Aegineta.

Cæterû ad vniuersi corporis instaurationem à detractioe sanguinis auspicandum, præcipuè si mēstruq; purgationes detineantur.

Inprimis secanda est vena axillaris, subinde saphena, modo viscidum humores hunc morbum non excitarint. Si ex femine corrupto, caue ne venam tangas.

Potus.

Aegineta.

E' castorio potione vtamur, quandoque quidem cum decoctione artemisise, interdum verò cû aqua mulsa. In quibusdam enim expedit illud, atque vnicum ad exactam & numeris omnibus absolutam curationem satis est. Bibat decoctum aut ius calamenti, aut mentastri, vel rutæ, aut viticis. Dandum est castorij drag. j. singulis diebus vt dictum est, vel cum vino tenui.

Humores noxios subducentia.

Aegineta.

Post septimû autê diem purgandum, quæ è colocynthide contexta sit hiera. Post sanguinis missionem ad expurgatio-

A nem cû hiera proficiscere: dein de ex aloë confectam picram porrigito drag. j. cû aquæ mulsæ cyathis sex.

Catapotia ex agarico voranda sunt.

*Eclegmata, pulueres & confectio-
nes alie.*

Diamarthæ, diacymini, diatrium pepereon potui denrur cum radicum aperientium decocto vel saccharo, excepta digeratur in rotulas aut quadras, vel eclegmata confice.

Constrictiones frictionesq;.

B Quocirca in paroxysmis extremas corporis partes vincire oportet, & tota crura fricare, atque vniuersum etiam corpus, perinde atq; eos qui animo defecerunt, reducere & refocillare.

Alta voce vocetur, pedes manusq; dolorosæ fricentur, tibie & genu cum funiculis, & aliquando coxæ super genu strictissimè vinciantur. Cum aceto item & sale extrema asperè fricentur.

Odoranda.

Gravè olentia odoramenta olfactanda naribus admouere: verbi causa, ellyphnium extrin-ctum, castoriû, picem liquidâ, cedriam, vellera & lintea combusta: quidâ verò amida quoq; adhibuerunt è lotio veteri, siue oletulo.

Accipe castorij, galbani in aceto solutorum ana vnc. s. sulphuris vnc. j. misce, & naribus

fumum recipiat mulier.

Par suffitus fiat ex asa foetida, sagapeno, ammoniaco. Animaliu plumæ in carbones iniectæ ad suffitum pertinent, præsertim perdicis, capillorum hominis, canis & hirci capillorû, corium quodlibet, vngulæ brutorum, & quodcunq; cornu.

Suffitus, linimenta, & per metrenchyten iniectiones.

Aegineta.

Atqui in vterum odoratissima fragrantissimaq; vnguenta infusa, detrahare vuluam naturæ aptitudine possunt: veluti amaracinum, malabathrinum, spicaceum, irinum. Hæc etiam obstetrix digitis capiens vsque ad os vteri immittat, leniter ac multu defricans, vt eo irritamēto crassus humor excernatur.

Ægra pannis testæ, cauendo ne fumus nares ipsius attingat, odoratissimis suffiatur: verbi gratia, ladano, alipta moschata, gallia moschata, cinnamomo, caryophyllis, xylo, aloë, calamo odorato, casia, lauendula, libano. *Vel,*

Accipe moschi scrup. j. galliæ moschatæ drag. j. olei lilini vn. ij. misce in mortario, hoc linimento vngat manus obstetrix, & leniter os vteri fricet & ipsius interanea, tunc enim corruptus exhibit humor, & prospera fruetur valetudine mulier.

Fuchsius.

Vel, Accipe pastillorû galliæ & aliptæ moschatæ ana dra. j. styracis drag. iij. caryophil. mace-

A ris ana drag. j. agallochi scrup. ij. cinnamomi, foliorum lauri an. drag. ij. ladani dra. ij. s. redactis singulis in pollinem tenuissimum cum stacte, styracé liquida appellat, fiant trochisci, iniiciendi in carbones pro suffitu recipiēdo per infundibulū.

Rubificationes & cataplasmata.

Sinapi pedibus cataplasmatibus instar imponatur.

Aegineta.

Nec inutiliter sinapismi & dropacismi ex euphorbio, pyrethro, pipere & sinapi confecti applicantur.

Sternutatio.

Porrò quæ sternutationem proliciunt, adhibēda sunt è castorio videlicet & struthio (conditi barbari vocant) lunariaute, & pipere temperata.

B

Vomitio.

Mali verò elapso acumine atque insultu, ad vomendum cogito: omnes enim vomitus leuat, sed eas præsertim quæ à cibo infestantur.

Aegineta.

Encathisma.

Neque inutile erit, si infesiones ex decocto baccarum lauri foliorumq;, pulegij, calaminthæ, artemisiæ, marrubij, sabinæ, althææ, chamemeli, serpilli, iridis, aristolochiæ, & fœnogreci parentur.

Fuchsius.

Aspergines.

Infesionum tempore cerebri curâ nō omitteremus, sed rosaceo & aceto caput irrigabimus.

Pessi.

Post

Aegineta. Post septimū diem infelsionibus & pelsis mollientib. ex adipe anserino, styrace, mastiche, ammoniaco & similibus confectis vti licebit. Vterūque etiam ijs quæ calefaciendi statumq; educendi vim obtinent, sufficiendus.

Menses suppressi si vteri præfocationem genuerint, curato vt menses ciere possis.

PROCIDENTIA VTERI. Caput VI.

Fuchsius. **P**rocidere vterū dicimus, quādo ita eueritur, vt exterius emineat: neq; enim vterus, vt imperiti suspicantur, à suis solutis propaginibus totus decūbit: nam si ita procideret, restaurari minimè posset.

Aegineta. Quòd si progressu temporis id quòd procidit putrescat, auferendum est ipsum citra omnem futuri periculi suspiciōne: rotam etenim vuluam ablatam fuisse memorant putrefactā, & superstitem mansisse mulierem.

Si igitur prolapsa pars diuturnitate temporis propter incuriam putruerit, ob assiduāq; vrinæ irrigationem & sordem inhaerentem exulcerata fuerit, amputādum aut vrendū quod inutile fuerit, nullius metu periculi erit.

Cause.

Aegineta. Procidit sanè fœminis vuluarius, sed plures ob causas, aut

A enim ex alto delabatur, & in coxendices quasi radices agit, ruptis membranulis quæ intestinum continent, aut vterum vicinis partibus connectunt, aut propter secundæ muliebres locellos ambientis sibi que adnatæ extractionem, quemadmodum in difficili partu cōtingit, aut ob inertem & imperitam fœtus extractionē, aut propter sterilitatem, aut propter plagā vel ic̄tum, aut immensi ponderis eleuationem, aut ob animales affectiones, puta amissionē liberorum, tristem scyralé, aduersumque aliquod nuncium, aut hostium insultum, aut ob nauigationē periculosam, aut aliquam id genus aliam causam, omni eo quod concretum est soluto, collapsa vulua, aut propter paralyfim, & imbecillitatem partium, quemadmodū in senescentibus, & deficientibus frequenter accidit. Procidit sepe ob humoris plurimi ac tenacis defluxum, partiumque frequentiam laxatis ac solutis appendicibus, procidit autem secundū os eius maximè. Nonnulli verò vniuersum vterū procidere affirmant, quod sanè ineptum est, ne dicā absurdum. Quo enim pacto reducta in suā sedem collocaretur.

Fit etiam ob cursum velocē, aut ob infelsionem rei frigide, aut ob diuturnam moram in aqua frigida, aut ob gelidæ po-

tum, vel ob ruffim vehementē, **A** vel propter sternutationē, aut vociferationē, demum ob mē-
fium fuppreffionem, nonnun-
quam etiam ob renefimum.

Note.

Signa fatis manifesta funt,
& caufarum diuerfitas facilè de
ægrotantis aut afsidentiū fer-
monibus cognofcetur.

Arabes.

Notæ internæ funt, fi fine lo-
cellorum strangulatu vterus af-
fcedere exiftimetur, comite do-
lore ab vmbilico ad os vſq; vē-
tricoli, tactuq; rotundum quic-
quam deprehenditur, putat in-
terdum ægra fe manu prehē-
fam, fereq; tunc fuffocata iacet,
non fine gemitu. Ad funt verti-
go, capitisq; dolor, naufea, ru-
ctus, præfertim fi flatus huius
morbi fit parens.

Vbi vterus procidit, grauedo
tumorq; percipitur, quòd fi vir
hanc futuendi gratia aggredia-
tur, genitali femini ad locellos
interiores nullum patebit iter,
& hæc accidūt fi ad fuperna re-
pat vterus: fin autem vterus ad
ima descendat, dolent renes &
peften. In pectine rotundum
quid tumēs graueq; tactu per-
cipitur. Inteftinum nempe re-
ctum fepiffime veficaq; ita cõ-
primuntur, vt neq; lotium, ne-
que oletulū quoquo modo exi-
re poffit.

Quòd fi lotium emiferint, al-
befcēs & denfum erit, in cuius
feditamento hypoftafis refidebit

liuens aut nigricans, arteriæ i-
tē motus erit mollis paruusq;
& inæqualis.

Si ob neruorum, tendonum,
aut ligaminum resolutionē is
morbus euenerit, vel ob putre-
factionem, procidet vterus in-
fenfibiliter indolorofeq; vt plu-
rimum, putris humor vbertim
ex locellis defluer.

Sciscitari denique oportet,
an mulier pituitofa defidiofa-
que diutius ftererit, & fi recen-
tibus fructib. aut pifcibus afsi-
duè vefcatur, fiq; inter cõcum-
bēdum locelli humiditate fca-
turiant.

*Auic. 21.
tertij.*

B Accidentia porrò prociden-
tis vteri funt, autore Auicen-
na, pectinis, & ofsis facri verte-
brarumq; dolor validus, quan-
doq; febris adefl, fupprimūtur
& vrina & oletulum. Ad funt i-
tem conuulfio, tremor, timor-
que infolitus. Si nihil rotun-
di in pectine percipiatur his
quæ vteri procidentia laborāt,
totum vterum procidiffe fi-
gnat.

Predictiones.

In principio facilè repositio-
ni pareat, & rectè locatus perfe-
uerat, præfertim fi ætas non im-
pedierit. Nam in prouectiori-
bus vterus quidem reponitur,
fed rurfus qualibet leui caufa
relabitur. Si furfum eleue-
tur, aut ad latera tendat vte-
rus, facilè curatur: fi extra os
vulvæ exierit, vix curabitur.

Si

Fuchf

Acgin

Si à longo tempore prociderit vterus, nunquam releuabitur. Si ex corruptis succis aut putrefactis ipsam connectētibus procidat vterus, curæ nulla dāda est opera. *Vitus.*

Euchsius.

Toto curationis tempore mulier motum, & ea quæ sternutamenta excitant, euitet: vt autem naribus odoratissima sunt adhibenda, sic vterus ab infernis fœtidis rebus sufficiendus est.

Urina & stercoribus vacuatis, ægram supinam figurare oportet, vt coxas habeat sublimiores, poplites flexos, cruribus inuicē dilatatis ac diuaticatis, tuncq; foueatur locus foementis aptis. Extrinsecus autem pubem spongia in posca expressa operiemus. Mulier iacebit extensis adaptatisq; inuicem cruribus, vt alterum alteri incumbat: tutius tamen erit pedes simul vinciri, fasciam vsque ad genua deducendo, deinde cucurbitæ infigendæ sunt, &c.

Clysteres.

Aegineta.

Oportet itaq; in huiusmodi curatione stercus ante omnia clystere euacuantes, & lotium excernentes, quò vndique ab omni anxietate libera sit vulua, laborantem supino corpore componere, in altum pro tendentes coxendices & deutos poplites, cum diuaticatis cruribus. dein accipito systrema.

Venter leniendus, ne si cum

A difficultate sit egerendum, simul vterus procidat: obseruandum tamen, ne nimium venter subducatur: exoluitur enim, relaxaturq; propinque partes, & vteri loca procidunt. Si ex flatu vterus procidat, iniijcito clysterem qui flatus discutiat, cui non nihil eclegmatis benedictæ addatur.

Vene sectio.

Si adsit plethora, sanguinique detractione egeat ægra, modò duntaxat ad superna aut ad ilia repat vterus, tunc oppositi pedis saphena secanda est: porrò si ad inferna descendit vterus, axillaris aperienda est.

B *Systrema ex lana conuoluta.*

Quum sita fuerit ægra diuaticatis (vt dixi) cruribus, accipito systrema ex lana, forma & crassitudine sinui muliebri respondens, syndoneq; illud circumuoluito, & in cremorē acacię intingito, aut hypocythiden vino in hūc vsū immergito, subijcitoq; vuluæ, & absque violentia omne id quòd procidit sursum torqueto, dū solidus & integer in sinu tumor excitetur, & vterus in proprium reponatur locum.

Obstetrix item præcipitatum vterum manu oleo mastichino intincta in proprium reponat locum.

Cucurbitula.

Reposito vtero, muliereq; *Aegineta.*

C

decubante, ita vt crus alterum alteri incumbat, post hæc cucurbitulæ sunt adglutinandæ, cum flamma plurima vmbilico, & vtrisque ilijs seu lumbis. Quòd si repat vtetus in latus, lateri opposito affigenda est cucurbitula magna sine scarificatione, cum extremorū eiusdem lateris ligaturis dolorem inferentibus, sicq; quiescat ægra. Mammaram radicibus in vteri prociđentia admouere cucurbitulam proderit.

Ex Arab.

Aegineta.

Olfacienda.

Cum cucurbitulis odoramētā itē offerenda sunt perodora.

Pulueres, infessus & fotus.

Aegineta.

Cæterum tertio die lana sinui imposita, mulier in vinum atrum & austerum descendat aliquantulum tepē factum, siue in decoctione myrti, aut rotundi iunci odorati, rubi, malicorij. Post hæc autem imposita lana tollatur, & altera imponatur eodem madefacta medicamento.

Infessus.

Fuchsius.

Prolapsam vteri partem oleo tepido, vel butyro, vel maluæ, althææ, scœnigræci, seminis lini, aut similium decocto fouentes, conuolutam lanam præparabimus, vt diximus in systemmate. Decocto foliorū lauri, mentastri, abrotoni, artemisiæ & similium fomentatione calefiat vterus, subinde obstetrix gallinæ adipe manus inungat: vterus autem seminis

A coroneorum mucilagine inunctus tali inspergatur polline, & acaciæ vnc ij. myrti fructus, balustiorū, rosarum rub. ana dra. j. s. friato. Vtero in propria sede reposito egra sequenti decocto infideat. & rosarum rub. myrti fructuum, rhoi coriarij, foliorum mespilorum, & cornorum, corticis querni glandium, origani, saluiæ, rutæ, symphyti grandioris ana M. j. contracta in aqua cælesti coquantur, & in decocto per horā mulier infideat.

Puluis

Cataplasmata.

Foris cataplasmata inspergentur circa epigastrium, diaphœnicō scilicet ex farina hordei, aut lente & corticibus mali granati, cum oxymelite, atq; hæc denuo fiant vsq; ad exactā curationem.

Diaphœnicō

Cerata & emplastra.

Cerata etiam ex mastiche, agallocho, ladano, thure, iunco odorato, acoro, nuce moschata, lachryma arabica, tragacantha, & eiusmodi medicamentis parata conueniunt. Vel,

Fuchsius.

& Thuris, mastiches, opoponacis, terebinthinæ, galbani, sagapeni, resinæ pini, stactes, colophonix ana drag. ij. ceræ luteæ drag. iij. concinna ceratum, quod corio extensum rotundo super femora à muliere deferatur. Vel,

& Galbani drag. s. galliæ moschata drag. j. caryophyllorū drag.

drag. s. confice ceratum utilif-
simum. *Vel,*

℞ Ladani sordis expertis
vnc. j. s. thuris, mastiches ana
vnc. s. agallochi, caryophyll.
spicæ nardi & celticæ, amba-
ris ana drag. j. moschi. drag. s.
confice ex omnib. oleo ex spi-
ca exceptis emplastrum rotun-
dum, quod panno lineo admo-
tum noctu & interdium assidue
deportetur.

Vnguenta.

Inunctiones in pube fiant
ex oleo lilino composito. *Vel,*

Accipe olei nucū vn. iij. semi-
nis oxylapathi vnc. j. thuris,
mastiches, cornu ceruini vsti,
strobilorum vstorū ana dra. ij.
cera excipe in vnguetum, quo
inungatur pubes. *Vel,*

℞ olei ex lilio vnc. s. mellis
vnc. ij. pulueris cymini vnc. j.
parum omnia simul feruere fi-
nito, & hoc linimento illine
pubem calidè, præsertim si ob
flatus procidat vterus. *Suffitus.*

Suffiatur vterus tauri aut bo-
uis simo, colophoniam, masti-
che, laserpitio, dictamno in a-
ceto decocto, hypocythide.

℞ Acaciæ, ophis sepia, balau-
stiorum, gallarum, nucum cy-
pressi, fructuum aut foliorum
myrti ana vnc. s. mastiches, li-
bani an. drag. iij. laserpitij vnc.
j. ex his contritis cochlear in
carbones ignitos iniiciatur, &
per infundibulum fumus ute-
rum intret mulieris ita vestib.

A rectè, quòd vapor ad nares quo
quo modo peruenire non pos-
sit, subinde vterus aliquo ex
præscriptis fotu foueatur.

Pessus.

℞ Asæ foetidæ vnc. j. masti-
ches drag. ij. seminis myrti, thu-
ris, gallarum, galbulorum cu-
pressi ana drag. j. s. oleo myr-
thino excipe, & pessulum con-
fice. *Potus.*

Si vterus ad latus repat, ore
ventriculi ieiuno potui detur
ex mero vino calido cochlear
friamenti sequentis. ℞ florum
& baccarum lauri, cornu ceru-
ni vsti ana drag. ij. fructuū myr-
ti scrup. ij. leuigato. *Vel,*

Accipe aristolochiæ rotun-
dæ drag. ij. dato ex vino. **B**

Si vterus ad exteriora proci-
dat, à balneo aut ab infessu pro-
pinato potionem sequentem.
℞ Rutæ, artemisiæ ana M. s. te-
renda trita simul feruere parū
finito in vino, adde nonnihil
confectionis Mithridatis, po-
tui dato.

DE MOLA. CAP.

VII.

MOla, *μολη*, vteri indura-
tus est tumor, interdum
quidem iuxta locello-
rum ostium, quandoque verò
per vniuersam eorundem mo-
lem apparens, ad tactum ferè
lapidosus, Gallis, *ungamas.*

In mulieribus molè in vtero

Aegineta.

*Gal. de mor-
bis curandis.
libro. 14.*

gestatio: Ita verò appellant in-
formem carnem.

Plinius libro
7. c. 15.

In mulieris vnius vtero, quas
appellarunt molas, ea est caro
informis, inanima, ferri ictum
& aciem respuens: mouetur, si-
stiq; menses vt partus, aliàs le-
talis, aliàs vna senescens, ali-
quãdo aluo citatiore excidès.
Simile quiddam & viris in ven-
tre gignitur, quod vocant scir-
ron, sicut Oppio Capitoni præ-
torio viro.

Scirrhus in
uiris.

Aegineta.

Sunt porrò qui molam asse-
rant carnem esse informem in
ipsis locellorum tunicis con-
sistètem, & quod abortione e-
ditur, quemadmodum fœtus,
quæ embrya dicunt. Cause.

Plinius libro
10. cap. 64.

Molas gigni putant, vbi mu-
lier non ex mare, verùm ex fe-
metipsa tantum conceperit,
ideo nec animari, quia non fit
ex duobus: altricemq; habere
per se vitam illam, quæ satis, ar-
boribusq; contingat.

Fit à feminis muliebris, & plu-
rimi sanguinis menstrui in vte-
ro retentione & affluxu, quæ ca-
lor immodicus cogit, ac in car-
nis formam transmutat.

Note.

Aegineta.

A locellorum mola lapido-
sus tumor cum diuulsione con-
tractioneq; superiacetium par-
ticularum & hypochondrio-
rum, & gracilentia, palloreq;
& cibi horrore, mensium reten-
tione, & mammarum tumore,
tanquam suspicionem conce-

ptionis in quibusdam ab ini-
tuo statim inducunt, postea ve-
rò tempore discernuntur: mo-
lam enim punctionis sensum
inferès dolor subsequitur, nec
in ea motus vllus, sicut in con-
ceptione percipitur. Nonnullè
verò aquæ inter cutis suspicio-
nem præferunt. Cæterum hoc
ex tumoris duritia dignoscen-
dum, nec sicut in hydrope ma-
nus aut digitorum impulsu ce-
dat, & ex eo quòd sonitus non
redditur dum digitis pulsatur,
tympani modo.

Ex Arab.

Mola & impregnatio cõueni-
unt, q; in vtraq; supprimuntur
menses, tumescit aluus moue-
turq; mammæ tumescunt, ver-

B rigo & oculorum hebetudo se-
quitur, cordis tremor adest,
nausea & cibi inappetentia cū
succorum variorum vomitio-
ne, cutis defædatur ei quæ mo-
la correpta est, palpebræ mol-
lescunt, oculi cauantur, pupil-
læ gracilescent, toruos habet
oculos.

Vix tandem ab vtero geren-
te distinguitur quæ mola labo-
rat, discrimina tamè sequentia
te certiozem reddent. Mensi-
bus debitum ordinem seruan-
tibus vtero gerens fit mulier,
aliquando mola laborans etiã.
Intra trimestre mouetur mola
in locellis, cõtrà fœtus in locel-
lis vtero gerentis.

Mola citissimè tumescit a-
luus, fœtus dextrorsum sinistror-
sumq;

Aegin

sumq; mouetur: cōtrā mola nisi cōprimatur, aut mulieris motu exciteretur, non mouetur.

In mola durior tactu alius percipitur, quā in fœtus gestatione. Prægnans agilior est, quàm molam gerens.

Quanquā in mola alius tumescat, non tamen semper mām tumescūt: molliores enim & graciliores efficiūtur, quàm in vtero gerente. Æqualiter mollescunt maxillæ, manus, pedesq; in mola, contrā in prægnante.

Vtero gerens parit saltem in vndecimo mense, mola vero laborans sæpe in 14. etiam interdum in 4. anno aut quinto, etc. In hydrope, pedes tumescunt, contrā in mola.

Molæ motus est ab alto ad infernum.

Præfagia.

Aegineta. Mola in quibusdam re vera in hyderum transit ob iocinoris refrigerationem.

Nonnunquam verò incurabilis magna ex parte morbus nascitur, quibusdam sanè sanguis quoq; effertur.

Mola omnis & pauci & multi temporis vix curatur.

Humorosa difficilius curatur quā flaruoſa, porrò carnoſa difficillimè.

Molę symptomata colicę paria esse putantur.

Mola innumeros aberrare medicos coëgit.

Victus.

Primū omnium alimenta boni succi offerēda, ac vini potione vtendum moderata, mulier motu non vtatur vehementi, is enim fluxionem cōmouet: sed gestationibus & deambulationibus, pedes etiam decubendo elatiores habeat.

Communis igitur decubitus ipsis in domo minimè ampla & opaca confert, & modicè refrigerante circa lectum immobilem: sublimiora sint quæ pedes earum in quiete fulciunt, efficax quippe ad prouocandū omnem fluxum motio.

Sex rerum non naturalium temperies esto calefaciens & humectans.

Regulæ curandi.

Tumorib. quidem duritijsq; ea ratione, qua in scirrhis vteri scleromatisq; medebimur: sed aquosas paréchyſes, per ea quę de hyderis dicemus.

Eruptiones item sanguinis vuluæ, perinde atque fluxiones sanguinis alias, fluxum quę curabimus.

Corpore vacuato cataplasmata, fomenta, infusions, pessi, vnguenta, & cerata quæ relaxandi vires habent, adhibenda, & ea quæ fœtum mortuum & secundas trahunt. Humor concoquendus perinde atque in mēstruorum suppressione ex pituita dictum est: euacuandus item.

Aegineta.

Aegineta.

Vena sectio.

Principio in plenitudine ve-
na cubiti incidenda.

Purgatio per aluum.

Sanguine misso fiat purgatio
per catapotia foetida.

Potus.

Accipe, hyperici, sabinæ, mē-
tastri, vtriusq; calamithæ, smyr-
nij, artemisiæ, rubiæ passiuæ,
pulegij ana M. s. anisi, fœnicu-
li, scœnanthi, seminis dauci &
oreoselini, calami odorati, ga-
langæ ana drag. j. acori, rapha-
ni Gallici ana vn. j. aceti vn. iij.
mellis lib. j. fiat decoctio, cuius
portio vnc. iij. detur cum dra.
ij. pastillorum sequentium.

℞ Cinnamomi, myrrhæ ana
drag. j. & scrup. j. s. rutæ, sabinæ,
calamenti, pulegij siccatorum,
radicis rubiæ, sagapeni, opopa-
naxis ana dra. s. cardamomi, se-
minis iuniperi, mentastri ana
scrup. ij. cōfice ex his friatis pa-
stillos pond. drag. ij.

Infectus & balneæ.

Accipe althææ radicis folia,
caulis & florum M. iij. maluæ,
brancæ vrsinæ, perdicij, cha-
mæmeli, fertulæ campanæ ana
M. j. fœnigræci & seminis lini
ana lib. j. confracta coquantur,
& decocto infideat ægra, tenen-
do sacculum super * plenū his
quæ decocta fuere.

Vnguenta, cerata & emplastra.

A balneo os sacrum & pubes
hoc vnguento inungantur, qd̄
℞ ol. amygdal. dulcium vnc. j.

A s. olei lilini, adipis gallinæ, mu-
cilaginis seminis lini & fœno-
græci ana vnc. s. ceræ albæ pa-
rum, confice vnguentum. Cera
ta quæ vires relaxandi habent
adhibenda, qualia sunt quæ ex
althæa, malua, chamæmelo, me-
liloto, fœnogræco, semine lini
& similibus parantur. Conue-
niet in hunc vsum vnguentum
dialthææ, aut emplatrum de
meliloto, diachylon simplex
admouere. *Vel hoc,*

Olei amygdal. dulc. drag. iij.
liliacei dra. ij. s. pinguedinis an-
feris, & gallinæ ana dra. j. s. mu-
cofiratis seminis lini, fœnogræ-
ci ana dra. j. ammoniaci, bdellij
ana dra. ij. radicis althææ, femi-
nū nigellæ, dauci ana scrup. ij. ce-
ræ quod satis est, fiat vnguentū,
gūmi dissolutis prius in vino.

Inunctiones item & empla-
stra fiant ex oleo rutaceo, oleo
benedicto, oleo ex castor. & a-
lijs oleis calidis.

Vtile erit vnguentū Agrippæ,
si flatibus vterus sit infarctus.

Confectiones.

Accipe diacumini, diagalan-
gæ, diacinnamomi ana drag. s.
diabaris scrup. j. dialaccæ scrup. s.
cinnamomi electi, hyperici, ca-
lami odorati, perpenſæ, radicis
acori, seminis anisi ana scrup. j.
seminis rutæ, zingiberis, arte-
misiæ, marrubij, distāni, saluiæ
ana scrup. s. sacchari dra. vj. solua-
tur saccharum artemisiæ & hy-
perici succo, fiat confectio in
morsu-

Fuchsius.

os exeunt, qui has leuant.

Prædictiones.

Flatus in cauo locellorū sinu contentus facilius discuti digeriq; potest, quàm ille qui in angulis ipsorum consistit.

At q̄ locellorū villis & substātiæ hæret difficillimè curatur.

Nutricatus.

Quæ flatus gignunt cibaria vitanda, comedēda autem sunt quæ flatus discutiunt.

Clysteres.

Clysteres cōficito ex his quæ flatus discutiunt, cum hiera picra Galeni.

Venæ sectio.

Medēdum itaq; primò quidem detractione sanguinis, si nihil impedimento sit.

Purgatio per aluum.

Aegineta. Inueterata autem affectione picra purgandum atq; hiera.

Hieram Archigenis exhibeto cum decocto eorum quæ flatus discutiunt.

Irrigationes & epithemata.

Aegineta. Mox circa paroxysmos inedia & irrigationib. ex oleo ruta ceo factis medendum. Epithemata præterea quæ emolliendi potentia regnant, puta polyarchium & diaspermaton & diadaphnidon, applicanda sunt.

vel, Filtrum nouum ferueat in aqua cum cineribus, & aniso & marathro, & calidum imponatur pubi & ofsi sacro, sudorē prouocando.

Decoctiones sunt ex perdi-

A cio, ruta, absinthio, artemisia, hederā terrestri, abrotono, nepeta, folijs viticis, origano, calamēto, pulegio, sampsocho, thymo, serpyllo, ex quibus etiā potiones propinabis.

Infessus.

Lucathismatis medendū ex *Aegineta.* decocto rutæ, pulegij, artemisiæ, castiæ, & id genus alijs. Fiāt etiā infessus ex herbis calefacientib. & siccantibus, & seminibus flatus discutientibus.

Cataplasmata.

Cataplasmatis item vtendū, quæ ex seminibus, apio, cymino, feniculo, aniso, ammi, hordeacea farina conficiuntur.

Cucurbitula.

B Cucurbitulis quoq; leuibus *Aegineta.* inanibusq; & incisa cute scapello vtere. Cucurbitulæ (inquit Auic.) ignitæ sine scarificatione matricis regioni admouendæ sunt.

Obstetricis munus.

Cæterū obstetrix digitum an *Aegineta.* tea illitum inferens, incumbentem sanguinem in frustula conglobatum si assequatur, auferat clementer ipsum resoluēs, deinde rursus cataplasmatis modo imponenda ficus, nitrum & absinthium.

Per metreuchyten iniicienda.

Origani, foliorum viticis, rutæ ana M. s. carei, anisi, ameos ana vnc. s. coquito in olei & vini ana lib. j. ferueat vsq; ad consumptionem vini, in colamēto solue

solue hieræ picræ vnc.s. & cinij-
ce. Hiera Archigenis pari mo-
do iniicienda est.

*Pessuli.**Aegineta.*

Pessuli deniq; ex ruta, & mel
le nitroq; formentur, cum pri-
mis autem ille accomodatus
est, qui faberrimè è ficuum pin-
guium concussarum drag. j. cy-
mini dra. ij. spumæ nitri dra. j.
concinatur, sed propter acrimo-
niam in lacte prius mace-
rentur.

Pessuli postremò cuncti, qui
emolliendi virtutem habent,
ad eam prouinciam sunt per-
quàm idonei.

Accipe bdellij vnc. j. s. xylo-
balsami, carpobalsami, costi
ana drag. j. origani, cymini ana
drag. s. confice pessulos cum o-
leo nardino & rutaceo, qui no-
cte integra in locellis persistat.

Placenta, morsuli, & eclegmata.

Vtilia sunt dianifon, diacy-
mini, hiera Logadij, diacala-
minthæ, diaspermaton, dia-
marthæ, diacucurmæ. Detur
drachma vna eclegmatum aut
placentarum prædictarum ie-
iunæ ex decocto radicum ape-
rientium & seminum flatus di-
scutientium.

Et Specierum diacucurmæ,
specierum diacymini an. drag.
ij. sacchari albi lib. s. liquetur
saccharū succo rutæ limpidio-
ri, & in morsulos digerito, à
balneo exhibeatur vnus mors-
ulus cum vino tenui meracissi-

A mo, in quo dilutum sit asarum.

Potus.

Accipe malorum perficorū
nucleos viginti, pistillo tunde
cum ouorum duobus luteis,
quibus adde galægæ, cinnamo-
mi, piperis longi, zingiberis,
caryophyll. croci, nucis myri-
sticæ ana obolum vnum, adde
demū saccharum & vinum te-
nue meracissimū, feruere pau-
lum omnia finito, & calidum
mulieri propinato.

Inunctiones.

Inungendus aluus est oleis
flatus discutiētibus, puta oleo
liliaceo & rutaceo.

Emplastra.

Accipe bdellij, guttæ ammo-
niacæ an. vnc. j. seminis viticis,
centaurij, abrotoni, origani, ca-
lamenti, casia, ameos ana scru-
ij. terebinthinæ quantum sit
satis, fiant duo emplastra, quo-
rum alterum admoueatur ofsi
sacro, alterum pubi. *Suffitus.*

Suffiatur ladano, myrrha, gal-
lia moschata, & euphorbio.

INFLAMMATIO LO-
cellorum. Cap. IX.*Causæ.*

PHlegmone vteri è plurib. *Aegineta.*
fanè causis originem tra-
hit. E plaga nāq; iētūe, ac
mensium suppressione, à frigo
re item & inflatione, neq; mi-
nus etiam abortione, pariter
& ex partu propter malam fœ-

D

turam. Gignitur item vlceratione, concubitu metas rationis excedente, sellæ nimis duræ infelsione, longiffima intētiffimāq; deambulatione, sæpe & transpiratione ob frigus prohibita. Ex fanguine demū, pituita, bili flaua & atra gigni potest.

Note.

Gal. lib. de finit.

Inflāmatio in vulua est, quæ fit cum dolore ventris inguinū quæ, in qua cum febribus accidit fincipitis dolor, & oculorū cruciatus. Abscessus autem in vulua est, quum dolor intensus est, pulsus fiunt, cruciatus ad inguina vsq; & lumbos pertēdit, febres accedunt. Comitatur autem locellorum inflammationem, pubis & lumborū dolor, febris acuta, dolor capitis & radicis oculorum & ceruicis, volæq; seu iuncturarum manuum & digitorum, necnō colli cōuulfo, & inclinatio in contraria, affectionesq; stomachi quæ per consensum exuscitantur, osculi matricis suffocatio, pulsus parui & densi. Et si quidem obscurior fuerit inflāmatio, haud validè sanè aut crudeli dolore vuluam afficit: sin verò strenuè & fortiter inflāmetur, tum & ipsa quoq; ab omni parte quanta est, pulsatorie dolet: tora quidem inflāmata, per totā pariter ipsam, parte verò modo inflammatione af-

Afecta, iuxta hanc potiffimum significatur. Posteriore quippe ipsius particula phlegmone infestata, dolor circa lumbos excruciat, scybalum, hoc est, sterucus specie oleti canini, in angustū redactō atq; oppresso rectō intestino, moratur. Partib. verò prioribus inflammatis, dolor circa pectinem, vrinæq; stillicidium, aut lotij difficultas oritur, stricta atq; in arctum redacta vesica. Si autem latus locellorum inflammatione tentetur, non tam bubones intenduntur, quàm crura etiam aggrauantur. Quòd si posterior vteri pars inflammetur, partes vmbilico circumiacentes dolore potiffimum cum tumore moleuè infestantur. Vbi autem circa osculum inflammatio occurrat, graui languentes secundum omnem ventris partem vmbilico finitimam, quam epigastrium Græcè appellant, dolore afficiuntur, digito quæ immisso atq; impresso durè ac grauius subsidet ostiolum atque succumbit. Si ex fanguine, lingua nigrescit, sequitur deliriū, vrina rubens, aut subrubēs est cum liuore, arteriæ motus magnus, plenus & vndosus, oculi citrij mali corticem colore referunt cum aliqua rubedine, venæ omnes tument.

Prima igitur inflammationis differentia secundum quā hanc quidem humidam, hanc

verò *Gal. de art. curatua d. Glauconem*

Aegmcta.

Gal. libro de crisi c. 12. Gal. 1. aph. 3. lia salub. ma.

Arabes.

Auicet

verò siccam. Humidam quidē quæ ex calida fluxione membrum occupante cōtingit: siccam verò quando nullo humore influente calor naturalis efferuescit, hoc autem vsq; ad aliquid quidem veluti febris est membri, &c. Nam fluente sanguine altera, flaua bile altera, ambobusq; simul humoribus alia tertia. Et quidem in earum singulis vel iā putruit id quod influxit, aut in membro constrictum putrescit, & vel crassum est, vel tenue, & vel optimum, vel acre. Vide cetera lib. 2. artis curatiuæ ad Glauconem.

Gal. libro 2.
de crisibus.
c. 12. Gal. in
1. aph. 30. I.
lia saluberrima.

Omnino eius fluxus, qui inflammationem efficit, vel flauæ bilis est, vel atræ, vel pituitæ.

Significat verò verbum inflammari, velut si peruri, succē di igniriq; proditum sit.

Si ex pituita inflammatio, pituitosi succi notæ adsunt. Si ex bili atræ aut flaua, proprijs notis deprehendes.

Predictiones.

Apostemata vteri ex quacūque orientur materia difficillimè curantur, si in imo locellorum calore aut profundo abscessus sit, aut inflammatio, vt plurimum nunquam curatur. Acutorum morborum albo locellorum abscessus, aut inflammatio depingenda est, diebus etenim decretorijs iudicatur. Omnis inflamatio, aut abscessus, aut resoluitur, aut per hali-

Arab.

A tum disijcitur, aut in scirrhum trāsit, quod fit si tumor discutiatur symptomataq; quiescāt, inflammationis aut abscessus resolutionem propediem futuram signant, quòd si in pus desinat inflammatio, dolor pulsatilis & cætera symptomata sensim augebuntur. Cæterum si pus exierit leue, album, æquale ac boni odoris, bonum, si autem varium in colore fuerit, & diuersum in substantia cum tetro odore, animam aget propediem ægra.

*Pusgignitur
in pus*

Pus optimum est, si candidū, leueq; & quamminimè foetidū est, maximè verò contrarium huic deterrimum est.

2. predictio-
num. 46.

B Ex inflammatione & abscessu gignuntur sæpe scirrhus, cæcer, rimæ vteri. In inflammatione aut abscessu locellorum, si percipias sudorem gelidum, vocis amputationem, animi deliquium, scito morituram aetatum ægram. Maior inflammatio minore deterior. Vrinæ aut alui fluor in inflammatione bonus est.

Victus.

Cibi quoq; commendatur abstinentia per vniuersum triduum, medendum verò chondro ex melicrato, aut pane, aut ouorum sorbitione tertio die. In declinatione porrò vteri victus ratio principio quidem tenuis, facta autem morbi relaxatione pauca.

Aegineta.

Fuchsius. Ægram in domicilio obscuro, & moderatè tepido collocabimus, quietem imperantes, ac crura eius ab omni motione prohibentes, deinde artus & extrema fricabimus. In cibo quæritate modicus sit vtatur egra ptisanæ cremore, & ouis forbilibus. Potus sit decoctum cinamomi aut hordei. Vescatur iure pulli, a triplice, malua, cremore hordei & auenæ.

Venæ sectio.

Aegineta. Post abstinentiam triduanâ, secta vena cubiti, sanguis (nisi quid impediatur) detrahendus est. In principio itaque curationem aggressi, si neque ætas neque habitus corporis, neque anni tempus obstiterint, neque inflammatio post abortum, aut immensam sanguinis euacuationem superuenerit, venam poplitis secabimus ex Gale. decreto, qui in lib. de curandi ratione per venæ sectionem, inflammationem uel utriusque venis in crure sectis iuuari scribit.

Fuchsius.

Arabes.

Incipiendum à venæ axillaris incisione, postmodum ambæ saphenæ secandæ sunt, aut altera ipsarum.

Serapia & potus.

Serapium violaceum, zupia conficiantur ex refrigerantium herbarum decocto, aut liquore ipsarum stillatitio.

Purgatio.

Per aluum subducendus humor qui morbum genuit, casia

A. fistulari, dactylis Indicis (quos thamarindos vocant) manna, fructuum cordialium decocto, &c.

Potus.

In curatione itaque ante omnia quidem irrigatione ex cœnelæo, siue cœnorhodino femitenus & circa ilia seu lumbos vtendum, per obstructiones è lana pura absque illigatione confectas.

Aegineta.

Cataplasmata.

Quinto autem die cataplasma imponatur ex polline, semine lini, scœnogræco, mulso maceratis compositum: capita quoque papauerum decocta sorbeantur, & ex oleo eadem applicentur. Si autem inflammatio erysipelatosa existens, calefactiones molestè ferat, illisque magis irriteretur, sertulam capanam in passo elixans, atque conterens, adijcito ouorum coctorum putamina cum rosaceo, aut melino, aut croceo, cataplasmatisque modo applicato, aut palmularum dactylos vino temperato coquens, cum tenuissimo farinæ polline leuigato, & cum quopiam vngue, factoque cataplasmate impone.

Aegineta.

Cerata, emplastra & inunctiones.

In inflammationis aut abscessus aggressu emplastra epigastrii & vmbilico admouentur, confecta ex rosis, lentibus reiecto cortice, balauistijs, plantagine, mucositate herbæ pulicaris, solano, labro Veneris, sedo,

Arabes.

sedo, rameto cucurbitæ fariuæ, santalis, fructib. astringentib. quæ omnia aut similia excipiatur hordeacea farina, & oleo rosaceo, ol. myrthino, oui que albumine.

In vigore inflammationis, aut post septimum diem acopa astringentibus misceantur, puta, lini feminis pollen & fœnigræci, farina volatilis, chamæmelum & ipsius oleum, rosaceum, violaceum, & ouorum lutea. Vel tunc impone emplastrum *Hal-*ly, quod *Rx* farinæ hordei & fabarum, maluæ, violarum ana vn. s. caphuræ drag. s. diluantur omnia & macerentur liquore stillatio aut succo coriãni & labri Veneris, confice emplastrum addita cera. Dolore sedato pubi & pectini impone emplastrum sequens.

Rx Chamæmeli, fertulæ campanæ, radices althææ, feminis lini, fœnigræci ana vn. j. caricarum pinguium octo numero, datylos sex, friantur terenda, & ouorum luteis quinque excipiuntur, quibus adde violarum decoctum cum rosaceo, coccinna emplastrum quod sedabit dolores, molliendo maturandoque.

Aegineta. Malo remittere cerota nardina, aut cyprina inferenda adglutinanda est,

Aegineta. Cæterum aduersus ardentes inflammationes, emplastrum *diapys-* *sa* in diplomate vase cum rosacei liquefactione commisce cre-

A morem plâraginis, aut sereos, aut cichorij, aut intybi, vel si mauis sequente vtere, constante adipe anferino fuilloue recete, pondo drag. iij. cerota rosacea, aut susina pondo vnc. ij. ouorum affatorum lecithis pondo vnc. j. croco pondo drag. j. myrrha pondo triobuli, opij obolis duobus, vel opij loco capillis papa uerum decocto. In declinationibus. matricis quas *μαρυδιος* vocant, secundum paroxysmos quidem perinde atque inflammationibus. medelis succurrendum. Verum in quietis tempore & remissionibus morbi vehementioribus mollificatiuis, sed inueteratis, cum his quæ assimilandi virtutem obtinent: foris autem duritia existente, malignatis vtendum, puta eo quod est fertula cãpana conficitur, *Αεμιλιος* appellatur, nec non malagmate Mnasei, Icesio, nigro Serapionis, aut pyrino.

Inseffus.

Ceterum per omnem medicationem encathismatis quoque ex decoctione fœnigræci aut feminis lini, maluæ, artemisiæ & oleo coccinnatis vtendum: at qui in his quæ hæc non sustinet, ex calida aqua eiusdem qualitatis rosaceo infuso fiant.

At ubi inflammatio declinare cœperit, ad ea veniemus, quæ quadantenus remittere discutiendi que vires habent, egrotam igitur in fœnigræci, althææ, se-

minis lini, maluæ, interdum artemisiæ, marrubij & saluiæ decoctæ vsque ad lumbos sedere iubebimus.

Dilutiones per metrenchyten.

Ceterum si egra nodum soluerit herculeum, iniice decoctū sequens in locellos in morbi aggressu.

Accipe ros. rub. lentiū cortice reiecto, plātaginis, labri Veneris, solani, endiuia ana M. j. coquito ad tertias, & cum metrenchyto in locellos proijce huius decocti vn. vj. tepidè. vel & decocti gallarum, balauftiorum, lētiū cortice exutarū, rhu coriarij, rosarū & seminis myrti vnc. vj. iniice cum metrēchyte. Virginem porrò insidere facito decocto dictorum & dicendorum, quæ cum metrenchyte in corruptę vterū immit tenda sunt. Secundo demum aut tertio die addes chamæmelum, semen lini & fœnigræci.

In morbi vigore sume maluę, althææ, chamæmeli, fertulæ cāpanæ, fœnogræci, semi. lini ana M. j. caricas 20. coquantur, decoctum in vterum iniice, vel ex ipso fiant encathismata, aut cataplasmata.

In vteri inflāmatioe & sampfuchi, aut sisymbrij vn. iiij. olei liliacei, aut de enula vn. ij. iniice. *Vel,*

& liquoris stillatitij sisymbrij aut sampfuchi vn. iiij. pinguedinis gallinæ, aut anseris vnc. j.

A stactes, galbani ana drag. j. olei liliacei vnc. j. mista iniice.

Vel, & liquoris stillatitij sampfuchi vnc. iiij. medullæ cruris vituli, pinguedinis gallinæ ana vnc. j. stactes vnc. s. ladani drag. iiij. liquantur vnà & iniiciatur.

Pessi.

Pessi præterea enchymatifici; sumendi sunt, ex *hyssopo nempe & butyro, medullaque ceruina, necnon adipe anserino, & vngueto susino, & cera Tyrrhenica. In his quæ caliditatem ferre nequeūt, aureus etiam quæ vocant pessulus conuenit, & enneapharmacū. Sed quæ ne hæc quidem sustinere possunt, his ex ovo & rosaceo, adipeque anserino seu gallinaceo conficiantur. Quòd si vehemētissimus ac nimius infestet dolor, succi papaueris lentis quātitatem, cū lacte muliebri, & succo fœnigræci, ad subijciendū in vellere pessuli modo porrige. Porrò ad eas quibus duritia ac scirrhus cōiunctus est inflāmationi, medicamentū rosaceo dissoluens, vel modo iam dicto subijce, vel infunde. *Vel,*

& ladani vnc. s. styracis, galbani ana drag. j. pinguedinis anseris drag. ij. fiat pessus.

Vnguenta.

Vngantur hypogastrium & os sacrum oleo chamæmelino, rosaceo, violaceo.

Epithemata.

Primis morbi diebus tale pubi &

Aegineta. æsypo.

Arab

Aegin

& ossi sacro imponendum est epithema.

R̄ succi plantaginis, succi foliani ana lib. s. aceri vn. j. sanguinis draconis, glebæ armeniae ana vnc. s. misce, prædictis addere potes oleum rosaceū, succum labri Veneris, sedi, intybi: quibus calidis diluere potes pecias, & eas madefactas dictis locis imponere.

Vomitio.

Arabes. In incremento, vomitus citius est.

A B S C E S S V S.

Caput X.

Abscessus dicitur foris im-
petentia. De abscessibus vide Gal. lib. 2. artis curatiuæ ad Glauconem. Abscessus est mutatio corporis ex inflammatione in materiam purulentam.

Note.

Aegineta. Postquã inflammatio matricis maturuit, inq; abscessū tranfit exitque, intendi signa quæ memorauimus videas, ad hæc indicia quanquam inconstanter cum horrore proferunt sese, principio quidem intensis cum doloribus, postremò verò ad suppurationē perducto apostemate, imperus aliquantulū remittitur. Cæterum in eo quo disrumpitur tēpore, cruciatus sæpenumero acriores stimulosē & quasi cum aculeis incidere videntur, caloresq; vehemētio

res molestant, atq; nōnunquã quidem vrina supprimitur, interdum verò oletū, facto iuxta affectam vteri partem impedimento: aliquando verò tumor circa pubē apparet, & tanquã exundationis sensus, cum abscessus grãdior fuerit. In obujs verò quasiq; ad manus locis, dioptrismo instrumento aut digitorum attractu deprehenditur, vnde etiam dolores acerbiores infestare ob neruosum ipsius oris consueuerunt. Quod si igitur id quod in fundo atq; secundum sinū dolore magis vacat, & digitorum attractu tumor minime succumbit, ostiolum verò matricis gracilius viderur, eiquē statim aut paulo ante induta est suppuratio, cataplasmatibus sequentibus vtitor.

Predictiones.

Prognostica lege lib. 3. crisiū Gal. cap. 9. & 24. prædictionum lib. sententia 34. Qui renuem crudamq; &c. Victus.

Victus esto, vti earum quę vteri inflammatione laborant.

Cataplasma.

Cataplasmatibus ex fœnogræco, semine lini, hordeacea aut triticea farina, admixtis interrim ipsis ficibus elixis, opitulandum aliquando etiam columbæ stercore.

Infessus.

Encathismatis præterea, vti in inflammatione, iugiter vtendum.

Pessi.

* αψο. Pessuli item quum ita se res languentis habet, ex resina re-
rebinthina, myrrha, * hyssopo
atq; butyro concinnati laudan-
tur.

RVPTO VTERI APOSTE-
mate quæ facienda. Cap. XI.

DUm pus conficitur, dolo-
res ac febres accidunt ma-
gis, quàm iam confecto
2. aph. 47. Gal. Si pus (inquit
Gal.) ex sanguine ortum habet
qui seminalem, vt quispiam di-
xerit, habet transmutationem,
nam mala simpliciter cum pu-
trefactione fit olida, sicuti quæ
simpliciter optima est ipsa nu-
tritio partium animalis: at quæ
pus generat medium inter has
obtinere locum, neq; à solo calo-
re extra naturam, neque à solo
secundum materiam facta. Mix-
tus enim quodammodo ex v-
trisque est calor inflammatio-
nis. Fit autem dolor extenta si-
mul, ac calefacta præter naturam
inflammata particula. Febres
verò sequuntur principio cale-
facto, & hæc ambo contingunt
ex quadam veluti ebullitione
sanguinis, qui vbi ex toto exu-
stus fuerit, residuum eius fit pus,
quemadmodum ex lignorum
exustione cinis: atq; ideo tem-
pore illo dolores sedantur, ac
febres, præsertim quum pus
fuerit exercetum, utpote iam cõ-

Asumpta materia, extincta autem
igne caliditate.

Perlege commentarium Ga-
leni in 2. prædictionum Hippo-
cratis, sententia 46. Pus opti-
mum, &c. Potus.

Rupto porrò abscessu, si qui-
dem pus in vesicam deferatur,
quod scitur ex pure urinæ mi-
sto, lactis potationib. vtedum,
cucumerisq; semen potandum.
Potanda item sunt decoctum
hordei, & quatuor seminum re-
frigerantium communium ma-
iorum mucilago, serapiumq;
violaceum.

Clysteres.

Si in intestinum rectum pus
cõfringatur, lentium corticum
q; malorum puniceorum elixa-
tione colluendum. Vel,

R Decocti hordei lib. j. duo
lutea quorum, olei rosacei vnc.
iij. mellis rosacei vnc. j. fiat
clyster.

Per metrenchyten injicienda in u-
terum.

At si apostema sinum versus,
quem Græci *κόρυον* nuncupant,
ruptum defluat, siquidem pus
immistum purumq; existat, ro-
faceum infundito, aut amygda-
li cortice exuti atq; dealbati o-
leum, aut tetrpharmacum re-
gale, recens deniq; butyrum,
serum caprillum melli rosaceo
mistum injiciantur. Vel,

R Hyssopi, absinthij ana M. j.
vini albi, lactis ana lib. j. mellis
rosacei vnc. iij. coquito ad ter-
tias,

Aegineta.

Aegineta.

Gal. lib.
nitionum

P.

tias, & decocti vnc. vj. inij- cito.

Sed vbi sanies aquosusue sanguis, quem Græcè *ixōpa* dicunt, eruperit, quemadmodum ex vlcere pascendo repente nomina, maiorem tunc constringendi vim immittendū enema habeat, expedit: id autem fiet, si ex myrtis, palmularū dactylis, lenticulaq; componatur. *vel,*
 R. Arnoglossi, solani ana M. j. coquantur, cuius decocti sume vnc. iiii. lactis vnc. ij. albuginē vnus oui, rudiculæ motu miscantur & inijciantur.

Quomodo manu medendum, si abscessus non sponte rumpatur.

Quum autem in muliebriū locellorum ore natum apostema fuerit, neq; illud confringatur, postquā extenuaueris circumiacentia puri corpora, ad puris excretionem chirurgica manu vtamur.

EXVL CERATIO LO-
cellorum. Caput. XII.

Causæ.

Aegineta.

EXulceratur subinde vulua mulierum, vel ob difficultatē partus, vel embryulciā, vel corruptionem fœtus, vel ex medicamentis acerbis, vel ex fluxu, vel ex ruptis denique abscessibus.

Gal. lib. de fistionum.

Causæ vlcera quæ in vulua serpunt, interdum abscessus, nonnunquam etiam pessus, id

P. s. s. s.

est, casus vel callus corruptus, tabidusve, aliquando in vulua durities aut varix.

Note.

Si in promptu quidem & ex *Aegineta.* pedita fuerit exulceratio, per dioptrismum deprehenditur: at si ex profunditate, ab excrementis liquidum nanq; excernitur & diuersum: inflammato quidem vlcere exiguum, sanguinolentum, aut feculentum cum ingēti dolore. Si sordidus fuerit vlcus, & ichores, cum minore negotio atq; labore: at si depascendo serpat, teterrimi odoris fluxum emittit atrumque, nec sine doloribus vehementioribus, alijsq; quæ inflammationem subesse insinuant indicijs est. Irritatio sequitur ad laxantia medicamenta, cōtrarijs lenitur. Mundo autem existente, humor exiguus, leuis & æqualis, insipidus, crassus, albicans, cum facilitate quadam promanat.

Per metrenchyten inijcienda.

Inflammato quidem vlcere, *Aegineta.* eis quæ superius ad inflammationem conducere docuimus, remedijs vtendum.

Quum sordidum fuerit, pitisanæ cremore, adiecto melle, colluendum, siue tetrapharmaco cū susino, siue mulso in quo elixa sint fœnumgræcum, aut malua, aut furfures, aut lens denique pelle detracta. Cæterum quo exactius ad viuum,

E

vt aiunt, expurgetur, etiã mar-
rubium, aut eruum, siue mel,
admista erui farina, aut iri, aut
alumine rotundo, vel non absi-
mile quiddam immitte.

Si noma fuerit cum inflam-
matione, immittendus succus
plâtaginis, strychni, polygoni,
fereos, primitus quidem per
se, deinde verò cum vino auste-
ro, siue aceto.

Noma verò citra inflamma-
tionem virgète, immittèda sunt
efficaciora, exempli gratia, de-
coctum malicorij, rosarum,
* *furculorũ* * thaliæ, cupressi, malorum co-
roneorum, rubi, myrtorum, lé-
* *olea.* risci arboris virgultorum, rhu-
quo vtuntur coriarij è vino sti-
pante: postremò verò aluminis
quoq; & acaciæ, lycij, hypoci-
sthidisq; elixatio. Porrò ex ijs-
dè decoctionib. infessus etiam
constituatur. Quòd si nihil pro-
ficiatur, primò quidem compo-
sitionem è charta cū posca pri-
mum immitte, deinde cum a-
ceto, aut antheram, aut chalcit-
im, aut atramentum futuriũ
cum ijsdè liquoribus & ea quę
dysentericis quoq; congruũt.

In exulcerationes vteri prin-
cipio immittenda sunt, quę vl-
cus mundant & abstergunt, de-
inde exiccãria: & demum quæ
carnem deperditam recuperãt
detergũtq; vlcera locellorum.
Viile erit hydromeli iniectum
cum iridis, absinthij & mellis
decocto, aut agrimonie; vel

A mel rosaceum cum hordei de-
cocto.

Quòd si vlcus in locellorum
profundo insideat, cum putre-
factione aut corruptione, acci-
pe vini albi lib. s. aluminis vsti,
viridis æris ana drag. s. mace-
rentur tribus horis ante inie-
ctionem, in incremento.

Decoctum balaustiorum, si-
dij, gallarum, aluminis & agri-
monie iniiciatur. Si vlcus co-
mitetur venarum erosio, Ascle-
piadis succus cõcretõ, myrrha,
thus, gleba armenia, crocus, &
aristolochia trietur, & liquore
stillatio plâtaginis & rosacea
diluta immittantur.

Sarcotica immittenda.

B Accipe lactis vaccini vnc.
vj. thuris, aloes, myrrhæ, gle-
bæ armenie, sarco collæ, corti-
cis cannæ vsti, cineris cucurbi-
tæ vstæ ana vnc. s. friato teren-
da, huius semuncia ramenti la-
cti prædicto immisce, & inijce
tepidè quotidie à cubili & ad
cubile. Tandem si pus multum
defluat, ter aut quater interdii
inijce sequentem confectiõnẽ,
quæ accipit cerussæ, lithargy-
ri, sanguinis drac. glebæ arme-
niæ, lachrymę arabicę an. vn.
j. fracta in olei rosacei vnc. vj.
& lactis lib. iij. fiat ebullitio ad
tercias, cuius colo traieci vnc.
vj. inijce in locellos, prædi-
ctis addere potes ceræ luteæ.
vnc. ij.

Vnguenta.

Accipe

Accipe lithargyri, cerussæ, sar-
cocollæ ana vnc. s. excipiantur
sufficienti quãtitate rosacei o-
lei & ceræ.

Quòd si vlcus fordidum fue-
rit, addes nõnihil rubiginis æ-
ris. Iisdem porrò ipsis extrin-
secus quoq; cataplasmatibus mo-
do vlcera illinito, quæ in fordi-
do vlcere dicta sunt à chirur-
gis, mulso tustis & maceratis.

Mundato vlcere, Accipe tutiæ
ablutæ partes duas, cadmiæ ar-
gèri, sarcocollæ ana partē vnā,
in pollinem tenuissimam reda-
cta excipe in vnguentum, addi-
ta pauca cera.

Pefsi.

Peculiaritè proximum fordi-
do vlceri opitulatur medica-
mentum: *Crocus* optimus leui-
gatur lacte muliebri, deinde ce-
rata rosacea excipitur cum adi-
pe anserino, floccoq; illinitur.
Exquisitius autem fuerit, indu-
striumq; magis, atq; ad ingen-
tes dolores competens illud:
capita papaueris in passo dilu-
to irrigatur per triduum, mox
decoquuntur vsque ad subactio-
nem, deinde teruntur foliorũ
rosarum drag. quinque, croci
drag. iij. admixta capitum pa-
paueris elixatione, postea ma-
ceras, perfundito cum rosaceo,
ceræq; drag. ij. & illiniens rosa-
ceo in pesto subijce. Cõfert ve-
rò & id quod ex ouis crocoque
ac rosaceo, adipe anserino, me-
dullaq; ceruina cõtexitur. Nec

A non Ægyptia sine rubigine ad
vteri vlcera mirificè conducit.
Noma verò vbi fuerit cum in-
flammatione quidem panis te-
pida maceratus, & tritus, ex hy-
dromelite, oleo, althea, sceno-
græco, palmularumq; dacty-
lis pinguib. cataplasmatibus mo-
do illinendus est.

Emplastra.

Expurgato vlcere foris epi-
gastrio atque coxendicib. em-
plastrum nullam cicatricè in-
ducens imponendum. Quem-
admodum enim cataplasma-
tũ, ita & emplastrorum potentia
per abditos & obscuros trãf-
fertur meatus.

Vene sectio.

B In vlcerum locellorum prin-
cipio mittatur sanguis ex vena
axillari, perendie aut ex saphe-
na, iudicio oculati medici.

Nutricatus.

Alimenti porrò perexiguum
ministrato, expurgato verò iã
vlcere, lauare crebrius, alere i-
tè, & vinum præbere, quo incar-
natio fiat ocyus, expedit.

Prædictiones.

Quanto altius in locellis in-
federit vlcus, præsertim si vteri
substantiæ hæreat, tanto exitia-
lius. Si id quod ex vlcere pro-
fluit spissum est, bono est, maxi-
mè si tunc leuetur æger.

Virus, & succorum crudorũ
redundans fluxus, sordidi vlce-
ris ac putridi indicio est. Faci-
lius curatur in puellis, & atate

florentibus, quàm in senio con-
fectis. Si huiusmodi vlcus pro-
bè curatum non fuerit, vt plu-
rimum in aquas cutem sube-
untes desinit.

ABSCESSVS VTERI PI-
tuitosus, *vidua, œdema. Caput*
XIII. *Causæ.*

AEgræ victus fuit pituito-
sus, puta, esitavit fructus
recentes, piscesq; & reli-
quos cibos pituitam gignêtes,
&c. *Notæ.*

Tumet epigastrium cum pô-
derositate & paucò dolore, tẽ-
peries corporis pituitosa est, cū
oscitatione assidua & pandicu-
latione, anni tẽperies & victus
pituitosus, etas itẽ, &c. accidẽ-
tium remissio.

Curandi ratio.

Victus esto qui pituitam ex-
terminet, & arceat. Potiones &
pharmaca exhibeantur, quæ pi-
tuitam profligandi vim habe-
ant. Non vtaris repellentib. ne-
que refrigerantibus, quoniam
ex ipsis scirrhusus redderetur
abscessus: sed digerẽtib. inci-
dentibusq; & euacuantib. pi-
tuitã, crassosq; succos. Empla-
stra calida concinnẽtur ex dis-
soluentibus & concoquentib.
dissidentibusq;.

Inijcienda cum metrenchyte.

Immitte decoctum ferrulę cã-
panæ, chamæmeli, fabinæ, ori-
gani, artemisiæ, fœnigræci, se-

minis lini, cui immisce axungi-
am gallinæ, anatis & coturni-
cis, oleumq; lilinum & nardi-
num, & inijce.

In principio primis, hoc est,
in morbi aggressu: Accipe ly-
cij, thuris, aloës, cyperi, acaciæ,
croci, ammoniaci ana vn. s. quę
omnia brasicę succo diluta cū
paucò aceto inijce.

Si abscessus resoluendus sit,
in vigore & inclinatione sequẽ-
tia inijce. Aluminis, sulphuris,
myrrhæ salis ana dra. s. rosacei
vn. iij. paucò aceto excepta inij-
ce. Si abscessus maturus sit ne-
que disrumpatur, feminis lini,
& ficuum decocto macera fimū
columbinum & fermẽtum, &
inijce.

Emplastra.

Radices lilij, cepas affas, lima-
ces, fermẽtum & semen lini pi-
stello tunde, & axũgia butyro-
que confice emplastrum, quod
epigastrio imponatur.

Si in osculo aut colliculo fue-
rit talis abscessus, manu sece-
tur. Rupto abscessu detergenti-
bus prædictis vtete, quibus ad-
des non nihil succi apij. Demū
(vt diximus) sarcotica admoue-
re debes.

SCIRRHVS ET SCLERO-
ma uteri. *Caput*
XIIII.

SCirrhus durities est vix sen-
tiens, scirrhu nominamus *Gal. lib. 2. de*
tumorem *dis. morbis curã*

Gal. li.
morb. a.
Gal. lib.
tis curã
ad Gal.
nem.

Gal. lib.

Gal. ar.
ti. ad
lib. 2.

Aeg.

Aeg.

Gal. li. 14. de morbo curad. tumorē durum, qui sine dolo- A
Gal. lib. 2. ar. tis curatiue ad Glauconem. re est, non tamen omnino sine
Gal. lib. def. sensu. Vel, Scirrhus exquisitus
 est tumor præter naturā, sensu
 priuatus durusq; non exquisi-
 tus verò non omnino insensibi-
 lis est, difficulter tamen omni-
 no sentitur. Vel, Scirrhus tu-
 mor corporis cū duritie & gra-
 uitate, & mouendi difficultate
 cum insensibilitate.

Causæ Scirrh.

Fit autem ex humore lento
 & crasso scirrhus insolubiliter
 induratis partibus infixio: inter
 dū itaq; statim à principio con-
 gregatur paulatim & augetur,
 crebrius verò medicorū impe-
 ritia paratur, quum vehemen-
 ter erysipelata, & inflammatio B
 nes astringunt, & in frigidant.
Gal. art. curati. ad Glauconem lib. 2.
 Si quis igitur medicamenta ve-
 hemēter dissolutiua induratis
 corporib; adhibuerit, quæ mani-
 festā faciant scirrhū diminutio-
 nem, breui tempore nō spe-
 rauerit perfectam curationem.

Aegineta. Obdurefcit vterus, quādoq;
 sanè de repēte nulla perspicua
 occasione, plerunq; verò ex
 inflammatione quæ præcessit,
 & soluta non est, neq; dissipata,
 neque in abscessum permutata.

Aegineta. SCLEROMA conforme est
 scirrhu, circa vuluæ ceruicem
 magna ex parte consistens, tu-
 morem quidem habēs eodem
 pacto, sed minùs durum, cum
 dolore mediocri.

Nota.

Comitatur autem hæc decli- *Aegineta.*
 natio ad contraria & opposita,
 tumor ad magnitudinem mor-
 bi fortiter, contrarius cum gra-
 uedine, & difficili motu, non
 crurum modo, sed vniuersi cor-
 poris, desidiaque ad exequēda
 opera. Accidit enim non rectè
 tractatis, malus corporis habi-
 tus aquosus.

Venæ sectio.

Principio igitur in huiusmo- *Aegineta.*
 di curatione sanguis secta vena
 auferendus est.

Humoris noxijs subductio.

Eligenda purgatio cū Archi- *Aegineta.*
 genis hiera: Si verò corpori ro-
 bur nō desit, etiam helleborif-
 mus probatur.

Cataplasmata, malagmata, & emplastra. Qualia nō fringit

Si quis medicamenta vehe-
 mēter dissolutiua induratis cor-
 poribus adhibuerit, quæ mani-
 festā faciant scirrhū diminitio-
 nem, breui tempore non spera-
 uerit perfectam curationē. Nā
 verè ignorat quòd residuū pas-
 sionis hoc curatiōis modo in-
 curabile redditur, tenuiori e-
 nim ex eo dissoluto humore, re-
 siduum exiccatum lapidis du-
 ritiem assequitur. Non igitur
 curandæ sunt partes induratæ
 medicamēto immodicè siccā-
 re, sed cum eo quod calorē ha-
 beat tepidum, humiditatem ve-
 rò nec multā, nec omnino mi-
 nimam. Quod enim superfluū

humorem habet, nihil omnino dissoluit: quod verò minimū, plusquàm oportet exiccat. Oportet autem induratum corpus à medicamento quod auxilio futurum sit, simile quid pati his quæ sub sole funduntur. Vocantur autem mollificantia huiusmodi medicamenta, de quibus ampliùs diximus in quarto tractatu libri, qui de simplicium medicamentorum viribus inscribitur. Exempla quoque (ut dictum est) ex simplicibus sunt omnes medullæ atque adipēs, ex medullis primas partes obtinet cæruina, deinde vitulina, ex adipibus autem, adeps anseris in volucrum genere, leonis verò in pedestrium cæteris præstat: at verò qui ex gallina sumitur, anserinum, & qui ex pardo, leoninū sequitur, ac deinde vrsinum atque taurinum: at qui ex capris accipitur & crassior & sicciior prædictis est, idque magis si ab hirco accipiatur. Hæc Galenus in 2. lib. artis curatiuæ ad Glauconem. Vide ibi historiam curæ Cercyllij pueri.

Aegineta
li. 3. c. 68.

Cataplasmata ex ficibus aridis, hyssopo, nitro & absinthio: Malagmata, nempe polyarchion, & diaspermation, & diadaphnidion.

Ceratum quod sequitur, epigastrio, aut loco tumēti, modò non adsit cancer, imponatur.

Accipe maceratum ficuum immaturarum coctarum vnc. j.

A s. adipis suillæ, cæsyi ana vn. j. picis naualis, ceræ luteæ an. dra. x. olei liliacei vnc. s. diachylon vnc. ij. liquantur simul, quibus adde radicis iridis friatæ drag. iij. cinerū corticis salicis drag. ij. concinna cerotum, quod extensum pāno bombycino, aut corio imponatur.

Vnguenta.

Locus durus hoc inungatur vnguine. Accipe olei chamæmelini vnc. tres, olei spicati vn. j. s. medullæ crurium vituli vn. j. ceræ quantum sit satis, adde radicis iridis tusæ vnc. j. *Vel,* R. olei liliacei, olei sambucini, adipis cuniculi & coturnicis, medullæ coxarum vaccæ & cerui, olei amygdalarum dulcium, butyri ana vnc. j. conficiatur vnguentum, quo internæ & externæ locellorum partes inungantur.

Cucurbitula.

Cucurbitula imponatur post purgationem cum scarificatione.

Infessus.

Encathismata facta ex elixatione ficuum ischadum, artemisiæ, pulegij & althææ vtilia sunt.

Vel,

Accipe chamæmeli, fertulæ cāpanæ an. M. j. s. althææ cū rad. M. iij. fœnigræci, seminis lini ana lib. j. terantur & coquātur, decocto infideat egra.

Cum metrenchyte immittenda.

Decoctum fœnigræci, seminis lini, cum oleo anethino & sambucino,

Aegineta

Aegineta.

L. 11.
X. inf.

fambucino, & chamæmelino & A vnc. j, s. cymini vnc. iiij. mellis
lilino, inijce in locellos. *Vel,*
quantum satis est, illiniens aut

Accipe olei liliacei, olei cha
mæmeli ana vnc. ij. adipis ana
tis, medullæ cruris vituli aut
cerui vnc. ij. bdellij in vino li
quati drag. iiij. luteū oui affati,
quibus adde poscam quantum
sit satis, inijce vn. vj. tepidè. *Vel,*

Et thuris ammoniaci ana dra.
j. mastiches, castorij, stactes, adi
pis anatis, olei chamæmelini
ana drag. ij. gummi melle sol
uatur & posca, & omnia liqua
ta & rufa inijciantur.

Pefsi.

Pessuli componantur è resi
na terebinthina, galbano, myr
rha, iri, hyssopo, dropace.

Pessulus vim habens molli
endi. Accipe ceræ ponticæ, vn
guenti nardini ana vn. iiij. irini,
glaucini, cyprini, singulorum
vn. 2. adipis agnini, & anserini,
butyri, hyssopi, medullæ cerui
næ, resinæ terebinthinæ ana vn.
iiij. confice pessulos. *Vel,*

Aegineta. Et polij drag. ij. myrrhæ dra.
iiij. cum vino Mendesio conte
rès, irinoq; immergès ad subij
ciendum exhibe. *Vel,*

Ceræ Tyrrenicæ, adipis vitu
lini, resinæ terebinthinæ, me
dullæ ceruinæ, mellis Attici, o
lei veteris æquas portiones mi
sce. Sequès pessus metasyncri
ticus est, & ad inflatiões valet.

L. Hoffm.
X. inflatiões
Et Vnæ passæ candidæ dem
ptis acinis vnc. iiij. foliorum ru
ræ viridis vnc. ij. aquæ marinæ

vnc. j, s. cymini vnc. iiij. mellis
quantum satis est, illiniens aut
pessum immerge oleo cypri
no, atq; subijce.

Cæterū aureus pessulus atq;
libanius, nec non enneaphar
macum accómodata sunt huic
effectiõni: verū peculiariùs, qui
Titianus dicitur.

CANCER VTERI.

Cap. XV.

EX canceribus quæ in mu
lierū locellis oboriuntur, *Aegineta.*
partim quidem cum exul
ceratione, partim verò sine vl
cere proueniunt.

Cause.

B Ab atra bile oritur cancer: e
tiam ex scirrho gignitur. *Gal. lib. de*
morborum

Note.

diff.

Quocirca quæ citra exulce
rationem emergunt, in his utri
que tumor circa hysterae ostiū
durus, varius, tumès, colore fe
culentus, rubicundulusque de
prehenditur, interdum verò e
tiam subliuidus: & pergravi
dolore tentantur secūdum in
guina, quæ Græci bubonas ap
pellant, & epigastrium, sumen
que & lumbos: stomachantur
que & exacerbantur manuum
attrectationib. & vario magis
medicamento. At si cum vl
cere cancer est, præter dolores
& duritias, tumoresque, exe
rsa ac aspera speculantur vlce
ra, magna quidem ex parte

Aegineta.

fordida, ponderosa & albican-
tia: quòd si labores humore cõ-
creto turgidos habeant, & quæ
oculis usurpantur, pura, feculé-
ta, lurida, rubentia & cruenta
apparent, continuè inde ichor
tenuis, aquosus, ater, aut pus
tetri graueolentisq; odoris ex-
cernitur: nonnunquam verò e-
tiam sanguis profluit, cæteraq;
indicia quæ in sermone de vte-
ro inflâmato enumerata sunt.

Predictiones.

Aegineta. Hic sanè morbus immedica-
bilis est, ceu alibi ipse quoque
asserit Hippocrates.

6.aph.36. Cancros occultos omnes me-
lius est non curare: curati enim
citò pereunt, non curati verò
longius perdurant. Galenus in
glossmate inquit: Occultos
cancros dixit, vel eos qui sunt
sine vlceratione, vel abscondi-
tos, hoc est, non apparentes,
quod rursus idem significat ac
si diceretur, qui in pfundo cor-
poris sunt. Sed & curare du-
plex est. Vnum quidem om-
nia agere, vt particula patiens
ad salutem perducatur. Alterũ
autem eam adhibere prouiden-
tiam quæ passioni congruat,
hoc est, ipsam mollire ac mitio-
rem facere, & tum præcipuè,
quum adest exulceratio. Tunc
enim est necessarium, vt si non
aliud agamus, saltem saniem
abluamus, humido aliquo vtẽ-
tes, non quocunq;, sed vel per
experiẽtiam, vel per indicatio-

A nem inueto, quod neq; putre-
facere, neq; irritare partem pa-
tientem sit natura aptum. Ab
hac igitur curatione, neq; absi-
stere cõuenit, neq; illi qui sunt
sine vlceratione cancri indigēt
ea: aliam verò quæ fit per sectio-
nem, vel vstionẽ (quæ sola sunt
remedia cancrorum) consulit
vt in cancris occultis non adhi-
beamus. Quòd igitur illi qui
sunt in partibus penitioribus
talia remedia non desiderant,
etiam experientia docet. Equi-
dem scio omnes qui huiusmo-
di cancos curare tentarunt,
magis illos irritasse, & breui ho-
mines interemisse. Nam & qui
cancrum in palato constitutũ,
& in fede, & in sinu abscondi-
to muliebri, vel vsserunt, vel
B secuerunt, non potuerunt vlce-
ra ad cicatricem pducere, & ho-
mines in cura afflictos ac ma-
ceratos vsq; ad mortẽ colliqua-
runt, qui si nullam curationẽ
adhibuissent, longiori tempo-
re vitam cum minori molestia
transgessissent. Tales igitur can-
cos nullo modo curare tente-
mus. Ex eis verò qui in summa
parte corporis hærent, illos tã-
tummodo quos possumus vnã
cum radicibus ipsis, vt quispi-
am dixerit, refecare. Neque
enim malum est, veluti radices
quasdam cancri, nominare eas
quæ plenæ sunt sanguine me-
lancholico venas, & vsq; ad lo-
ca circumstantia distenduntur.

Multi

*Radix
Cany.*

Multi enim magnæ autoritatis Medici, neq; hos manus opera curari permittunt, sed illos tantum qui exulcerati, simulq; laborantes molestant, adeo ut ipsi vltro manu curari desiderent, & simul sunt in talibus partibus siti, quas possumus vnâ cum radicibus refecare & exurere. Quidam neque hos amoliri permittunt, sed omnino abstinendum consulunt à remedijs potentibus in omni natura cancri.

Quod verò Hippocrates nūquam consulisset curare poterit cancos in partibus corporis pēnitioribus conditos, ex ipsa passionis natura licet cōiectari, sed & eos qui in summa parte corporis hærent absque vlcere incertum est, quantum ex verbis aphorismi conijci potest.

Eum autem scripserunt Artemidori & Dioscoridis sectatores, vsq; ad ea verba: Non curare melius est.

Victus.

Alimenta porro ritè beneq; disposita, & inculpati succi, sunt exhibenda: verbi causa, paucissimum aquosum, fugientes acriores cibos omnes, & cibi satietatem: pròptissimè nāque ipsis cibaria corrumpuntur. Quæ item bilem atram gignunt fugienda sunt. Potiones purgationesq; propinètur, quibus atra bilis profligari arcerique possit. Smaragdus, sapphi

A rusq; si poterint iuuabunt. Ga mari si esitantur proderunt.

Sanguinis missio è uena.

Vtile erit venam humeralem aut saluatellam incidere.

Encathisma.

Placandus est ipsarum mulierum dolor infelsibus quidè ex fœnogræco maluaq; paratis, atq; id genus cataplasmatibus.

Potus.

Theriaca ex vino albo potui detur, pastilli itè ex viperis.

Cataplasmata & cerata.

Ceterum valde consolantur in exacerbationib. malua, aut althea in mulso subacta, colliquataq; cum pauco rosaceo, & instar cataplasmatibus adglutinata: nec non compositio ex ficibus aridis, & fertulis campanis, ruta, thure, napiq; herba ac curatè cum oleo contusa. Lenit item cataplasma ex palmarum dactylis in passo decoctis, adiectis ouorū putaminibus, atq; farina, aut ex papauere cū coriāno, aut seminali, aut serenos. Hæc quidem in ipso cruciatu tempore. Post hæc verò abstergatur cerotâ ex rosaceo, aut myrrino, aut œnanthino, aut melino cum palmulis in passo elixis. Peculiariter verò huic negotio quadrat cataplasma ex * fece officinarū fabrilium, quæ assata leuigatur, ceratoq; rosaceo excipitur, tantisper dum crassitudinem emplastro idoneam induat. Hæc quidem

F

Aegineta.

Aegineta.

Sedimento.

Aegineta.

extrinfecus adhibentur.

Vnguenta.

Et succi granorū solani vesicarij vnc. iij. olei rosacei vnc. viij. ceræ citrinæ vnc. vj. lique-tur vnà in mortario plumbeo, addendo friamento sequentiū pharmacorum. Et cerussæ lotæ vnc. ij. plumbi vsti & loti, rutia præparatæ ana vnc. j. s. thuris vnc. s. æris vsti, antimonij, ba-lauft. rad. chelidonij, sanguinis drac. cadmiæ argenti, pulueris vermium terrestrium an. drag. ij. ita tundantur in mortario quoad vnguinis spissitudinem induerint, quo inunge cancri locum internum. *Vel,*

Et lithargyri & cerussæ partes æquas, & cum rosaceo in mortario tam diu tunde quoad vnguenti formam susceperint, eoq; inunge partes cancri proximas, aut ipsūmet cācrum. Ex dictis vnguentis potes conficere iniectiones quas per metrenchyten inijcies.

Ex lithargyro, oleo rosaceo & aceto, confice vnguentum, pro cancro vlcerato.

Intrinfecus per metrenchyten adhibenda.

Aegineta.

Interius verò mitigat locos oleum: Vbi autem exulcerati fuerint, lac quoq; muliebre infusum tepidusq; plātaginis cremor leniunt. Si sanguinolenti fuerint, succus feminālis herbæ cum pauco thure cōmulcer. Omnium verò effica-

A cissimè operatur, aduersus etiā sedis affectiones, illud, quod accipit spumæ argenti Italicæ lotē vn. vj. thuris masculi *hyf-sopi, adipis porcelli recentis, butyri recentis, ceræ thyrrenicæ, singulorum vnc. ij. rosacei vnc. iij. spumā argenti contritam, in cremore fereos liquefactis reliquis inijce.

*Vn*on vlceretur cancer, & si vlceratus fuerit, ne vicinas depascatur partes. Et succi solani purioris limpidiorisq; aut ipsi us liquoris stillatitij vnc. vj. rutia præparatæ, plumbi vsti ana drag. j. caphuræ scrup. j. moueantur cum pistillo in mortario diutissimè, & inijciatur in locellos.

Ad vlceratam cancrum expertissimum. Et herbæ Roberti, phlomi, scabiosæ, caprifolij, anethi, oletuli humani æquas partes, vrantur, quorum cineris drag. iij. excipiantur, vnc. vj. liquoris stillatitij solani, & ducantur pistillo in mortario, & inijciantur.

RHAGADES, CONDYLOmata & hæmorrhoides uul-ue. Cap. XVI.

Circa sceminarum naturali cum ostiū, rimæ (quas Græci *παράδοιας* vocant) proueniunt, aut scissuræ.

Cōdylomata tubercula sunt ex inflammatione nascentia.

Vel;

Gal. libro
finit.
in cōspici.

* cōspici.

illatatio

Aegineta

Aegineta

Aegineta

Aegineta

Gal. lib. de
finit. Aegineta

Gal. libro de
fmit.

in suppurat.
dilatio.

αψπι.

Vel, sunt rimæ inueteratæ in
callum transeuntes.

Hæmorrhoids est *eneruatio
vaporum quæ sedem ambiunt,
aut protegunt. Cause.

Aegineta. Rhagades quandoq; ex la-
borioso partu & violento pro-
ueniunt. Note.

Aegineta. Rhagades primùm quidem
recentibus etiam dum ex puer-
perio doloribus delirescentes
fallunt, postea verò paulatim
sensu percipiuntur, nonnun-
quam manu etiam admota de-
prehenduntur, interdum verò
& in congressu venereo, dum
ex attritu polluitur cruore, ar-
guuntur. Præterea & sinu ada-
perto deprehenduntur. rupturæ
nanq; in corona ostij oculis pa-

Aegineta. tent. Hæmorrhoides præterea
in mulierum naturalium ostio
siue ceruice exurgunt: quæ qui-
dem partibus dioptrismo ten-
tatis, ex eo deprehenduntur. quia
in paroxysmis quidem sangui-
nolentū, subrubrum, dolorifi-
cum quiddam eximie apparet.
In relaxationibus verò fluxus
dolore vacās, subliuidus & strā-
gulofus.

Pesi & epithemata.

Aegineta. In rhagadis sanè chirurgia,
erodendi mordendiq; virtute
prædita medicamina abhorré-
da: mitioribus verò & simplici-
bus epithematis atq; pesis v-
tendum. Peraccommodatum
porrò habetur eisdem scissio-
nibus tetrapharmacum disso-

A lutum, quòd si callosis labris
fuerint rimæ, compositione ex
charta cum rosaceo vtendum.
Quum autem vehementiâ eius
laborans non tolerat, irrim Illy-
ricam resina terebinthina exci-
piens imposito. Vlcusculis ve-
rò pereuntibus euanescenti-
busq; magno cum emolumen-
to adhibetur medicamentum
è cadmia, aut eorum aliquid,
quod ad sedis affectus placan-
dos & persanandos est compo-
situm, & ob id hedricum appel-
latum, cuiusmodi est ea, quæ ex
spuma argenti contextitur con-
fectio.

Postquam autem eiusmodi *Aegineta*
diuisiones inueteratæ in callum
(quem condyloma dicunt) trā-
seunt, consimilibus atq; eius-
dem planè facultatis medicā-
minibus vti expedit. Callus e-
mollientibus quidē discutiend-
us, & in cicatricem redigenda
sunt condylomata.

In hæmorrhoidibus curan-
dis, si opus est & fieri potest, in
remissione executione vtor,
Mydio apprehendens: sin mi-
nus medicamentis ipsas astrin-
gito: nunc quidem aridis mali-
corijs, adiecta galla, aut quopi-
am eiusmodi applicatis: nunc
verò his quæ in sanguinis vte-
ri profluuio posita sunt adhibi-
tis, quæ etiam diarrhæis & hæ-
morrhoidibus vteri congruēt:
quæ quidem inde maximè di-
scernuntur, quòd non in men-

struo expurgationis tempore A
solùm, sed aliàs etiã subinde
per interualla cruore manant.

MVLIEBRIVM CLAV-
sura locorum, quòs. q.
moris. Cap. XVII.

Aegineta. **F**It angusta quædam inter-
dum circa muliebrium lo-
corum os præclusio, quam
quòs appellat. *Causæ.*

Aegineta. Id fit aut propter exulcera-
tionem quæ præcessit, aut du-
ratam inflammationem.

Infectus & cataplasmata.

Aegineta. Medendum igitur est enca-
thismatis mollificantibus, quæ
constituuntur ex hydrelæo &
fœnigræci elixatione. Cata-
plasmata consimiliter sunt ap-
plicanda. *Pess.*

Aegineta. Pessi item qui emolliendi
vim habent adhibendi. Discu-
tit præterea eiusmodi nexum
etiam pessulus ex * hyssopo, ni-
tro, resinaq; terebinthina con-
textus. *Suffitus.*

Aegineta. Quòd si inueterauerit id ma-
lum, suffimentis vaporibusq;
aromatum vtendum.

Fotus & lotiones.

Conniuentes porrò & clau-
sas mulierũ vuluas aperire cõ-
uenit, fragrantibus lauando, &
fouendo cõfectionibus ex mal-
ua & semine lini, fœnigræci,
& oleo, interdum etiã melle.
Vehementioribus item artemi-
sia, videlicet, * monyza & nepi

ta & pulegio, & anthemide
(quam chamomillã vulgò vo-
cant) ad hæc resina quoq; tere-
binthina, nitro, cucumere syl-
uestri, elaterio, casia, oropissa.

HIATVS OSTII VTE-
ri. Cap. XVIII.

QVibus ostium vteri hiat,
his diætã quidem & fo-
tus, & medicamenta ari-
diora, & constringentia, cytini
malorum punicatorum, & rotun-
dus iuncus odoratus, & rubi ra-
dices, & myrta, & breuiter que-
cunq; in humidiorẽ vulua ex-
pediunt, accommodatissima
censentur. Ad vuluam adstrin-
gendam: *Alphit.*
244
B rad. symphyti,
aluminis, balaustia, myrrhæ,
libani, mastiches, colophonis,
glebæ armeniacæ, galbulorum
cypressi, cornu ceruini vsti ana
quãtum volueris, in pollinem
tenuissimum friato, potui de-
tur ex vino astringente drag. ij.
ex reliquo decocto astringente
misto calidè foueantur locelli.
Vel, Ex dictorum decocto fiat
epithema. Vel si mauius lana
aut coto excipere, confice pes-
sos, qui ad cubile indantur. Fou-
eantur etiã locelli decocto
ex vino & aceto, mastiches, la-
chrymæ arabicæ, pilularum cy-
pressi, gallarum, aluminis sac-
charini ana vnc. j. Vel confice
pessos aut suffitus, &c. Alumi-
nis, myrrhæ, agallochi, pilorum
leporis

Gal. lib.
nit.

Hip-
Aph-
[...]

leporis tenuissimè incisorum, rursus baccharum lauri, doronici, & iulari cypresi ana vnc. s. sty racis drag. ij. ambaris dra. j. moschi scrus. friato, & oleo myrti no excipe in pessos: vel frangito & cum infundibulo vterus suffiatur.

CONTORSIONES PER-
uersionesq; uuluarum. Ca-
put XIX.

Fomentationibus, quas pyrias dicunt, dirigit & corrigit, & quæ vim habent emolliendi cathetis.

DE STERILITATE. CA-
put XX. Cause.

CAusa sterilitatis duplex, vna à viro, altera à fœmina prodit. Ab hac, vel propter humiditatem nimiam, aut pinguedinè vuluæ: à mari autem quando ipse est spado factus & testiculis caret, vel alio quouis pacto ægritudine detentus.

Quæcūq; frigidus & spissos vteros habent non concipiunt. Et quæcūq; præhumidos vteros habent, non concipiunt: extinguitur enim in eis genitura. Et quæcūque siccos magis & adurentes: nã ex defectu alimentum corrumpitur semen. Quæcūque verò ex vtriusq; mediam habent temperaturam, hæ fœcundæ sunt.

A Bene temperati vteri ad conceptionem sunt idonei: malè autem temperati, si parùm à bonitate recedunt, difficulter concipiunt. Si verò nimium, mulieres steriles fiunt, ita quòd simul datur intelligi vnde viri sint steriles, sed hoc multos latet. Qui verò ea quæ dicta sunt diligentius considerat, primùm quidem sciet quã ob causam, & qui nam viri omnino steriles sunt. Secundo loco post hoc de viris quidem, ac mulieribus bonam habentibus temperaturam, quòd semper generabunt, etiam si cum malam habentibus coëant. De habentibus autem malam temperaturam, quòd cum solis his qui contrariam habent coëuntes, gignēt. Prius autem dicetur de mulieribus sterilibus, quarum vterus statim ab initio est malè temperatus, exuperante scilicet vel vna duarum qualitatibus, vel duabus, quemadmodum in commentarijs de reperaturis determinauimus. Vbi igitur frigiditas immodica exuberat, adeò quòd vterus spissior efficiatur, angusta quidem sunt supramodum ora vaporum quæ ad ipsum pertingunt, mulieres verò steriles, quæ secundæ non possint adnasci ad ora vaporum, neque si hoc fiat aliquando possit bene nutriri conceptus: vel enim nullo modo fiunt hisce mulieribus purgationes, vel omnino paucae,

Galenus in
Cōment. e-
iusdem.

Gal. lib. defini-
nit.

Hippo. 5.
Aph. 63.

A rã frigida
sterilis

& hæ ipsæ vitiosæ, solo tenuiore atq; aquosiore sanguine perlabere. Sed & hæc quoq; ora facile obstruuntur, & propter natiuam angustiam, & quoniam magna ex parte hæ mulieres humorem aggregant pituitosum, siquidem & corpus torum vt plurimū est vteris simile. Cōtingit & maris semen in talibus vteris refrigerari, nisi sit natura calidissimum. De prima itaque frigida temperatura Hippocrates fecit mentionem, inquiens: Quæcunq; frigidos & spissos vteros habent: Non per Iouem volens simul coniungere in ipsis cum frigiditate densitatem, veluti si siccitatem aut humiditatem addidisset. Harū enim neutra semper consequitur frigiditatem, & præterea ipsi, modò vna, modò altera adiungitur. Densitas verò ex necessitate valde frigidos vteros comitatur, ob quā causam possunt concipere, vt diximus, quare ita sermonem totū huius aphorismi audiemus. Quæcunq; frigidos vteros habent non concipient, propter substantiæ ipsorum spissitudinem: Cur verò spissitudo aduersetur cōceptioni, dicere prætermisit, vt nobis potentibus intelligere. Et quæcunq; vteros nimis humidos habent non concipient: extinguitur enim genitura, quemadmodum in terra palustri cerealia semina. Et quæcunq; sic-

Acos siue adurentes habent vteros, propter defectum alimentum non concipient. nam in siccis vteris tale quid accidit, quale vbi aut arenæ, aut argillose terre aut petrosæ mandatur semina. In habentibus autem immodicam caliditatem, quale vbi valde calidæ terræ semina comitantur, quemadmodum in aestibus sub cane cōtingit. Sic quidem quatuor qualitatum Hippocrates meminit, singularum seorsum facultatem exponens, vt si quando inuicem miscantur, manifesta sit earum cōmixtio. Post hæc autem inquit: Quæcunq; verò ex vtriusque modicè temperatæ sunt, fecunditatem habent, ex vtriusque autem non qualitibus scilicet (sunt enim quatuor) sed quæ sunt secundum ipsas oppositionibus. Vna quidem est bona temperatura, mistis modicè inuicem calido ac frigido: altera verò, humido ac sicco: & fieri potest, vt sit aliquis vterus secundum vnam quidem oppositionem, bene temperatus: secundum alteram, malè. Sed ne mulier concipiat, potest altera efficere temperatura. Mulierem verò esse fecundam sine ambabus bonis temperaturis est impossibile.

Hippocrates quidem, sicuti totum sermonem anteriorè de muliebribus scripsit, sic & nuper dictū de his quas habet vte

*Explicit
Lp. in fine*

*Quale
per
se
5.*

*Leonhardus
Buchsius.*

ri temperaturis, non tamen etiam addidit de viris sermonē, vel quia promptū nobis sit ex his quæ dicta sunt, easdem in-temperaturas ad semen transferre, vel quia distulit ad sequētia, sed postea oblitus est. *Licer* nobis ad viros transcendentibus dicere, quòd propter temperaturæ frigiditatem non bene semen concoquitur, atque ideo si mediocris quidē sit intēperatura, in ipso indiget vtero calido sufficienter. Si verò immodica sit, est omnino sterile, vel propter humiditatem, rursus neque concoquitur, & hoc etiam indiget si modica sit in-temperatura vterò calidiori, ac sicciori; si verò immodicā sterile est, eodem modo & propter excedentem calorem semen fit rosto simile. Ob siccitatem verò vbi primū excidit neq; extēdi potest, quòd maximè sit necessarium si mulier debeat concipere. Ostensum est enim in sermone de semine, quòd nisi per vteri capacitātē parte plurima semen extendatur, mulierem non concipere.

Sterilitas aut viri, aut mulieris rationē accidit. A viro est, quum semē eius vel feruidum & veluti torrefactum: vel frigidum, tenue, aquosum, languidum, quale decrepitorum est: vel crassius quàm oportet, emittitur: vel quòd viri semispadones sint, penēq; breuissimū

A habeant, vt in vuluæ recessum semen iaculari nequeāt. Quod etiam interdum nimia obesitate contingit: obesi enim tam ventricosi euadunt, vt semen ad profundiores vteri partes iaculari non possint. Mulier verò sua ipsius ratione non concipit, quòd vterum habeat vel calidum & igneum, vel frigidū & humidum, vel squallentem & aridum. Hippocrates: Quæcunque frig. &c. Ceterum crassæ admodum & obesæ haud concipiunt. Hippocrates: Quæcunq; præter naturam non concipiunt vtero, ijs omentum os vteri comprimit, & priusquam extenuentur non concipiunt.

Graciles denique & macilentæ *5. Aph. 46.* nō concipiunt: aut si concipiūt, abortiunt, eodem Hippocrate teste. Quæcunq; præter naturā *5. Aph. 44.* tenues existentes vtero gerūt, abortiunt secundo mēse, priusquā crassescant. Quædā etiam nō concipiūt, eò q; vterus earū debilis est, vel angustus, vel breuis, aut quòd vasa eius obstructa clausaq; sint, aut cicatricis superuentu excecata, aut q; vteri ceruix in obliquum ducatur, aut quòd os eius vel nimis angustum vel nimis amplum sit.

Causæ internæ sterilitatis fiunt, aut testium vitio, aut colicis, aut alicuius membri organici, vt oris ventriculi, renū, iocinoris, &c. Testium vitio sit, quum peculiari eorum calore semen

Quædā
propter
frigiditatem
sterilis
est.

Leonhardus
Suchsius.

vratur: vel ita in testibus con-
cretum est, quod ineptum pror-
sus generationi redditur. Testi-
um item abscessus, vel simile
quippiam sterilitatem gignit:
vlcus etiam factum in calculi
renum aut vesicæ extractione:
colis item longitudo, aut bre-
uitas, foraminis obliquitas, pe-
nis mollities, conuulsioe aut
vlcus, &c. Venarum post aures
incisio. Ætas etiã sterilitatis est
causa: nam (autore Aristotele
lib. 4. de partibus animalium)
viri post 70. annos nullum ge-
nitale semen generationi aptũ
emittunt. Mulieres post quin-
quagesimũ annum steriles om-
nino sunt, quãquam & viris &
mulieribus (vt vidimns) aliquã
do contrarium accidat. Herma-
phroditæ non vtero gerentes
efficiuntur.

Causæ externæ viris mulie-
ribusque communes sunt, aer
plusquã par sit aut calidus aut
frigidus, exercitiũ, quies, som-
nus, vigilia, animi accidentia,
mœror, gaudium, coitus super-
fluus, inanitio, repletio, aquæ
frigidæ potus non consuetus,
frigidorũ aut calidorum vsus
nimius, ebrietas.

*stercoribus
offensibus*
Quædam peculiari tempera-
tura sterilitatem faciunt, aut
gestata, aut ore sumpta, verbi
causa, caphura, squama ferri,
vermes noctu lucentes. Testiũ
item illitiones ex validè refri-
gerantibus, vti hyoscyamo, o-

pio, &c. Alicuius etiam anus
aut præstigiatrix sorte. Amo-
re coniugum vehementissimo
sæpenumero impeditur con-
ceptio. *Note.*

Signa quibus diuersitas cau-
sarum discernitur, hæc sunt.

Calidius siquidem tempera-
mentum viri facile deprehen-
ditur ex pilorum copia, potissi-
mum verò nigrorum in parti-
bus genitalibus & omnib. quæ
circumstãt, suprà quidem vsq;
ad media femora. Petulca etiã
est hæc temperatura, & ad li-
bidinem prona: statim verò sa-
tietur. Vteri caliditas ex reli-
qui corporis caliditate cogno-
scitur, quodq; pauca menstrua,
& cum dolore deferuntur, vt
genitalia interdũ mulieris ex-
ulcerentur, sed & quæ educun-
tur, nigriora sunt. Hanc etiam
temperaturam insignis salacita-
tas, & totius corporis siccitas
sequitur. Tactu calor deprehē-
ditur, & in seminis emissionē,
calidum sentit mulier. Testiũ
temperatura calida coitũ sum-
mè desiderat, coire incipit ab
adolescencia, vel saltem Vene-
re stimulatur.

Frigidius temperamentum
monstrant partes circumposi-
tæ testibus glabræ. Neq; etiam
hoc temperamento præditi ad
libidinem proni sunt. Viri fri-
giditatem arguũt, semen geni-
tale frigidum sentitur, tardeq;
exit pauca cũ voluptate, nulla
coitus

Aegineta

Fuchsius

Fuchsius &
Aegineta.

Fuchsius

Arab.

Arabes.

coitus appetentia, in mulierū A
cœtu rubore suffunditur, arte-
riæ motus tardus, lotium colof-
re remissum, colēs vix tumet
aut erigitur.

Aegineta. Frigidiores igitur vteros pro-
priè arguit mensium retentio,
victus ratio gelidioris poten-
tiæ, & crassi succi: quoniam stu-
porem inducit cum circa sumē
seu pectinem, tum lumbos, tū
etiam crura. At quædam sunt
ad summum perfrigeratę, neq;
in Venerem admodum procli-
ues feruntur, neq; appetunt.

Fuchsius. Humiditatis verò vitio fœ-
cunditatem frustrari indicat, si
in coitu humore admodū per-
fundantur, & si ijs fuerint te-
nuia copiosaque mēstrua, pili B

Arabes. Quib. os vteri hiat, aut clau-
ditur plus quā par sit, aut mea-
tus seminarij in obliquum ten-
dunt (nam talia visu tactuē de-
prehendes) steriles aut difficul-
ter gignentes efficiuntur. Sup-
pressionē mensium, si id mali
acciderit, mulieris querimoni-
am nosces. Si sortilegio con-
tigerit, aliqui cacodæmonum
famulis has remittunt, vel
quod sanctius iustiusque est
Christū inuoca ac precare no-
dum hunc vt soluat. Plato in-
quit hoc esse maximum opus
obstetricum, scire coniungere
inuicem corpora apta ad con-
ceptionē, & simul posse discer-
nere, qui viri sint infœcundi, &
quæ mulieres steriles immodi-
cę, nam in temperaturę horum

Siccitas vteri contrarijs pla-
nè deprehēditur notis. paucus
etenim mensium fluxus, os sic-
cum, labra scissa, coitum appet-
tunt vt sicca terra rorem, facile
irascitur, corpore tenuis est, in
actu venereo ferè nihil seminis
emittit.

Fœminis satisfacere nō pos-
sunt viri, qui natura timidi a-
ctus exercent muliebres, voce-
que fœminas referunt, puden-
da pilis nudata sunt, barba exi-
les paucissimosq; alit pilos, hu-
iusmodi quum gelidam testiū
habeant temperaturam nun-
quam generationi inseruient.

Is etiam sterilis censendus est,
qui cum pluribus mulieribus
aut puellis coit, nullus tamen
ex eius concubitu ortus est fœ-
tus. Mulier item sterilis dicen-
da est, cuius crassa vox est, pili-
que multi & duri rigidiq; pu-
bem obsepiunt, mystacem mē-
tumq; barba circumdat: quæ e-
tiam plurimorum virorum am-
plexus experta est, nec vtero
gelsit.

Locellorū vitio sobole priua-
tur, si callus, aut carnis excre-
scentia, aut tuberculum, aut a-
crochordon, aut pinguitudo
nimia, aut resolutio, aut con-
uulsio, aut vlcus, aut aliquid id
genus vtero insideat.

Quib. os vteri hiat, aut clau-
ditur plus quā par sit, aut mea-
tus seminarij in obliquum ten-
dunt (nam talia visu tactuē de-
prehendes) steriles aut difficul-
ter gignentes efficiuntur. Sup-
pressionē mensium, si id mali
acciderit, mulieris querimoni-
am nosces. Si sortilegio con-
tigerit, aliqui cacodæmonum
famulis has remittunt, vel
quod sanctius iustiusque est
Christū inuoca ac precare no-
dum hunc vt soluat. Plato in-
quit hoc esse maximum opus
obstetricum, scire coniungere
inuicem corpora apta ad con-
ceptionē, & simul posse discer-
nere, qui viri sint infœcundi, &
quæ mulieres steriles immodi-
cę, nam in temperaturę horum

*Gal. in glosse
mate. 5. aph.
62.
Pronubaba-
rum officii*

funt causę. Modicę verò si sunt, & contrarijs cõiunguntur, tũc concipient mulieres: si verò similibus, non concipient. Neq; enim fieri potest, vt frigidum semē in vtero frigidiorē sit fertile, neq; siccum in sicciore, & aliorum vtrunque eodem modo: sed indiget semen quidem frigidius vtero tanto calidiorē, quanto ipsum deficit ab optima temperatura, & humidius sicciore, & in alijs eodē modo. Cognitio autem omnium immodicarũ vteri intemperaturarum est, quam paulò antea dixit Hippocrates in suffitu, qui per aromata fit. frigiditas enim spissitudinis ratione nõ permittit vsque ad os & nares ferri aromatum exhalationē: eodem modo & siccitas. Humiditas verò sicuti ab ipso dicta est extinguit geniturã, sic & aromatum qualitatem: reliqua est vehemens caliditas, siquidē ea ratione quod vincit aromatum facultatem, alterat atque corrumpit, ac propterea non permittit ipsa seruantia sui naturam synceram circa os & nares referri. De hisce aut̃ naturis ex suffitu aromatum sufficiens cognitio præstabitur. si verò non potest hæc sufficienter haberi, ex alijs indicijs nobis erit talis natura inuestiganda, hoc ipsum cognoscentibus, quòd rara admodum est huiusmodi temperatura in mulie-

rib. Si quidem sc̃mina est mare frigidior, vnde ob hoc ea quã facit Hippocrates ex aromaturũ suffitu dignotio in sterilibus mulieribus vtilissima est, vel quia omnis immodica intemperatura isti subijcitur, vel quia rarissimè vna ipsam subterfugit in mulieribus illis quæ tenues apparēt, & nigræ & hirtę, ita quòd ex his signis percipitur earum immodica intemperatura sine suffitu aromatum.

Predictiones.

Neq; crassi pinguesq; progignendis pueris satis sunt idonei, tum quòd inepti sunt pudendis, tũ quòd eiusmodi pauculum genitalis seminis emittunt. Neq; sanè admodum macilenti supraq; modum extenuati, procreandis liberis prouincia sufficiunt. Quæcunq; præter naturam crassæ non concipiunt vtero, his omentum os vteri comprimit, & prius quã extenuentur, non concipiunt.

Si mulier non concipit, scire autem velis, an conceptura sit, panis circumtectam desubter suffias, & si odor videatur per corpus ire ad nares & os, scito quòd ipsa non ex se ipsa sterilis est. Verbum, suffias, materiam indicat quæ naturam habet, vt suffiri possit, thus videlicet & myrrham, & quæcunq; alia talia quæ calidam habent temperaturam, & sunt satis odorata, Quæcunq; frigidos & spissos

5.aph. 46.

5.aph. 59.

Gale. in cõment.

5.aph. 62.

5.aph

Ari. 3. li
7. de pa
animali
7. de ge
tiõe an
Et Aui
tertij.

Eppa
hab
et p

spissos vteros habent non concipiunt, & quæcunq; præhumidos vteros habent, non concipiunt, extinguitur enim in eis genitura. Et quæcunq; siccos & magis adurentes. nam ex defectu alimenti corrumpitur semen. Quæcunque verò ex vtrisq; medio crem habent temperaturam, hæc fecundæ sunt.

5.aph. 63.

Similiter autem & in maribus. Aut enim propter corporis raritatem spiritus extrâ fertur, vt semen non transmittatur ad os, vel propter spissitudinē humoris non exit foras, vel propter frigiditatem non concalescit, ita vt ad hūc colligatur locus, vel propter caliditatem hoc idem accidit: Galenus in commentario damnat hunc aphorismum, asseritq; non esse Hippocratis. Quibus secundum aures secantur venæ, coeunt quidem ac emittunt: sed paululum quid & minimè fecundū. Semen generationi aptum sit album, splendidum, globosum, florum sambuci modo odorū, quod in aquam iniectum, fundum petat.

Ari. 3. lib. 7. de partib. animalium 7. de generatione animal. Et Auic. 21. tertij.

Cori flocco in pessum excipere melle friamentum aristolochiæ, & ad cubile immitte in locellis, si oris sputum dulcescat, fecunda iudicatur, aliàs sterilis est. Mulieris lotio aspergatur malua viridis, aut lactuca: pari modo fiat ex viri lotio, & cuius malua arida fuerit, hūc

vel hanc sterilem dicit. Vel, Vterque habeat vas furfure plenum, in quo nouem diebus ipsum furfur vtriusq; lotio diluatur, & in cuius vase vermes affuerint, sterilem putato. Simile fit ex fabis aut hordeo. Mulier quæ vtero gerens sepe fit, minus ægrotat quàm sterilis, corpus tamen valentius habet sterile vtero gerente, nec ita citò senio conficitur, quanquam in numeris obnoxia vt plurimū, sit morbis.

Auic.

Si à mēsum fluore madeant locelli, semen iniectum tanquam per lubricum iter à locellis labitur. *Victus.*

Sine itaq; discrimine vtriq; sexu tam mari quàm fœminæ congruit, corpus vniuersum in media & inculcata temperie conseruare, & sine omni excessu in symmetria laborum, ciborum, lauacrorum, atque reliquorum omnium. Hoc quippe maximum neuti quàm despiciere, vt præpinguem sibi compareret habitudinem. Conferunt opis plurimum ita affectis cuncta quæ calefaciendi paululum que inflandi vim obtinent.

Aeginetæ.

Vinum itaq; calidæ naturæ cum modo, & ne quid nimis, accipito. Et ex oleribus. erucâ & nasturtium syluestre, quod erysimon Græcè nominant, & herbam geminalem, & id genus alia. Ruta verò & nepita manibus pedibusque (quouis aliò)

h. 46.

h. 59.

in cō.

h. 62.

*Erysimon
habetur
et aspergatur*

sunt fugienda. Quum autem propter malos humores & cacochymiam quandam impeditur conceptio, eisdem expurgare, aut vtili victus ratione temperare expedit: priuatim verò mulieribus cõpetit, vuluã magna industria consultoq; aggre di, & absq; vlllo impedimento moliri euacuationẽ. Pro forib. igitur iam existente purgatione, esculentorum, quãtacunq; fieri potest mediocritate curato: & quippiam eorum, quæ ad purgationem stimulant ac pro uocant, steriles sumere ne uti quam detrectent: cuius farinae sunt cũ olera odorata, tum quæ acrimoniam præferunt, puta, scãdix, batis, fœniculum, apiũ, B smyrnium. Cæterã prauam vul uæ temperaturam emédato, & in viam, vt ita dicam, reducito.

Calidioribus mulierum locellis succurrito rebus mediocriter humectantib. & perfrigerantibus: cuius generis sunt olera, lactuca, maluæ, blitum, cucurbita fatiua, cucumis & pepo, atriplex, portulaca, atque id genus esculenta.

Si propter humiditatem muliebrium locellorum infœcundæ partum non concipiant, victus ratio accõmodata est aridior, pariter & labores frictionesque infernarum partium, simul & vomitiones, ariditasq; & frugalitas cibi.

Hysteram aridiorem curato

A hordeaceo nutritu, vino præterea mediocri, neque admodũ peruereri.

Si quis cum crassioribus humoribus mordax humor infester, amicum præsidium est, victus rationem exquisitiore & commodiorem dispicere.

Pituitosos humores laboribus euacuare expedit.

Quando autem emendatio, mensib. cõmodẽ & suauiter pãgredientibus, perspicua conspicitur, tum cessante purgatione in Venere[m] congregi expedit.

Medendum statui ac peditui vteri, primũ quidem præueniẽ, necessitatiq; vix sufficientem præscribẽdo diætã.

B Coitus postremò qui fit à tergo, plurimum vtilitatis ad partus conceptionem conferre videtur.

Sterilitatẽ mulierum aiũt emédari hyenæ oculo cum glycyrrhiza & anetho sumpto in cibo, promisso in triduũ conceptu. Conceptus adiuuari vacini lactis potu aiunt: Sterilitatem ob partus vexationem fieri, certũ est: Hanc emendari Olympias Thebana affirmat felle taurino, & adipe serpentum, & erugine, addito melle medicatis locis ante coitum.

Thelygoni potu fœminã cõcipi narrant: Arsenogonon ab ea femine oleæ, nec alio, distat: huius potu mares generari phibentur, si credimus. Sunt qui florem

Plinius lib. 28. c. 8.

Plinius lib. 28. ca. 19.

Plinius lib. 28. ca. 15.

Plinius lib. 27. cap. 8.

Plinius lib. 20. ca. 15.

floré crataegoni bibentes mulieres intra quadragessimū diē concipere tradant.

Tradunt facilius concipere eas, quæ odorētur ammi, quod & cuminum Æthiopicum & regium dicitur, per coitum.

Aegimeta.

Si uterus frigidior, huius rei gratia potare expedit castoriū, & fragrātia semina, & cyminū, & anisum & pulegij comā, & iuniperorum baccas seu fructum, vnicuique interim pipere commisto.

Oportet præterea in pharmaco, si humor mordax cum pituita infester, epithymū, euphorbium, piperis semen, dauci semen & petroselini, omnia inquam cōtrita & macerata pōd. ij. drachmarū potui dare. Hoc per ventrem etiam pulcherrimè deducit, vuluāq; calefacit, quemadmodum sæpe iam numero menses dissoluit & rupit his quæ non erant purgatæ.

Vbi flatu ac peditus in utero mulieris contenta, cōceptio ni obstaculo sunt, conducunt cyminum, anethum, & apij semen, rutæq; & anisi, & esculenta multa potui exhibita.

Si pituita sterilitatis parens est,

℞ Rubiæ pasiuæ vnc. ij. rad. rusci, asparagi, graminis, cyperei ana vnc. j. artemisiæ, sabinæ, apiastri, mentæ, callitrichi, adianti, scolopendrij, sampfuchi, origani, calamenti, rad. phuana M. s. seminis feseleos dra. vj.

A anisi, carei, fœniculi, ammeos, spicæ nardi ana dra. ij. xylobalami, carpoballami ana drag. j. glycyrrhizæ, vuarum passarum ana vnc. j. florum rosmarini, & stichad. arab. ana vnc. s. ramenti eboris, calami odorati, santal. rub. ana dra. s. terantur parū & coquantur, ex decocto confice serapium cum sacchari candidi lib. iij. & aceti vnc. iij. qđ odorum reddatur cinnamomo pbo, & casia, moschiq; granis iij. Sume dicti serapij sesquiunciam, decocti cicerum arietinorum, aut liquoris stillatitij artemisiæ, bipinnellæ, & florum sambuci ana vnc. j. misceto, exhibeto quotidie à cubili ieiunę quoad pituita attenuata sit.

B

Serapia officinis communia sunt, hyemis præsertim tempore, oxymeli scilliticum & diureticum, serapia ex absinthio, serap. ex radicibus acetosum, serap. ex artemisia.

℞ Oxymelitis scillitici, serapij ex radicibus acetosi, serapij ex artemisia ana vnc. j. s. decocti * bipinnellæ, radicis fœniculi & artemisiæ vn. iij. immisce. Sūto tres portiōes à cubili potui dādæ, quælibet portio esto vnc. iij. s. *Si bilis flaua.*

Pimpinellæ.

℞ Serapij acetosi simplicis, aut oxysacchari simplicis vnc. ij. serapij ex lactuca syluestri (quæ endiuia vocant) vnc. j. decocti vtriusque cichorij, lupi salictarij, & buglosi fatiui ana vn.

* Dosis pro
duabus uici-
bus.

ij. misce, bina * esto portio. Serapia quibus profligatur bilis porui dato: verbi causa, zula pium rosaceum, violaceum uie, serapium acetosum simplex, oxysaccharum simplex, serapium ex lactuca syluestri.

℞ florum vtriusq; buglosi, rosarum rub. ana M. s. violarū, lactucarum, foliorū papaueris candidi, vtriusq; intybi ana M. j. seminum lactucæ satiuę & syluestris ana vnc. s. 4. seminum cōmunium refrigerantiū maiorū ana drag. s. fiat decoctio, quę colo traiecta, vt palato arrideat dulcis efficiatur sacchari lib. ij. aceti albi vnc. iiij. vini granati li. j. s. cū citrinis santalis aromatizando: sicq; cōfice serapium, quo vtēre cum decocto bilem profligante.

Si atra bilis conceptionem impediat.

℞ Serapij ex radicib. acetosi vnc. ij. serapij ex fumaria vnc. j. decocti buglosi vtriusq; asplenij & artemisię ana vn. ij. bina esto portio, quibus addere poteris nonnihil cinnamomi.

Vel, vt volūt Arabes. ℞ liquoris stillatitij buglosi vtriusq; bipinnellæ, fumarie, scolopendrij, & artemisię ana vnc. iiij. sacchari albi vnc. iiij. aceti vn. j. addito cinnamomo confice zulapium pro bina portione. Vel,

℞ Calamēti, origani, stęchadis, eupatorij, florum vtriusq; buglosi, querculæ, artemisię ana M. s. scolopendrij M. j. cor-

A ticū genestæ & fraxini mediani an. M. s. vuarum passarū vnc. j. fiat decoctio, in fine decoctionis adde epithymi vnc. j. & cū sacchari lib. j. & mellis lib. s. & aceti passulati vn. ij. confice serapium cinnamomo cōditum. cuius quælibet portio esto sesquiuncia cum decocto eorum quæ bilem arcent atram.

Potiones purgantes.

SI PITVITA, Medullæ casię fistularis vnc. j. quę fecerniculo traiecta sit decocto chamædryos, cassuthæ, hyssopi, stichadis, artemisię, anisi, glycyrrhię, & vuarum passarum, cui addatur diaphœnicon dra. iiij. serapij ex radicib. sine aceto vnc. j. fiat portio. Addere prædictis potes eclegmatis indi. drag. j. agarici electi drag. ij. zingiberis lcr. j. falis gemmæ grana sex: Macea agaricum, zingiber & salem in sero caprillo addita vncia vna mellis rosacei horis duodecim: deinde fortis fiat expressio, cui adde casiam fistularem, & eclegma. *

Si bilis flaua.

℞ Medullæ casię fistularis, seu mânæ vnc. j. excipiatur decocto adianti, florum buglosi, viol. prunorū & tamarindorū, adde eclegmatis ex rosarū succo, vel confectiois ex rore syriaco vnc. ij. s. syrapi viol. vn. s. confice potionem. Loco eclegmatis ros. potes addere rhabarbari immersi in sero caprillo cum

* uidetur
quid deside-
rari.

Aeginet

lo cū vini albi momento drag. ij. spicę nardi grana sex. immer-
sio esto sex horarum.

Ab atra bile.

℞ Adianti, florū vtriusq; bu-
glosi & viol. chamedryos, sco-
lopēdri ana M. s. vuarum pas-
farum vnc. s. coquantur in fine
decoctiōis, adde epithymi vnc.
s. colamēto solue medullę cas-
fię fistularis aut mannę vnc. s.
confectionis hamech dra. ij. se-
rapij violacei vnc. j.

Catapotia. Si pituita.

Aegineta. Si crassus humor mordaxq;
fobolem arceat, familiare atq;
amicum præfidiū est, maximē
ex aloē contexta picra.

Si viribus valeat mulier, ℞
globulorum fœtidorum dra. j. B
scammonij grana ij. excipe in
globulos qui erui magnitudi-
nem æquant serapijs pituitam
destruentibus. *Vel,*

℞ hierę picrę Gal. drag. j. s.
benedictę drag. ij. scammonij,
interioris farcti colocynthidis
ana scrup. s. digere in globulos
excipiēdo serapijs pituitā at-
tenuantib. derur incœnata ad cu-
bile. *Si bilis flaua.*

Catapotia aggregatiua, glo-
buli ex rhabarbaro.

Si bilis atra.

Pilulę ex lapide cyaneo, quę
lazulum vocant.

*Catharticus bolus buccellatus, &
eclegmata aluum subducentia.*

Si pituita, diaphœnicō, ecle-
gma indicum, eclegma diacni-

ci, hoc est, cartami, hieralogo-
dion, hiera rufini.

℞ diaphœnicōn, vel eclegma-
tis indici vnc. s. sacchari electi
quantum sit satis, cōfice buccel-
larum quod auri bracteis tegat-
tur. ℞ Rosarū, cinnamomi, zin-
giberis ana dra. j. santalorum al-
borum & rub. ana dra. s. hermo-
daçtylorum drag. j. s. scām onij,
rad. tripolij elect. ana dra. ij. ma-
stiches scrup. j. sacchari candi-
di lib. s. liquetur saccharum ar-
temisię limpidiore succo, &
buccellatos purgantes vnc. s.
pōderantes confice, exhibeto
aliquando vnū à cubili. Ex di-
ctis pharmacis friatis non nihil
cum cicerum arietinorum deco-
cto, aut vino calido potui da-
re potes. *Delphinij friati, quod*
puluerē senę vocāt dra. ij. s. cū
vino, aut cicerū decocto dato.

Si bilis flaua.

℞ eclegmatis ex ros. succo,
aut confectionis de māna dra.
iij. s. sacchari quantum sit satis,
buccellatum confice catharti-
cum auro bractearo velatum.

Si vitellina bilis, confectionis ex
palmulis, quā *Acapovino* vocāt,
eclegma indicum.

Si atra bilis, Recipe cōfectio-
nis hamech dra. iij. s. sacch. q. s.
cōfice buccellam purgantem.

Venę senectio.

Si sanguis redundans sterili-
tatē inducat, ex duab. saphenis
ad pedis malleolos multus de-
trahēdus est sanguis, at si bilis

flaua paucus : nam bilis flauæ A
frenum sanguis est.

Balnea, infessus & fotus.

Aegineta. Expediit perfrigeratis cum
alia quædam faciendo, tum py
rijs omnibus, tum ijs quæ è va
poribus fiunt calefactionibus
reuocare calorem. Ipsarum ve
rò vuluarum fotus, partim qui
dem vapores sedentibus in se
de constituunt, partim verò ca
lida aqua alluendo fiunt, in qua
elixa sunt saluia, artemisia, ru
ta, cyperum, pulegium, acorū,
& quæ bonum emittunt odo
ris fluxum femina.

Aegineta. Si propter humiditatem mu
liebrium locellorum, ex re vfu
que haud mediocriter sanè fue
rit, ipsam quoq; vuluam medi
caminibus acerbis tueri, è quo
rum numero habetur lentisci
elixatio, & myrtorum & rosa
rum, & rhu, præterea mali pu
nici floris, & rubi furculorum
tenellorum atq; gallæ. Hyste
ram contrà aridiorem, lauacris
curato. Si ex crassiori humore
mordaciq; post purgationem
ex picra, sero lactis vuluam e
luere amicum præsidium est.

Si pituita: Purgata pituita, si
prester viribus mulier, lauacris
naturalibus lauetur, à cuius
egressu Mithridatis confectio
nis drag. j. potui detur, talibus
balneis lauetur diebus decem
aut quindecim. Balneorum na
turalium loco, tale lauacrum
confice quod & artemisiæ, be

tonicæ, chamædryos, chamæ
pityos, chelidonij, callitrichi,
foliorum lauri, maluæ, maiora
næ, apiastri, origani, ocimi, pu
legij, roris marini, zingiberis, fa
binæ, vtriusq; stœchadis, vitis
albæ, hyperici, hyssopi, chamæ
meli, ferrulæ capanæ ana M. ij.
carei, cymini, sileris montani,
anisi, seminis anethi ana vnc.
ij. seminis lini, fœnigræci ana
vnc. ij. rad. symphyti, rad. vale
rianæ, rad. petroselini ana lib.
j. ex his cōfractis fiat decoctio,
& ex pharmacis decoctis sac
culus impleatur, cui in balneo
mulier insideat, lauetur mulier
bis in die, à cubili scilicet & ad
cubile, diebus decem saltem,
renouando pharmaca & deco
ctionem.

Si bilis flaua.

& Maluæ vtriusq; cum radi
cibus an. M. iij. foliorū violarū,
falicis, vitis vuas albas feren
tis, rosarum, nympheæ ana M.
ij. foliorum malorū contoneo
rum M. iij. foliorum vlmi M. j.
fœnigræci lib. j. coquenda cu
rato: decocto tepido insideat
mulier ieiuna, & ad cubile, di
scooperto folio cauendo sudo
rem. Ex decocti herbis saccu
lus repleatur, cui insideat mu
lier. Ex dictis herbis euapora
torium constitui potest.

Si atra bilis.

Chamæmeli, ferrulæ campa
næ, chamædryos, chamæpity
os, hyssopi, foliorum lauri, la
uendulæ ana M. ij. artemisiæ
M. iij.

M. iij. altheæ cum rad. M. s. feminis lini, fœnigræci ana lib. j. rad. valerianæ lib. j. s. conteratur, & in sacculum indantur, coquantur, decocto lauetur, & sacculo infideat mulier.

Si ex sola siccitate.

Arietum plura capita in vase æneo quoad usq; caro ab ossibus sponte separetur decoquenda curato, quibus decoctis adde, vt coquantur, foliorum vitis, salicis, violarum, chamæmeli, meliloti ana M. ij. altheæ cum rad. M. s. fœnigræci, feminis lini ana lib. ij. rad. valerianæ lib. j. s. In tali decocto sæpissimè mulier balneetur.

Eclegmata.

Si pituita. A balneo Mithridatij drag. j. ex vino detur. R̄ Trypheræ magnæ sine opio, pliris cū moscho, diambaris, diafatyrj ana drag. s. ramenti eboris, feminis mercurialis an. scrup. ij. coaguli leporini & matricis eiusdem ana drag. s. feseleos scrup. s. sacchari albi lib. s. saccharum solue liquore stillatitio apiastri, quumq; saccharū probè coctum fuerit, adde conseruæ corticum mali citrij vnc. j. conseruæ florum roris marini vnc. s. & id in quadras digere pond. drag. ij. s. dato à balneo vnam.

Si bilis flaua.

Purgato humore noxio hora ante cibi sumptionem exhi-

A beatur mulieri quadrarum sequentium vna. R̄ Friamenti trium santalorum drag. ij. ramenti eboris, visci querni, friamenti pudendi tauri, vuluæ leporis ana drag. ij. sacchari candidissimi lib. s. saccharum rosaceâ liquetur, & inde quadræ cõficiantur pond. drag. iij. Vel,

R̄ Conseruæ rosarum vnc. j. conseruæ florum nymphææ, & florum vtriusque buglossi ana drag. iij. diarhodon ex abbate, conf. trium santalorum, confectiois manus Christi cum perlis ana dra. j. s. fragmentorum lapillorum communium qui in precio ab officinis habentur scrup. ij. feminis mercurialis drag. j. s. ramenti eboris, visci querni, friamenti pudendorū tauri, matricis leporis an. scrup. ij. confice confectionem, quam serapio adianti exceptam auro tege, dato cochlear ante prædium & tantumdem ante cœnam, & etiam à balneo.

Si ex sanguine.

Postquam lota fuerit mulier in aqua in qua corarij coria parant, quæ huic negotio accomodatissima est, sumat quadrâ aut oribiculum eclegmatis, quod,

R̄ Cinnamomi, feminis mercurialis, rosarum rub. ramenti eboris, margaritarum an. drag. j. corallij rub. fragmentorum lapillorum preciosorum communium ana scrup. ij. omnium

H

santalorum dra. s. sacchari lib. A
s. liquetur saccharum aqua in
qua extinctum sit aurū aut cha
lybs cum vnc. j. conferuæ ros.
confice quadras aut orbiculos.
pond. drag. iij. Vel ante cibum
quemlibet sumat eclegmatis
sequentis cochlear.

R̄ conferuæ ros. antiquæ vnc.
j. conferuæ florum vtriusq; bu
glosi ana drag. ij. trium santa
lorum, diarhodon abbatis ana
vnc. ij. prædictorum puluerum
dra. iij. pannos auri xij. misce
antur cum serapio viol.

Si atrabilis.

A balneo exhibeto mulieri
melancholicæ orbiculum aut
quadram vnam eclegmatis se
quentis:

R̄ eclegmatis ex gēmis dra.
ij. seminis mercurialis, ramēti
eboris ana drag. j. pudendi tau
ri, coaguli leporini & eiusdem
matricis ana scrup. ij. sacchari
lib. s. saccharum liquore stilla
ritio liquetur, adde conferuæ
buglosi vnc. j. misce. adde etiā
cinnamomi friati drag. j. dige
re in quadras aut orbiculos.

Si ex sola siccitate.

A balneo quadram eclegmā
tis sequentis dato.

R̄ specierum diarhod. abba
tis drag. ij. seminis mercuria
lis, rasuræ eboris ana scrup. ij.
matricis leporis drag. ij. semi
nis cori, tragacantes, gom
mi an. drag. s. sacchari in liquo
re stillaritio, buglosi soluri li

s. conferuæ florum vtriusq; bu
glosi ana drag. ij. digere arte
& igne in quadras pond. drag.
iij.

Pessi.

Si pituita. R̄ Artemisiæ, saba
næ, maioranæ, dictamni, absin
thij ana drag. s. anisi, ammeos,
rutæ, corticis thuris ana scrup.
j. interioris farcti colocynthi
dis scrup. ij. in tenuissimū pol
linem radacta succo mercuria
lis aut chamædryos excipe, &
in raro panno indatur: noctu
que in locellos immitte. quoti
die recentē pessum indere po
tes, quoad redundantes succi
exhausti fuerint, quibus sicca
tis talem intromitte pessum,
ne rursus ad vterum defluat pi
tuita.

B

R̄ Acaciæ, balaustiorum, ca
lycum glandium, scoriam ferri,
lycij, mentæ, corticis arboris.
ex qua desumitur mastiche,
corticis libani, seminis ros. rho
coriarij, fructus spiceæ ana drag.
s. friato, & labri Veneris aut o
xalidis, aut millefolij succo ex
cipe, & in pessos redige, qui cō
tinuè aliquot diebus sunt dese
rendi. prædictis tartari friamen
tum addere potes, cui vis mira
doctorum testimonio inest, e
tiam si ore sumatur.

Si ex bile flaua.

R̄ Medullæ cruris vituli, ce
rebri cerui, butyri vaccini, adi
pis caprarum, seminis mercu
rialis ana. vn. s. acaciæ, hypocy
sthidis, sanal rub. stactes, cor
nu

nu cerui vsti ana drag. ij. oleo rosaceo & lanæ floccis in pessos excipe.

Si ex sanguine.

℞ moschi grana sex, fantal. moschell. rosarum rub. ana drag. s. olei. rosarum vn. j. s. diu in mortario pistillo ducantur, & cotum teretis modo formatum his illinatur & indatur.

Si ex atra bile.

Pessi fiant ex colto friato, oleo rosaceo, fœnigræco, anatis adipe, semine asparagi, anferis adipe, oleo violaceo, moscho &c.

Si ex ariditate sola.

℞ Medullæ cruris vaccini, adipis gallinæ ana vnc. s. statæ drag. ij. cum lana confice pessos, quibus potes addere olei amygdal. dulcium vnc. iiij. & immittere aut iniicere.

Inijcienda per metrenchyten.

Si ex bili flaua, ℞ rerum in pessa pro cholericis descriptarum vnc. j. aquæ rosarum, & olei rosacei ana vnc. iij. miscantur & iniiciantur.

Suffitus si ex pituita.

Recipe pilularum cypressi, mastiches, thuris, ladani, myrrhæ, chalbanes, baccarum lauri, bdellij, styracis, statæ ana scrup. ij. ambaris drag. s. frangatur, & his mistis ad cubile per infundibulum mulier suffiatur.

Vel,

Recipe ladani puri vnc. j. styracis vnc. s. caryophyllorū,

A agallochi, fabinæ siccæ ana drag. j. s. ambaris drag. s. moschi grana iiij. cum pistillo calido fiant pastilli, ex quibus vnus in prunas ardentes iniectus, per infundibulum suffiatur mulier.

Si diues sit: Recipe styracis gabalitæ vnc. s. agallochi, ambaris ana drag. ij. balsami drag. j. moschi scrup. j. digerent in pastillos, & suffiatur mulier orbiculo vno in carbones candentes iniecto.

Vel,

Recipe rosarum rub. thuris, mastiches, myrrhæ, sanguinis draconis, glebæ armeniace, fructuum myrti ana drag. ij. styracis vnc. j. ladani vn. s. ambaris, moschi, agallochi, caryophyllorum, balsami, spicæ nardi ana drag. s. terantur in pollinem tenuissimum terenda, & cū pistillo calido digere in pastillos, quorum vno in carbones iniecto suffiatur sterilis, post suffitū rosaceâ, in qua maceratum sit moschum, os vteri illine, subinde coëat.

Vel,

Recipe agallochi, cinnamomi ana drag. j. s. caryophyllorum, cyperi, zingiberis, nucis moschatæ ana drag. j. rad. bistortæ, gallarum, aluminis rochæ ana vnc. ij. moschi scrup. s. confrigantur, & inde fiat suffitus. Sagzenea sine opio Aucennæ, aut Serapionis accommodatur, si ex ea fiat suffitus. Alipta item moschata. Gallia moschata.

H z

Si ex bile.

Recipe omnium santalorum
ana vnc. j. rosarum rub. florum
nympheæ & violarum ana vn.
j. ityracis scru. ij. ambaris scru.
j. terantur, & rosaceâ excepta
in pastillos digeratur pro suf-
fitu.

Emplastra & cataplasmata.

Extra balneum assiduè defe-
rat hoc emplastrum pubi ad-
motum, quod recipit empla-
stri ceronei vnc. ij. ladani puri
vnc. j. s. galliæ moscharæ, alip-
tæ moscharæ ana vnc. s. excipi-
antur omnia oleo nardino, &
inde concinnetur emplastrum
rotundum. Vel,

Recipe ladani puri vnc. j.
thuris, mastiches ana drag. ij. B
spicæ nardi, caryophyllorum,
ambaris ana grana xv. cera ex-
cipiantur sufficenti & oleo nar-
dino in emplastrum, quod ex-
tensum in panno serico rub. e-
pigastrio imponatur. Locellos
enim confortat, & eos conce-
ptui parat.

Caraplasmate mederi expe-
dit harum rerum quæ bonum e-
mittunt odoris fluxum * vni-
cuiq; pectinem. Conducit non
minus polyarchiô epithema.

Fricitio porrò pectinis atque
coxëdicum, nulli alij me-
dicamento bonitatis
honore & utilita-
te cedit.

* forte, impo-
sito supra pe-
ctinem.

A CONCEPTIO, F OE-
tus generatio, impregnatio. Ca-
put XXI.

C Onceptio est attracti à lo-
cellis seminis cômistio,
in sanguinis mēstrui pu-
riori parte, in quam locelloiū
calor natiuus ita agit, quòd vi-
uificato seminis genitalis calo-
re, demum foetus generatio se-
quitur.

Foetus generatio, est virilis
seminis cum menstruo sangui-
ne tam diuturna actio, quoad
materia illa formam recipiat
humanam.

Ita auidè iniectum semen v-
terus retinet, vt os ipsius inter-
num ita astringatur, quòd nec
minimum quidem seminis aut
sanguinis mēstrui exire potest.

Sex primis diebus lactis si-
militudinem semen vtero de-
tentum refert, noeuem diebus
sequētib; in sanguinem ver-
titur.

Duodecim alijs diebus ca-
ro efficitur. Decem tandem &
octo diebus reliquis, membra
omnia formantur.

Sex in lacte dies, tres sunt in sangui-
ne terni. Aegidij uer-
sus.

Bis seni carnem, ter seni membra fi-
gurant.

Vel, Iniectum semen sex primis cer-
tè diebus

Est quasi lac, reliquisque nouem fit
sanguis, ac inde

Solidat duodenus dies bis nouenaq;
denum.

demum Effigiat, tempusq; sequens A
 producit ad ortum.

Formato fœtu (inquit Auicēna) duplicato tēpore mouetur, & subinde duplicato tempore motus, fœtus ad ortū venit.

Auicenna libro nono de Animalibus, imprægnationis tempus in septem æquales partes diuidit. Prima quarum formationi, duę motui, & quatuor alia partui correspondēt. Tempus enim motus contra tēpus informatiōis prorsus cōdistinctum ei duplū sit, verbi gratia: Si in 30. die fœtus formatus sit, eo duplicato 60. cōtinuē, cui si triginta addideris 90. habebis, quibus 90. diebus tres perficiuntur mēses: & tunc fœtus moueri incipit. deinde duplicato motus tempore, quod 60. constar diebus, seorsum à formationis tempore si sumas, dies 120. erunt, qui menses quatuor constituunt: & his præcedentibus additis, fœtus ad ortum veniet. Ex quib. sequitur in 30. die formatus in 7. mēse nasci, pari modo de alijs dicendum. Ex dictis sequitur naturalem partū decimo aut vndecimo mense sæpe fieri posse.

Astrologi moram fœtus in vtero aliter scrutati sunt auctore Ptolemęo in centiloquij propositione 51. Locus (inquit) lunæ in natiuitate ipsius gradus ascendentis est hora casus spermat̄is, & locus lunæ in hora in

qua cecidit semen est gradus ascendentis in hora natiuitatis: & quia tempus inclusum inter ascendentem natiuitatis, & lunæ, casus feminis, horam & locum lunæ, hora natiuitatis variationē quādam recipit iij. in vtero moras fœtus distinctas inuenerūt prædictis temporib. mensuratas, maiorem scilicet, mediam & minorem. Maior siquidem dierum 288. existit, qui menses nouem, & dies 18. constituunt. Media dierum 173. existit, quibus perficiuntur menses nouem, & dies 3. Minor dierū est 258. menses 8. & dies 18. perficientium. Cognita hora infusionis feminis genitalis in vtero, natiuitatis hora cognoscitur.

Astrologorum somnijs ne sis plusquàm par sit intentus. nam eorum sententia sequeretur septimi, octaui & vndecimi menses partum præter naturam existere: sicque natum non viuere, quoniam talis partus fit influxu supercœlesti obuiante, qui (vt notum est) tanquam vniuersale agens plus in causatum, quàm in particularia agentia influit. Octauo mense natus aliquando vixit auctore Aristotele lib. historiarum animalium 2. Fœtus formationes peculiare. ita partiuntur Astrologi. Quamquam Saturno totum tribuant imperium secundum materiæ diuersam

dispositionem, planetas tamen ad talem actionem concurrere affirmant, nam (vt dictū est) in conceptione materia simul adimatur, constansq; fiat oportet, talis operatio Saturno tribuitur, cuius est siccitate & frigiditate materiā cogere, coactāque constantem facere hocque ita protenditur, quoad usq; à localorū calore, seminis genitalis calor valens in generationis agat materiā. 2. operatio Ioui at tribuitur, cuius est mediante spiritu hominem viuificare. 3. Marti, cuius caliditate & siccitate membrorum vires roborantur, præsertim materiam illam firmat, qua tria membra principalia gignuntur in secunda, & hæc operatio 7. diebus desinit. Subinde sol influit in illam materiam, vt fœtus ad locum conceptionis materiam illam talē ac tantam attrahat, quantum satis sit ad principum membrorum augmentationem, & inde animam recipere valeat, quod in triduo perficitur.

Veneri operationem quintā adscribunt, cuius est, externa membra formare, quæ lunæ influxu variè disponuntur, & hæc operatio diebus nouem perficitur. 6. Mercurius proinde oculos, aures, nares, & vocis instrumenta procreandi facultatem ministrat. tuncque caput & in ipso capite contenta finguntur, & sensus instrumenta recto

A situantur ordine, caput ab humeris separatur, & hæc omnia dies experit duodecim. 7. Luna quæ humidis præest, talem influit facultatem, vt ad conceptionis locū humiditas tāta trahi possit, q; membra omnia formam debitam recipiant, huius operatione fœtus completur. Hæc diffusius scripta offendes in astrologorum libris.

A casu seminis in vterum, vtque ad fœtus ortum, planetæ in hunc ab astrologis aliter influere dicuntur, quum quilibet peculiari dominetur mensi, quæ admodum & plantis. Primùm mensem Saturno tribuunt, & feriatim reliquis planetis menses sequentes dicant. Saturnus enim frigore & humore peculiari materiam cogendo constantem facit, naturamque tribuit vegetatiuam. Concreta coactaque materia à Ioue, cuius est viuificare omnes spiritus, formandi membra vigorem recipit, & hoc secundo mense. Tertius Marti, qui tria principalia mēbra suo calore formando, caput à cæteris separat mēbris, brachia quoq; & crura formando, ab inuicem diuidit quum in ipsis adhuc nullus (vt volunt phyfici) existat vitalis spiritus.

Spiritus vitalis à Sole in cor defluit, cor autem alijs mēbris vitæ spiritum ministrat, sicque fœtus mouetur sentitque. In quinto

quinto mense Veneris virtute membrorum externorū lineamenta quædam perficiuntur ac formantur, puta, nares, os, virorum mulierumque pudenda, pedum manuumque & digitorū secretio. Sextus mensis Mercurio dicatus est, qui facultatē habet fabricandi vocis instrumenta, supercilia & oculos, augendi que capillos & unguis. Septimo Luna præest, quæ innata humiditate corporis fœtus vacua replet loca, tuncque perfectus est fœtus. 8. mensi dominatur Saturnus, qui hoc mense natos interimit fœtus: nam quidam planetæ secundū ambas qualitates vitam amica biliter largiuntur, ut Venus & Jupiter. Quidam secundum unam tantum, ut Luna, Mars. Et quidam utraq; qualitate vitæ contradicunt, ut Saturnus. Si tamē fœtus natura fortis valentisque virtutis fuerit, matre etiam viribus valente (autore Arist. histor. animalium lib. 8.) in octavo natus viuet. Nono mensi Jupiter præest iterum, qui utraque qualitate vitæ amicus, fœtum viuificat, ipsiusque vitæ principia fouendo, vitalem auget spiritum, quamobrem partus ille laudatissimus censetur. Mars decimo dominatur una qualitate amicus vitæ, natus igitur in hoc mense puer interdū viuit. Sol undecimo præest, vitam nato influit, sicque

A in ipso natus viuit.

Si ad duodecimum mensem pueri natiuitas protendatur (quanquam rara sit auis, nec vnquā vidi, neq; legi) viuet puer, cum tūc Venus vitæ amica dominium resumpserit.

Docere cupio quid Pythagoras de numero dierum ad partus pertinentium senserit. Primum generaliter esse partus omnino duos dixit: alterum minorem, quem vocant septimestrem, qui ducentesimo & decimo die post conceptionem exeat ab utero: alterum maiorem decimestrem, qui edatur die 274. Quorum prior ac minor senario maximē continetur numero. Nam quod ex semine cōceptum est, sex (ut ait) primis diebus humor est lacteus: dein de proximis octo sanguineus. Qui octo quum ad primos sex accesserunt, faciunt primam symphoniam, diatessaron. Tertio gradu nouem dies accedūt, iam carnem facientes. Hi cum sex illis primis collati, fescuplam faciunt rationem, & secundam symphoniam diapente, tum deinceps sequentibus duodecim diebus fit corpus iā formatum. Horum quoque ad eosdem sex collatio tertiam diapason reddit symphoniam duplici ratione subiectam. Ii quatuor numeri 6.8.9.12. coniuncti faciūt dies trigintaquinque. Nec immeritō senarius fun-

Cēforinus de die natali ca. 12. ex Pythag. go.

damentum gignendi est. Nam eum *τελειον* Græci, nos autem perfectum vocamus: quod eius partes 3. sexta & tertia & dimidia, id est vnus, duo, & 3. eundem ipsum perficiunt: Sed vt initia seminis & lacteum illud conceptionis fundamentum, quod est quinq; & triginta dierum, sexies ductum, cum ad diem 210. peruenerint, maturum procreatur. Alter autē ille partus qui maior est, maiore numero continetur, septenario scilicet, quo rota humana finitur: & vt Solon scribit, & Iudei in dierum omnium numeris sequuntur, & Hetruscorum libri Rituales videtur indicare. Hippocrates quoque alijq; medici in corporū valetudinibus non aliud ostendunt: nam septimū quæmque diem crifimon obseruant. Itaque vt alterius partus origo in sex est dieb9, post quos semen in sanguinem vertitur, ita huius in septem: & vt ibi quinq; & triginta diebus infans mēbratur, ita hic proportio est diebus ferè 40. Quare in Græcia dies habent quadragesimos insignes: nanq; prægnās ante diem 40. non procedit in fanum, & post partum 40. diebus pleræq; foetę grauiores sunt, nec sanguinem interdum cōtinent, & paruuli fermè per hos dies morbidi sine risu nec sine periculo sunt, ob quā causam cum is dies perterijt, diem

A festum solent agitare, quod tēpus appellant *τεταρανοτον*. Ii igitur dies 40. per 7. illos initiales multiplicari fiunt 280. id est, hebdomades 40. Sed quoniam vltimæ illius hebdomadis primo die editur partus, sex dies decedunt, & 274. obseruantur. Qui numerus dierum ad tetragonū illum Chaldæorū cōspectū subtiliter congruit. Nā quū signiferum orbem diebus 365. & aliquot horis sol circumeat, quarta necesse est parte dempta, id est, diebus 72. aliquotq; horis 3. quadras reliquis dieb. 274. nō plenis percurrat, vsque dum perueniat ad id loci, vnde conceptionis initium quadratus aspiciat. Vnde autem mens humana dies istos commutationis speculari, & arcana naturæ rimari potuerit, nemo miretur.

* Hæc enim frequens * medicorum experientia peruenit: Qui quum multos animaduertent semen non retinere conceptum, compertum habuerunt, id quod intra sex dies septimū dies eijciatur, esse lacteū, et vocari *μικρον*: quod postea autem, sanguinē, * idque *μεγρον* appellatur. Qui verò ambo part9 videtur * parib. dierum numeris contineri. Pythagoras imparem laudat, tamen a secta non discrepat. Duos enim impares 209. dicit expleri, ad quorum consummationem

* Huc.
* medicorū.

* eiusq; cietio *μικρον* sic. i. abortus

Septimū *Chimæra*
dies.

Gal. lib.
finit.

An foet
animal.

tionem aliquid ex sequētibz accedere, quod tamen diem solidum non afferat, cuius exemplum videmus tā in anni quā mensis spatio, seruasse numerum, quum & anni imparē diem 365. numerum aliquanto cumulauerit, & mensi lunari ad dies vnde triginta aliquid addiderit. Nec verò incredibile est ad nostros natales musicam pertinere.

Non est pars parentis foetus ipse. Nam hoc pereunte necesse esset illum quoq; emori: vel edito, functionum offensam capere, tanquam deficiente aliqua parte suo corpore priuata.

Nutritur foetus in locis comprehensus & inuolutus, atque coactus, nutrimentum nunquam per os, sed per vmbilicū capit. Quidam autē animal, alij autē minimē dixerunt. Qui animal esse dixerunt, ex motu ipso ita esse conieciarunt: nam mouetur foetus, & delectari videtur, quum mater gaudio afficitur: eademq; affecta, contrahitur tristitia, & cogitur vt animal sensibile. Hęc enim sensibilitas cui alteri est quā animali? Alij autem nō animal esse dixerūt: nutriri verò & augeri volūt vt stirpes, aut arbores, neq; aut motum voluntarium, aut inuolūtariū habere, quemadmodum animalia. Nō enim suapte voluntate mouetur, sed vt arbores & plātę. His autem

A motus causa sanguinis expers est: foetibus autem ibi contra humiditas, & lapsus, atque figura vuluæ. Quū enim plena est, rotundæ instar pilæ agglobatur, rotunda quidem ad omnē motum nata & idonea, stare ne sciens. Asclepiades autem neque animal, neque non animal esse foetum in vtero matris declarat, sed dormientibus ac sopitis simile. Quemadmodū hī sensus habent, sed nō vruntur, sic qui in vtero sunt. Gignitur quidem masculus secundū aliquos, quum id quod ex dextra quidem parte auulsum semen est descendit in vuluā aut locos: foemina verò quum id quod à sinistra. Alij autem dixerūt propter propriam seminis commistionem, vel propter caliditatem, aut frigiditatem gigni. Calidius enim semē marē progignit, frigidius foeminam. Gemelli & tergemini, secundum aliquos, propter calidū semen in locos contractum, atq; ibidem decisum. sic enim gemellos & tergeminos fieri aiunt. Alij autem comprehensiones causantur. nos verò dicimus, quod si decisum sperma defluerit in locos binos, tunc gemellos, si in 3. tunc tergeminos nasci. Sed qui septimo mense nati sunt foetus, viuunt, octauo nequaquā. Octo, numerus * recens est coniunctus, nō * par est & autem iudicatorius, Septem coniuict.

Gal. lib. 1. de
finit.

An foetus sit
animal.

licorū.

q; eie-
paw-
bortus

Dei fuit.

Vinco fons-g.

* par est &
coniuict.

*i. impar. numerus * superfluus, & non A
coniunctus, sed iudicatorius.

Causæ conceptionis.

Gal. lib. def. Causæ conceptionis sunt,
moderata locorum caliditas,
nec non recens menstruorum
purgatio, & appetitus libidi-
nis: quum enim hæc concur-
runt, semen continetur.

5. apho. 40.
Gal. in com-
mētario præ-
dictæ senten-
tiæ.

Fœtus, mares quidem in dex-
tris, foeminae verò in sinistris
magis. Quod propter tempera-
turam, quæ statim ab initio ca-
lidior existit, fœtus masculus
generatur, in cōmentarijs de fe-
mine est demonstratum: calidi-
or verò temperatura fœtibus
aduenit non minimè ob locū
qui est dextra vteri pars. Hic au-
tem ipse calidior existit, pro-
pter hepatis vicinitatem. Con-
fert autè aliquid ad conceptus
caliditatem & muliebre semē,
profusum quidem ex proprijs
testiculis per vtrunq; cornicu-
lum, pars vna in dextrum vteri
finum, pars altera in sinistrum:
dissimiles autem ambæ, vt &
hoc ipsum ostēdimus. Siquidē
ferosior est atque frigidior quæ
in sinistro testiculo cōtinetur,
& iuxta hoc conceptus in leua
parte vteri constitutus, nō abs-
que ratione esset frigidior.

Notæ.

5. aph. 61.

Si mulieri cessent purgatio-
nes, neque febris, neque rigor
superueniāt & fastidia incidāt,
iudica ipsam in vtero habere.

Pli. lib. 7. c. 6

A cōceptu decimo die, dolo

res capitis, oculorū vertigines
tenebræq; , fastidium in cibis,
redundatio stomachi, indices
sunt hominis inchoati. Melior
color marem ferenti, & facili-
or partus, motus in vtero 40.
die. Contraria omnia in altero
sexu: ingestabile onus, crurū &
inguinum leuis tumor. Primus
autem 90. die motus. Sed pluri-
mum languoris in vtroque se-
xu, capillum germinante par-
tu, & in plenilunio, quod tem-
pus editos quoq; infantes præ-
cipuè infestat, adeoq; incessus,
atque omne quicquid dici po-
test in grauida, refert: vt falsio-
ribus cibis vsæ, carentem vn-
guiculis partum edant.

B Fœminas vtero gerētēs eius-
modi magna ex parte casus af-
fligunt: corporis ferè totius re-
dundantiarum moles, iugis vo-
mitus, sputatio, erosiones sto-
machi, & horror deniq; cibi.

Si in coitu vterus fugendo,
glandem valenter traxerit, vir
mulierque simul semen emise-
rint, nec mulier quomodo vi-
ri semen abiecerit, sed intra lo-
cellorum aliquem finum deti-
nerit, indica hanc vtero ge-
rere, proinde si pigra semiso-
pitaque sit mulier, dolorem itē
si sentiat inter vmbilicum & fe-
mur, paruoque horrore afficia-
tur, hæc vtero gerit. Procedēte
tempore coire renuit, vel non
ita libenter rem colit venere-
am, à coitu paucum sentit in
epiga

Aegineta.

*De...
sig...
x...*

s.aph

Gal. in
mentar

AN

epigastrio dolorem, neque semen emittit, menses statuto tēpore non defluunt, adest vertigo, & visus hebetudo, palpitatione ac tremor cordis, pica, vomitio, nonnunquam color mutatur, pāni & lentigines in vultu, & aliæ cutis defædationes sequuntur, palpebræ mollescunt, oculi concaui, pupillæ attenuantur: coniunctiua oculi augetur, quamobrem atrocibus oculis cernere dicuntur: dorsum quādoq; & ilia dolore afficiuntur, prædicta symptomata mulieres ad quartum vsque mensem torquent, subinde sensim minuuntur. Si velis noscere an cōceperit mulier, quā dormitura est, ei aquam mulsam potandam da: & si alui tormina patietur, concepit: si minus, non concepit. Tormina fiunt quidem & propter mordacitatem, fiunt autem & propter spiritum flatuosum, qui facilem non habet exitum, quæ etiam tormina fieri nunc est arbitrandum in mulieribus quæ conceperunt, propter eam quæ fit ex vtero angustationē. Dat autem aquam mulsam mulieri dormituræ, crudam videlicet, quoniam qualitas flatuosa si noscere volumus, est necessaria, volens & quiescere simul & plenam esse cibis mulierem. Hæc enim ambo conferent ad torminum generationem.

Auicenna. Misce igitur vnc. ij. mellis q̄-

A quæ portioni aquæ cælestis, & potui dato, tūc enim si matrix fœtu plena, intestina compressa tenet, dolore pungente mulieris aluus afficitur.

Vt certò scias an vtero gerat, an masculum aut fœminam cōceperit, sumito vrinam mulieris collectā in vase mūdo obturato, ne aër subintret triduum. deinde panno lineo mundo hanc trajice: & si quidem in panno insecta quædam pediculorū quantitate appareant, concepit, quòd si insecta rubescat, masculum: si albescant, fœminam. Acus polita madeat noctu in mulieris lotio in æneo vase. quod si maculis varijsq; coloribus tingatur acus, * peperit mulier masculum si macule rubescant. quòd si vtero nō gerat, acus nigra æruginosaq; est.

Mola & fœtus gestatio talibus discernuntur notis. Mensibus ordinatè fluentibus conceptio fit, mola non ita. Mola ante mensem tertium mouetur, in conceptione nunquam. In mola statim aluus tumescit, contrā in vtero gerentibus. Fœtus sæpissime à loco in locum mouetur. at mola sine cōpressione, aut mulieris motu, non mouetur, aut rarò. Manus compressione violenta mouetur mola, deinde ad propriam tendit sedem: sed fœtus ex tali compressione aliquādo mouetur & aliquando non. Aluus

*Nutritio ab aëre
maxi et fœtali*

* *concepit.*

*Diu vtero gerat
a mola.*

4. Aph. 1. Vtero gerentes sunt medicā
 dæ, si materia turget, quarto
 mēse, & vsque ad septimū, sed
 has minus. Iuniora autem & se
 niora vereri oportet. Ad vte
 ros fœtum connexus eādem
 Gal. in com-
 mentario. habent proportionem, quam
 fructus ad plantas. Hi siqui
 dem in prima generatione de
 bilioribus capitulis continen
 tur, & ideo facile decidūt, quā
 do vehementior ventus ipsos
 concusserit: post hac aucti dif
 ficilem habent à plantis disso
 lutionem: sicuti rursus quū per
 facti sunt, sponte sua sine vi ex
 trinseca decidunt. Eodē modo
 & cōceptus, in primo quidem
 tempore seminis iniectionis, si
 aliquando saltare contigerit B
 mulierem, aut in lubrico cade
 re, siue quouis alio modo, vel
 secundum animam, vel secun
 dum corpus moueri vehemen
 tius, facillimè disrumpuntur:
 sic quādo & iam perfecti sunt.
 Tempore verò intermedio fir
 miorem habēt coalitum, quare
 mulier vtero gerens potest
 fortiores motus sustinere, sine
 fœtus offensione. Quæ omnia
 Hippocrates noscens, rectè in
 quit: Vtero gerentes sunt me
 dicandæ, si materia turget, quar
 to mense vsque ad septimum,
 quod est in medio tempore fœ
 rationis, quum fœtus vtero fir
 miter alligatur. Non tamen
 omnes quæ hoc tempore indi
 gent purgatione, permittit pur

A gari: sed si materia turget, in
 quit, hoc est, cogat accelera
 re. tractum enim vocabulum
 ab animalibus ad coitum con
 citatis, quum superabundan
 tes humores mouentur, & per
 totum corpus deferuntur, nō
 dum in aliqua parte firmati,
 tunc ad eos expellendos natu
 ra incitatur, & aliquo indiget
 manū porrigente, & hūc humo
 rū motū ad aluū deducēte, etc.

Certo tempore mulier concipit, aut incipiente sanguine,
 aut deficiēte. Saltus in primis
 7. diebus perimit semen in lo
 cellis & eijcit. Infans nisi la
 rum locum habeat, quo nutria
 tur, agiterur, crescat, macilen
 tū fieri necesse est, vt pote qui
 satis amplum locum ad incre
 mentum non habeat. Eadem
 ratio est, cur modo parui mo
 do magni nascantur infantes.
 Semper ferè sani & integri ex
 mutilis generantur. Quemad
 modum cucumeres & arbores,
 & alia quædam germina, si cō
 primantur, & in angustiis cre
 uerint locis, partim mutilæ,
 partim tortuosæ proueniunt.
 Ita & fœtus in vtero, iuxta ea
 quæ matri contingunt, vel mu
 rilatur, vel nō rectè crescit. Mu
 lier quū concepit, semen extra
 locellos non exilit. Fœmina
 quum conceperit menses non
 defluūt, siquidem fœtus sanus
 futurus est, præter quàm pusil
 lum quibusdam primo mense.

Soranus, Hip
 pocrates lib.
 pude fœtu.

Handwritten notes:
 Soranus, Hip
 pocrates lib.
 pude fœtu.
 Saltus
 v. t. d. e.
 In tribus
 locis p. r.
 formand
 p. t. m. f. a. r. g.

Hippocrates
 li. de natura
 pueri.

5.aph.30.
Galenus.

Mulierem vtero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, letale est. In hoc enim duplex est periculum: vnum quidem propter febrem ipsam foetum occidentem: alterum verò quòd ex longo interuallo cibum dantes ex alimenti defectu foetum destruemus: si verò vt seruemus hunc non verebimur crebro cibum exhibere, febres continuas victu intempestiuo augentes, mulierem grauidam occidemus. Sic & si absque febre aliquis alius morbus acutus fiat, veluti morbus comitialis, morbus attonitus, conuulsio, distentio, propter magnitudinem morbi & acutiem impossibile est laborantem euadere.

5.aph.31.

Mulier vtero gerens sanguine misso è vena abortit, & magis si foetus sit maior.

Galen.

Ex defectu alimenti foetus destruitur, non modò misso sanguine è vena, sed etiam ex longiori inedia. Non absq; ratione autem & maior foetus magis destruitur misso sanguine ex vena mulieris, quia plurimo indiget alimento.

5.aph.34.

Mulieri vtero gerenti si aluus plurimum profluat, periculum est ne abortiat.

5.aph.37.

Galen.

Mulieri vtero gerenti si mammae graciles repente fiant, abortit. Hic pariter aphorismus ex illorum numero est, quos diximus defectum alimenti foetui

A significare. Communes enim quaedam venae sunt mammis ac vteris, quae vbi parum haberint sanguinis, graciles quidem mammas ostendunt, inedia verò nonnunquam foetum perimunt, nonnunquam verò ad excretionem excitant, illam ob causam quam ipse in libro de natura foetus per haec verba explicat: Alimentum atque actio à matre veniens, non adhuc est sufficiens infanti, quando decem menses praeterierint, & foetus auctus fuerit: trahit enim à sanguine ad se id quod dulcissimum, simul autem & lactis parte aliqua fruitur. Vbi verò haec illi rariora fuerint, &

B iam infans molem corporis habet, plus cibi requirens quam illud quod adest, calcitrat & membranas disrumpit. Liquet igitur, quòd & ante decem menses foetus est indigens alimento, & calcitrans, & membranas disrumpens initium partus matri affert.

Mulieri vtero gerenti si altera mamma gracilis fiat, geminos habenti alterum abortit: & si quidem mamma dextra gracilis fiat, marem: si verò sinistra, foeminam.

Mulier si marem concepit, bene colorata est: si verò foeminam, malè colorata.

Vt ad seipsam muliere collata videlicet, non autem ad alteram dictum est ab Hipp. indicium, quod

Quand
vbi
vbi
vbi
vbi

5.aph.38.

5.aph.43.

Galen.

quod ex bono colore ac malo A sumitur. Nam quæ fœminam concepit, minus seipsa colorata apparet, quoniam frigidior est fœmina mare: nunquam verò talem concepisset, nisi viri semen, vel vterus mulieris frigidior eo tēpore fuisset, in quo concepit: quare quod dicitur, ex eorum numero est quæ sæpius eueniunt.

Contingit enim ita omnia re-
ctè agere mulierem post tēpus
conceptionis, quòd bene colo-
rata fiet. Liquet autem, & quòd
alia signa sunt marem esse con-
ceptum, sicut ipsius conceptus
plurimæ ac validæ motiones,
quæ neque ipsæ signa perpetua
sunt. Contingit enim aliquan-
do licet sit rarum, quòd conce-
pta fœmina sit mare robustior,
& multis ac validis motib. mo-
ueatur: & aliquândo mas sit de-
bilior fœmina, ac paucioribus
debilioribusq; motibus cieatur:
Si mulieri grauidæ in vte-
ro sit erysipelas, letale.

5. Aph. 43.

Quæcunq; præter naturam
tenuis existentes vtero gerūt,
abortiunt secundo mense pri-
usquam crassescant.

5. Aph. 44.

Quæcunq; mediocriter cor-
pora habentes abortiunt secū-
do aut tertio mense sine oca-
sione manifesta, his acetabula
vteri plena mucoris sunt, &
non possunt ex pondere fœtū
continere, sed dirumpuntur.

Gal. Sine manifesta occasione ait, fe-

bre vehemēte, & alui fluxu, vel
profluuio sanguinis, vel erysi-
pelate in ipso vtero constituto,
vel saltu grauidæ mulieris ve-
hementiore, vel clamore, vel i-
ra, vel timore, vel victu parcio-
re, vel tali aliquo actu, seu pas-
sione. Fit enim verisimile in his
esse plena mucore ora vasorū
venientium ad vterum, ex qui-
bus secundæ patent: quæ ora
acetabula nominauit, non sicuti
quidam arbitrantur adnatas
ipsis carnes adenosas.

Nam uti ipse inquit in primo
lib. de passionibus muliebrib.
Si acetabula plena fuerint pi-
ruita, menstrua fiunt pauciora.
& Praxagoras in primo de na-
turalibus: Acetabula autē sunt
ora venarū & arteriarum, quæ
ferunt ad vterum.

Quæ vtero gerunt, his vteri
os comprimitur. Maximū hoc
est, mulieris quæ concepit indi-
cium, si obstetrix potuerit im-
misso digito os vterorum tan-
gere. Statim enim quum semē
intra seipsos acceperint, totum
sui interius contrahunt spaciū,
& claudunt os. Viderur autem
& propter durum tumorem &
inflammationem os vteri com-
primi. Distinguitur autem ab
eo qui in grauidis ex duritie v-
teri.

Mulierī vtero gerenti, si lac 5. Aph. 52.
multum è mammis effluat, fœ-
tum imbecillum significat: si ve-
rò mammæ solidæ fuerint, fœ-

Abusus cat.

Dicitur in hunc
re ph. rōph. hō
v. 107. 11 p. m. h.

tum significant saniozem. Quæ corrupturæ sunt fœtus, his mæmæ extenuantur.

Si verò rursus duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infestabit, & non corrumpent. Vide commentarios Gale.

5. Aph. 55.

Quæcunq; vtero gerentes à febris corripuntur, & fortiter calefiunt sine occasione manifesta, difficulter pariunt, & cū periculo, aut abortum faciētes periclitantur.

Galenus.

Accidit quibusdam grauidis in quibus vitiosi humores priusquam conceperint sunt acervati, nonnunquam à febris vehementibus corripuntur, ita quòd ex necessitate abortiant: nonnunquam verò mediocrib. sed hæc quum non purgentur sufficienter, aliquid superest reliquiarum humorum in corpore vitiosorū, ex quibus febres ab initio sunt constitutæ, vtpote non potentibus medicis mulieri grauidæ aliquid forte auxilium adhibere, neque exquisita victus ratione in ipsis vti.

Ob hanc igitur causam febris in ipsis frequenter reuertitur, & magna temporis parte grauiter se habent. Non sine ratione igitur fœtus aliquando nequit obsistere, sed ex febre, & vitio humorū corrumpitur, nonnunquam verò perdurat quidē vsque ad tēpus * partus: sed quū & ipse valetudinarius sit, vt qui

* fœtus parienti.

A longo tempore laborauerit, & quum matrem habeat imbecillum, non sine periculo paritur. Nam ad bonum partum, duorum corporū vigore est opus, & grauidæ mulieris & infantis.

Si mulieri vtero gerenti purgationes eant, impossibile est fœtum esse sanum.

5. Aph. 60.

Mulieri vtero gerenti, si tentio superuenerit, facit abortū. Circa intestinum quod rectum nominatur tentio fit, eandem habens causam ac dispositionem, quam in * difficultatibus intestinorum suscipit aliquid ex his, quæ superius iacent in testinis. Hæc autem passio nomen accepit, vt inquit, ab illa quæ fit in ea tentione, ob quam quum cacare vehementer appetant, continuè exurgunt. Ob talem igitur tentionē atque molestiam, & totum aliud corpus laborat, sed præ cæteris vterus qui cognatus est recto intestino. Nihil autem mirum, si propter vehementes atque frequentes exurrectiones ac tentiones, conceptus * abortitur, quando

7. Aph. 27. Gal.

* dysenterijs

B la quæ fit in ea tentione, ob quam quum cacare vehementer appetant, continuè exurgunt. Ob talem igitur tentionē atque molestiam, & totum aliud corpus laborat, sed præ cæteris vterus qui cognatus est recto intestino. Nihil autem mirum, si propter vehementes atque frequentes exurrectiones ac tentiones, conceptus * abortitur, quando & ex alijs omnibus fortibus motibus atque doloribus mulieres grauidæ solent abortire.

* abortitur.

Infans in vtero sic cōtinetur. Summa pars clunibus continuatur, genua oculis sunt appposita: vnde & concaui exeunt, & genæ dicuntur.

DE

3. Aph

Gal. li. natur. cultat.

DE ABORTV. CAP. XXII. A si, vel etiam totus partus corru-

Vide etiam in sequenti capite quædam abortum facientia.

ptus & putris, ac in noxiâ san-
niem dissolutus, vteri tunicam
eius occasiõe irritat ac mordet.

3. Aph. 13.

Si hyems australis & pluuio-
sa & serena fuerit, ver autē
siccum & aquilonium, mu-
lieres quibus [♀] ad ver in-
est, ex quacui. [♀] casione ab-
ortiuunt. Quæ verò parient, im-
becilles & morbidos infantes
pariunt: quare vel statim inte-
reunt, vel tenues & valetudina-
rij viuunt.

Gal.

Corpora siquidem humida,
ac mollia & laxa facta, hyeme
serena ad intimas sui partes aë-
ris ambientis frigiditatem faci-
le admittunt. Ita quod quicun-
que infantes longo tēpore ca-
lori sunt assueti, percussi vehe-
menter à frigore, non absque
causa, hi quidē iam mortui in
ipso vtero sunt, hi verò in ipso
partu moriētur. Qui verò viui
in lucem eduntur, non ferētes
subitam ad contrariū transmu-
tationem, vel breui post tēpo-
re moriuntur, vel exiles atque
insalubres creati, vix in vita
perdurant.

Gal. lib. 3. de
naturalib. fa-
cultatibus.

Aborsus triplex est causa, aut
moles nimia, aut pondus ali-
quod, aut morsus. Moles, vbi
amplius distendi vterus nō to-
lerat: pōdus, quum supra vires
eius sit quod continet. Morsus,
vbi vel humores qui prius in
membranis continebantur, his
ruptis in ipsum vterū sunt effu-

*Simplicia abortum facientia, ex
Plinio.*

Elaterium grauidis abortum
facit, Plinius lib. 20. ca. 2. Olym-
pias Thebana, maluas aborti-
uas esse cum adipe anseris, Pli-
nius lib. 20. cap. 21.

Cypero fœtas fœminas quī-
dem aborris facere non dubi-
tat Apollodorus lib. 21. cap. 18.
Polio abortum fieri poto li. 21.
ca. 20. Portentum est quod tra-
dūt cedri succo abortiuum fie-
ri in Venere, antè perfusa virili
tate lib. 24. ca. 5. Tantum inest
fœmini dracunculi virus, vt ol-
factum grauidis abortum infe-
rat lib. 24. cap. 16. Prægnans si
edat onosma, aut supergredia-
tur, abortum facere dicitur lib.
27. cap. 12. Viperam mulier præ-
gnans si transcenderit, abortū
faciet lib. 30. cap. 13. Si castoreū
fibrumūe supergrediatu graui-
da, abortum facere dicitur, &
periclitari partus si superfera-
tur lib. 32. cap. 10.

Si prægnans radicem cyclā-
mini transgrediatu, abortum
fieri tradunt. lib. 25. ca. 9. Neu-
tra filicū danda fœminis, quo-
niam grauidis abortum, cæ-
teris sterilitatem facit.

Plinius libro 87.

cap. 9.

K

GRAVIDIS QVAE CON- A
ueniāt, uel non. Cap. XXIII.

*Nutricatus quo alende sunt
grauide.*

*Paulus lib. 1.
cap. 1.*

VTantur grauidæ à varijs
symptomatis se præser-
uandi causa præfenti cō-
moditate, in ambulationibus,
alimentisq; haud nimium suzui-
bus, vino giluo & odorato, im-
primis autem quinquenni. cæ-
terum potationi perpetuò nō
nisi mediocri indulgeāt. Quip-
pe hæc omnia tum superfluita-
tum saburrā, tum crebrā quoq;
vomitionem non dico compe-
fcere, sed arcere etiam consue-
uerunt. Atqui medicamento-
rum in eadem affectione pro-
uinciam pulchrè subeunt, san-
guinalis herbæ, quæ *ωδύρονα*
Græcè vocatur, in aqua elixæ
decoctū potum: pariter & ane-
thum, radixq; pōtica profunt.
hæc indiscriminatim tam antè,
quàm à cibo, cum prima tum
secunda mensa, sumi utiliter
possunt.

Aërem vtero gerens colat tē-
peratum, pauco tribus primis
mensibus vtatur exercitio, som-
no indulgeat modesto, aluus
sit probè cita.

Clyster.

Si aluus astricta sit, inijce cly-
sterem pulli iure, medulla cas-
siarum saccharo & oleo cōcin-
natum.

Purgatio.

A quarto mensē vsq; ad septi-
mum si materia turgeat, auto-
re Hippocrate, medicamento
non violento purgetur, verbi
caussa, cassiæ fistularis medul-
la pulli decocto macerata, aut
manna. Vel ex his addito sac-
charo & auro buccellarum ca-
tharticum conficere potes.

Venæ sectio.

Quamquam Hippocrates Ga-
lenusq; dixerint abortum pa-
ti mulieres vtero gerētes, si san-
guinè vena miserint: passim
tamen video medicos quarto,
quinto & sexto mense axillare
venam, interdum medianam,
& quam saluatellam vocant,
audacissimè incidētes his qui-
bus opus est: nec propterea pe-
rit fœtus.

Cataplasmata & emplastra.

Forissecus autē præcordijs
œnanthē, syluestris punicæ flo-
rem, balauitiū, cytisi (al. cytinū)
ac smyrnij comā, fœniculiq; se-
mē cataplasmatris modo appli-
care expedit. Neq; vel tantillū
interest vtrunq; misceas, cū pal-
mulis uē, an vino veteri, modò
loco prædicto imponas. Ostio
li præterea ventriculi lancina-
tionibus (quos *ωσπλιωμύς* Græci
nuncupant) aquæ calidæ potio,
deambulationes tranquillæ, præ-
cordiorumq; quod è molliori
lana conficitur, * sceparnon, se-
penumero succurrūt. Si ex de-
bilitate renum & ligaminum
abortum

*Aegineta li.
1. cap. 1.*

* sceparnon, se-
id est, tegu-
mentum.

abortum metuas, post inūctio-
nes ceratū istud deferat, quod

℞ Mastiches vn.s. ladani dra.
iij. ceræ citrinæ drag. ij. bistor-
tæ, galbulorum cypresi, hypo-
cisthidis, acaciæ, sanguinis dra.
terræ lemnix, rosarum rub. gle-
bæ armeniacæ ana drag. j. s. cō-
cinna ceratum oleo myrthino
& terebinthina exceptum, co-
rio imponatur.

Cæterum si renes viribus ex-
frigore destituantur, loco præ-
dicti cerati sequens admoue.

℞ Mastiches drag. vj. ladani
dra. iij. s. ceræ citrinæ, colopho-
niæ, picis naualis, styracis ana
dra. j. s. galbulorū cypresi, mē-
thæ, galagæ, galliæ moschatae,
thuris, galbanes, gommi, myr-
rhæ, ana drag. j. s. fiat ceratum,
addendo vbi opus est terebin-
thinx quantum sit satis.

PICAE SEV MALACIÆ

et fastidij curatio, Cap. XXIII.

Fastidiosas & ab edulij ap-
petitus auersione laboran-
tes, diuersi generis dapib.
vesci, amylo arido, hoc est, pla-
centis, aut alijs nōnullis ex tri-
tico esculentis, genioq; liberi-
us indulgere hortando restitue-
es. Peculiariter verò & magnifi-
cè hæc grauidis conferunt, quæ
telluris glebam deglutire gesti-
unt, quemadmodum in mala-
cia, quam Græci *νίσιον*, id est, pi-
can indigerāt: quæ circa terti-
um à conceptu mensē ideo

A plerunq; ingruit, quod neque-
at tum partus ob imbecillita-
tem, omne quod à locellis nu-
trimēti causa recipitur, neque
conficere, neq; consumere su-
peruacanea, ob eam causam, ac
varia in stomacho retrimentā
(quibus *νεπιτόματα* Græcè no-
men est inditum) veluti strues
congeruntur: vnde tam diuer-
sarum, tanquam portentosarū
rerum nascitur prægnantibus
appetitus: Verbi gratia, carbo-
num extinctorum, cretæ cimo-
liæ, & id genus innumerorum
fermè: ex qua ratione nomen-
claturam hanc id malum inue-
nit, ob picturatā illam scilicet
eius auis varietatem, vel quod
B istiusmodi affectus illam subin-
de auem impetat. Escæ porro
desiderium, exercitationes, &
longiusculæ peregræ profectio-
nes restituūt. Quod si quæ citra
laborem in ocio degere assue-
uerit, hæc subitas motiões gra-
uida haud commodè subierit.
Prodest præterea cibum abhor-
rentib. nonnunquā acria quæ-
dā, præsertim sinapi, degustare.

Prauas qualitates appetunt,
quibus ventriculi tunicæ pra-
uo aliquo excremento sunt im-
butæ. Atq; cōsuevit huiusmodi
affectu mulieres vitiosis humo-
ribus refertas infestare, idque
quū vtero gestant. vocatur pa-
thos ipsum citta (id est, pica, si-
ue malacia.) Apperunt autem
maximè per hunc affectum &

Gal. lib. 1 de
sympt. cau-
sis.

acida & acerba, nonnunquam acria quoq;. Interdū vel cimo-
liā terram, vel restas, vel extin-
ctos carbones, aut alios huius-
modi cibos absurdos. Atq; cō-
plures earū huiusmodi vitio la-
borant vsq; ad secundū ad ter-
riū mēsem. In quarto verò quie-
scūt, partim q; vomitione vitia-
ti humores expurgātur, partim
quòd concoquūtur, vtpore exi-
guum cibi tum sumente mulie-
re ob fastidium, partim etiam
quòd multitudo vacuatiōe fit
imminuta. Quippe primis duo-
bus mensibus fœtus paucū ad-
se sanguinē attrahit, eo quòd
parum adhuc auctus sit, adeò vt
ne fœtus quidem nominari tū
debeat, sed *cyema potius (id
est, conceptus) Vbi verò iam in-
creuit, tum plurimo indiget a-
limento, atq; tum nō id quod
optimum est ē venis allicit: ve-
rum etiam quia maiorem ali-
mēti copiam requirit, aliquid
vitiōsi simul attrahit. Ita fit, vt
vniuersum corpus & plethori-
con (id est, plenū) esse desinat,
& minori humorū vitio crucie-
tur. At fœtus ipse excrementa
quæ ab attracto redundant ali-
mēto, ad duas reponit mēbra-
nas. Quò fit vt ipse quoq; & ma-
iōri humorū vitio, & maiōri in-
temperie infestetur, quādo qui-
dē à vitioso sanguine alimentū
sumit: nisi grauida mulier resi-
duo, quo vterum gerit tempo-
re, optimis vtatur cibus. Mala-

* *cyema*

cia viris etiam nonnunquā ac-
cidit, qñ ipsis quoq; vitiatu hu-
mores ad ventriculi osculū de-
fluūt. Huiusmodi symptomata
circa alimēti appetentiā eueni-
re solent. Fit fastidiū eadē, qua
pica, ratione, læso ore ventricu-
li in mulierb. grauidis. Cōtin-
git autem propter vitiosos hu-
mores totū corpus occupātes
tale aliqd accidere: verū hoc cū
horrore & febre patiuntur, &
his distingūtur à grauidis. Hæc
Gal. in cōmentario 61. senten-
tię, qntē sectiōis: Si mulieri ces-
set purgatiōes, neq; febris, &c.

Vnguenta.

Ventriculi os in malacia an-
te prandium hoc inungito vn-
guine, pannū calidū superpo-
nēdo: R; olei spicati vn. j. masti-
chini, olei ex cotoneis an vn. s.
friamētorū corallij rub. caryo-
phyllorum, mentæ siccæ, cala-
mi odorati, galliæ moschatæ
an. dra. s. cera excipiātur in *vn
guentum. Si discutere cupis fla-
tus, ilia & aluū inunge oleo li-
lino composito. Si renes ex ca-
lore debiles fuerint, R; olei
myrthini vn. j. s. olei rosacei, o-
lei mastich. succi plantag. aut
fedi ana vnc. s. friamenti glebę
armeniæ, terræ lemnia, hor-
dei vsti, santalorū rub. acaciæ,
fructuū myrti, hypocisthidis,
fructus oxyacanthę ana. dra. s.
cera excipiantur in vnguentū,
addito pauco aceto.

* *ungentū*

Eclegmata & pulueres.

Diamarga

Diamargariton vtraque con-
fectio. R̄ conferuæ ros. confer-
uæ vtriufq; buglofsi ana vnc. s.
diamargariton vnc. iiii. marga-
ritarum dra. ij. fragmentorum
lapillorū preciosorū cōmuni-
um drag. j. corallij rub. fcrū. ij.
trita subtiliffimè misce, & cum
ferapio rosaceo addito auro fi-
at confectio. dato cochlear.

Si adfunt flatus.

R̄ Cinnamomi electi vnc. j.
caryophyll. nucis moschatae,
cardamomi ana dra. ij. zingibe-
ris vnc. s. piperis drag. j. croci
dra. s. friaro, & friameto saccha-
ro misto vtrorū cum cochleari.

VICTVS CONVENIENS

*gravidis contra abortum & a-
liis. Cap. XXV.*

ARnaldus Nouauillanus
hanc vini confectioem
pro fœtu retinēdo in vte-
ro descripsit. R̄ Zingiberis, ca-
ryophyl. an. dra. j. spice, piperis
albi ana drag. semis, galange,
ariisi, carei ana drag. ij. fiat vinū
aromaticum addito saccharo,
q̄ diluatur aqua decoctionis
vuarū passarū aut glycyrrhizæ.

Cāueat vtero gerens à labo-
re, exercitio vehementi, saltu,
russi, coitu, balneo, frigore ex-
terno, ira, tristitia, timore, vo-
mitione forti, rebus acuris &
amaris, vt sunt cappares & oli-
uæ acerbæ, ab his quæ menses
cient, & abortum faciunt.

A Si aliquid tamen ardentē
desideret, id nō est profus de-
negandum, & si nō conueniat.

Cibi boni succi exhibeātur,
vinum propinetur odoratum,
maturum, non album, sed pa-
rum tendens ad fuscum.

Vtatur fructibus maturis a-
stringentibus, cuiusmodi sunt
cotonea & pira, mala punica,
nucis ponticæ tostæ, castaneæ
limonium pomum, malum au-
reum, quod arangiam vocant
Galli.

Vitet porrum, allium, cepas,
sinapi, cicera arietina, petroseli-
num.

Deferat preciosos lapillos,
verbi gratia, sapphirū, hyacin-
thum, corallium, * corneliam,
adamantem, * tursciam, &c.

* Corneolā.
* Turciā, uel
Turcesiam.

CONTRA PEDVM TV-
mores pregnantium. Caput
XXVI.

ADuersus pedū tumores,
præsentissima cum vtili-
tate, solastrum, quam au-
thyllidem vocant, in aceto ma-
ceratū & brassicæ latioris fo-
lia, nec non & creta cimolia ex
aceto illita, alumē pariter ex a-
ceto, adhibentur. Profunt item
mala medica siue citrea, in a-
qua lauandis pedibus elixa.

Brassicas in æquali vini &
aceti quantitate coquito, & eo
pedes tumētes foueto, aut em-
plastri modo imponito, vel cy-

Aeginetā.

Arabes.

moliam fabrorum ferrariorum aqua macerato, addito pauco aceto, & illinito. Vel rosaceo, aceto & cimolia simul confusis pedes illine.

Papyrus aceto soluta imponatur. Dracontij folia etiã ad motavtilia sunt. Vel foueantur pedes decocto ramenti cornu cerui aceto & vino macerati.

DIFFICVLITAS PARTVS,

Augonia. Caput XXVII.

Cause.

*Gal. lib. de fi
nit. medi.*

PArtuum difficultates trib. modis eueniūt, in pręgnãte, in fœtu, & in exterioribus. In pręgnante, quum irascitur, zelotypia laborat, vel molestijs, vel alio affectu. Si meatũ plus iusto angustiozem habet, aut pinguiorem, tum primum parit, aut minimẽ amplã habet vuluam comparatione partus. In pariente, quando abortũ parit, aut gemellos, aut monstruosum quippiam: extrinsecus hyeme, aut estate supra modum vehementi torrentiũe, pariendi difficultas nascitur, vel culpa parētis, vel culpa fœtus, vel chorij vitio (est autem chorion inuolucrũ, quo partus in vulua parentis inuoluitur) vel per ea quę foris accidunt. parientis quidẽ culpa, aut propter crassitiẽ & pinguedinẽ, aut ob arctã & exiguã matricẽ vniuersã, aut si dolorũ impe-

Aegineta.

Arita sit, aut timidiuscula, aut ob animum pusillum, aut inflammationem matricem occupantem, aut aliud membrum, aut quocũq; alio morbo affectam, aut suapte natura valetudinariam, vel viribus destitutam, extrudere fœtum non valentẽ, aut ante legitimũ parturitionis punctum pariẽtem. Item si os ceruicis vteri obliquum fuerit, aut eidem caro aliqua ob vltus quod præcessit adnata sit. Vel quia puella citiũs quã parit parit, aut non consuevit vterogere, vel quia annosa anuluẽ est: nam annis confectæ difficillimẽ pariunt.

Arabes.

B Culpa verò fœtus, vel quum supra modũ ingens est, aut nimium pusillus, & nec magnopere ponderosus, aut amplissimi capitis, aut monstrum: verbi causa, biceps, aut mortuus: aut viuens quidem, sed imbecillis, neq; potens in lucẽ progredi: aut quod complures partus sortita sit: quinque nanque simul à quadã in lucẽ editos asserit Herophilus. aut q non naturaliter dispositus sit fœtus, neque ad exitum quadrãs corporis figura. Est enim uero naturale fœtus in lucẽ edendi schema: primũ quidem & præcipuũ embrij, schema in caput, manibus in femora dispositis, porrectis & extensis, & ne paululum quidem perperã declinans, sed rectã os versum caput

Aegineta.

*Fuchsius
Philonis*

caput porrigens. Secunda vero fetus forma, recta in pedes, ne tantillum quidem ab eo tramite declinans, probatur. Præter hæc duo, omnia cætera in lucem edendi partus, præter naturam, ne mostrosa dicam, existunt schemata: ut si caput in dextrâ aut sinistram vteri partem inclinat, vel si altera, aut vtraque manus exeritur, cruraq; interiùs à se inuicem diducuntur: aut si fetus altero pede pedit, altero interiùs retento: aut si duplicatus alicui vteri parti innititur. Vitio autem membranæ chorij puerperij difficultas fit, vel quum non auellitur propter crassitiam, vel quum antequam cõueniat auellitur, ob tenuitatem & macilentiã: humore siquidem qui in vtero collectus fuit, vacuato, ægerri-
mè delabatur embryon propter ariditatem. Si quæ extrinsecus occurrant, in causa egræ parturitionis sunt, siue frigore condensante, siue calore immodico disijciente potentiam, aut alio quopiam euentu incurfante: causæ externæ ex parientis & assistentiũ sermonibus cognoscuntur.

Notæ.

Debilitas quoq; pariētis, veluti etiam pinguedo, ex habitu corporis deprehenditur. Ex morbis etiam præcedentib. facile in imbecillitatis cognitionem veniemus, Fœtus imbecil

A litas ex debili ac tarda motione cognoscitur, qui si mortuus fuerit, à motu prorsus cessat, vètris frigiditas adest, atq; dolor iuxta vmbilicum grauis, spiritus exhalatur fœtidus, faciei color prauus. Magnitudo fetus ex parentum corporis constitutione, ac vètris parientis mole conijcitur. Crassities secundæ inde colligi potest, quod prædictorum signorum nullũ adfit, & parturiens robusta, facilisq; fetus motus sit.

Præfagia.

Vide prædictiones in capite de conceptione fetus præscriptas. Mulier post annum quintum & vigesimum primò cõcipiēs, difficulter pariet. **B** Pinguis mulier sicut difficile concipit, ita & ægerri-
mè parit. Si dolor ventris imas partes tētat, cum parientis virium robore, & nulla adfit anhelandi difficultas, in muliere temperaturæ & ætatis mediocris, bono est. Si dolor ad ilia & os sacrum tendit, difficillimè pariet.

Mulieri quæ vterinis molestat, aut difficulter parit, superueniens sternutatio, bonũ.

Quæcunq; vtero gerentes à

5. Aph. 35.

febris corripuntur, &c. Vide in capite de conceptione. Mulieres quæ in nauib. pariunt, muros edunt. Primiparæ, & quæ rariùs pariūt, plurimũ in partu & puerperio laborant: quæ verò crebrius pariunt, mi-

nus. Oscitatio in enixu letalis A
est. Plinius lib. 7. ca. 6.

PARIENDI RATIO.

Cap. XXVIII.

Aegineta.

Obesam mulierē in lectulo pronam, hoc est, in caput propendentē, & vultu in terram deiecto figurare oportet, flectentem inclinanteū genua ad femora, quo vterus ad abdomen tēdens, ē directo oris sit. Digitis verò pinguedinibus, verbi gratia, butyro, oleo, axūgia anatis, gallinæ & similiū, delinire os oportet, & sensim dilatare. Quod si igitur astrictioni aut densitati quasiq; cuneationi difficultatis parienti culpa imputatur, laxatione primitus succurrito, infundēs iugiter oleum dulce, & calidū, & elixationem fœnigræci, aut malug, aut feminis lini, aut etiā oua, laboris mitigandi gratia. Deinde pubem cum epigastrio & lumbis cataplasmatris modo illinito cū semine lini, aut melicrato, aut hydrelæo, encathismatis præterea consimilibus. Insuper laxationes balneis aquarum dulcium moliri oportet, præterquā si febris, aut alia quæpiā prohibeat occasio: mouereque parientem lectica sellaue, in aëre temperatē calido. Nonnulli verò concussionibus vehementibus ac violentis vtuntur, & sternutamenta

adhibent, animo patido existētem, quasiq; detrectantem horari & animare decet. Inexpertam doloris partus admonere expedit, vt constanter spiritum contineat, & validiore nisu conceptionem ad os vteri protrudat. porrò sensum non tentantibus odoramentis animo deficiens recuperanda & creāda est: refocillata verò mediocriter nutrienda est alimento haud multo, &c.

Quod si inflammatio, aut alius quispiam morbus vterum infestari, huic etiā ex propriis capitibus succurrendū, ac prospiciendū erit. Vbi infans præmagnus fuerit, ea adhibenda quæ dilatare & laxare os vteri possunt. Vbi autem præternaturam conformatum embryonem est, schematicum naturalem reddito: nunc quidem impellēdo, nunc verò adducendo, nunc flectendo, nunc verò dirigēdo. Et si quidē manū prætendit, aut pedem, mēbrū apprehēsum arripere minimē oportet: magis nāq; obstruitur, aut debilitatis artibus impotens euadit, aut etiam frangitur interdum. Sed digitos ad humerum aut coxē dicem fœtus trahendo, denuò prominentem infantulum in locum suum reducito. Porrò si cum oris vteri *compressio-
ne, totius infantis indecora fuerit figura, rursus ab ore vteri in superiora quāprimū eun-
dem

Syncope.

* absq;
sione

Fu

Aegi
Acti

* sphenosi, id
est, obstru-
tione uel im-
patione.

dem attollito: deinde comprehensum denuò in os ipsum dirigit. Si autem gemini aut terni, pluresue fuerint, ac ceruicem vteri obsederint, reliquos propellere ad fundum vteri oportet, & eum qui magis paratus videbitur, prius educere, verum cuncta paulatim, & * absque partus ruptura facito, oleo perfundens locos. Oportunum porro tempus ad collocandum in sella est, vbi matricis ostium apertum digito se offert, ac pars eius prominet.

Euchsius.

Porro si fetus tunica, seu secunda crassior fuerit, ac solidior quam ut rumpi possit, dissectanda erit. Quibus autem humor in tunicis contentus, ante congruum tempus effluxerit, ita aut loca exaruerint, ouorum albuminibus cum maluae aut fœni græci decocto excolato, aut ptilianæ cremore tepido perfundemus. Verum si non procedat, quod infans mortuus sit, aut caput nimis magnum, vel etiam aliam ob causam ad fetus extractionem seu sectionem, quam Græci *ὑβρυνάριον* appellant, veniendum est.

*Aegi. lib. 6.
Actius li. 16.*

PARTVS IUVVANTIA.
Ex Plinio. Cap. XXIX.

Partus putat semine cucumeris syluestris iuuari, si in arietis lana alligatum insciētis lumbis fuerit, ita ut pro-

tinus ab ea eximatur & rapiatur extra domum ipsam lib. 20. cap. 1. Bulbi hortenses partum accelerant cum sapa, aut passo sumpti, lib. 20. c. 9. Secundos partus ciet apij semen, lib. 20. c. 11. Seseleos folia vtilia sunt, ut quæ partus adiuuet etiam quadrupedum lib. 24. c. 5. Suffitu allij secundos partus euocari existimauit Hippocrates, lib. 20. c. 6. Cunilago mollis, montana, serpillo similis, purgat à partu mulieres li. 20. c. 16. Dalion herbarius parturientibus ex aniso cataplasmata imposuit cum opio, lib. 20. c. 17. Parere quoque facilius anisum olfactates Pythagoras docet, & statim à partu dandum potui * polenta aspersa, ibidem. Constat parturientes folijs maluarum substratis celerius solui, protinus à partu reuocanda, ne vulua sequatur. Dant & succum maluae bibendum, parturientibus ieiunis, in vino decocta hemina, lib. 20. cap. 21. Caulis & folia œnanthes herbæ cum melle ac vino nigro pota, facilitatem parienti præstant, secundasque purgant, lib. 21. cap. 24. Sonchi succus trium cyathorum mensura, in vino albo & oleo calefactus, adiuuat partus, ita ut à partu ambulent grauidæ lib. 22. cap. 22. Palma suffitu partus extrahit, li. 23. c. 5. Sunt qui celeritati partus multum conferre putent, radice lauri acetabuli mensura

* *inpersum
potui polenta
instar.*

L

pota in aqua, efficacius recentem, quam aridam, lib. 23. c. 8.

Laurus Alexandrina siue Læda partus celeres facit, radice pota trium denariorum pondere, in vini dulcis cyathis tribus, secundas etiam pellit, Ibidem. Galbanum bibitur & in difficili partu fabæ magnitudine in vini cyatho, vuluaſq; cõuerſas corrigit li. 24. c. 5. Chamædaphne partus difficiles cit in lana appoſita, lib. 24. c. 15. Cribro in limite abiecto, herbæ intus extantes decerptæ adalligatęque grauidis, partus accelerant, lib. 24. c. 19. Diocles difficile parietibus ſemen fœnigręci dedit acetabuli menſura tritum in nouem cyathis ſapæ, ad tertias partes bibere, vt qui biberint in calida lauarentur. Et in balneo ſudantibus dimidium ex relicto iterum dedit, mox à balneo reliquum, pro ſummo auxilio, lib. 24. cap. 19. Betonicæ dragma bibitur in vini cyathis tribus contra omnia vuluarum vitia, aut quæ à partu fiunt ſecundas morantes, vel partus emortuos, radices panacis appoſitæ extrahunt. Polemonia pota ex vino ſecundas pellit. Centaurij maioris radix deſaſa & appoſita extrahit partus emortuos. Præcipua diſtamno vis eſt, partus emortuos vel trãſuerſos eiſcit: bibitur ex aqua foliorum obolo, adeo ad hæc efficaſ, vt ne in cubiculum quidẽ

A prægnantium inferatur: nec potu tantum, ſed & illitu & ſuffitu valet. Pluribus autem modis & ariſtolochia prodeſt: nam & menſes & ſecundas cit, & emortuos partus extrahit, myrrha & pipere additis, pota vel ſubdita. Secundas pota ciſſanthemos pellit. Mandragoræ ſuccus appoſitus menſes cit, & emortuos partus. Daucum & menſes & ſecundas potum facillimè pellit. Emortua ſcãmõnium pellit, potum vel appoſitum. Radix eſt geranio peculiariſter ſecundis inſtãmationibuſq; vuluarum conuenit. Artemiſię radix pota intantum purgat, vt partus enectos extrahat. Menſes & ſecundas cit ramorum artemiſiæ decoctum inſidentib. Item foliorum pota dragmar: Ad eadem omnia profunt vel impoſita vëtri imo cum farina hordeacea. Anthyllides duæ vuluis vtiliſſimæ, torminibuſque & ſecundarum more, in vino potæ. Radix verbenacę pota ex aqua, ad omnia in partu, aut ex partu mala, præſtantiſſima eſt. Partus accelerat ſcordotis pota, dragma ſucci in aqua mulſa cyathis quatuor. Diſtamni folia præclare datur ex aqua: conſtat vnus oboli pondere, vel ſi mortui ſint in vtero infantes, protinus reddi ſine vexatione puerperæ. Similiter prodeſt pſeudodiſtamnũ, ſed tardius, Cyclaminos adalligata:

gata: Cissanthemos pota. Item betonica farina ex aqua mulsa. Plinius libro 26. cap. 15. Anagyri, quam aliqui acopon vocant, folia difficulter parientibus adalligantur, ita vt à partu statim auferatur, quòd si emortuus hæreat, & secundæ mensesq; morentur, dragmæ pondere bibatur in passo folia, lib. 27. c. 4. Pastilli ex periclymeno, resoluti dati in vini albi cyathis tribus, partum iuuant, secundasq; pellunt, lib. 27. ca. 12. Smyrnij radix partus adiuuat, & secundas pellit, lib. 27. ca. 13. Axungia è sue quæ non peperit syncera, partus in abortum vergètes nutrit, collyrij modo sublita, lib. 28. cap. 9. Tradunt ceruas cum senserint se gravidas lapillum deuorare: quem in excrementis repertum, aut in vulua (nam & ibi inuenitur) custodire partus adalligatum. Inueniuntur & ossicula in corde & vulua perquam vtilia gravidis parturientibusque, libro 28. cap. 19. Tota oua adiuuant partum, cum ruta & anetho & cymino pota ex vino, lib. 29. c. 3. Partus euocat membrana è canum secundis, si terram non attigerit. Cinis herinaceorum cum oleo perustorum custodit partus contra abortus. Facilius enituntur, quæ simû anserinum cû aquæ cyathis duobus forbuere, aut ex vtriculo mustelino per genitale effluen-

Ates aquas. Vermes terreni gravidis secundas pellunt in passo poti. Inueniuntur & in gramine vermiculi, qui adalligati collo, continent partum. detrahuntur autem sub partu, aliàs eniti non patiuntur. Cauendum etiam ne in terram ponantur. Cochleæ in cibo sumptæ accelerant partum. Amphibæna viua in pixide, etiam si mortua sit, atque asseruata, partus faciles præstat. Anguim senectus adalligata lumbis, faciliores partus facit, protinus à puerperio remouenda. Dant & in vino bibendam cum thure: aliter sumpta, abortum facit. **B**aculus quo angui rana excussa sit, parturientes adiuuat. Lapis ætites in aquilæ reperrus nido, custodit partus contra omnes * partuum insidias. Penna vulturina subiecta pedibus, adiuuat parturientes. Ouû corui gravidis cauendû constat, quoniam transgressus abortus alperos facit, lib. 30. c. 14. Cancri fluuiatiles si partus stranguletur, poti ex aqua auxiliantur. Eosdem recentes vel aridos bibunt ad partus continendos. Hippocrates ad purgationes mortuosq; partus vtitur illis cum quinis lapathi radicibus, cum ruta & fuligine tritis, & in mulso datis potui. Ad secundas vti castoreo prodest, cum panace in quatuor cyathis vini,

* al. abortuum.

Mirum & quod de torpedine inuenio: si capiatur cum luna in Libra fuerit, triduoque afferuetur sub diuo, faciles partus facere, postea quoties inferatur adiuuare. Et pastinacæ radius adalligatus vmbilico existimatur idem facere, si viuenti ablatu sit, ipsaque denud in mare dimissa, Plinius libro 32. cap. 10. Crudus brassicæ caulis si edatur, partus quoque emortuos pellit lib. 20. c. 9. Cichorium mulierum purgationibus quidem decoctum in aqua adeò prodest, vt emortuos partus trahat, libro 20. c. 8. Ruta fœminarum etiam purgationes, secundasque, etiam emortuos partus, vt Hippocrati videtur, ex vino dulci nigro pota pellit libro 20. ca. 13. Mentastrum potum fœminas purgat à partu, sed partus necat libro 20. cap. 14. Pulegium secundas & defunctos partus eijcit, lib. 20. cap. 12. Sifymbrium non edendum grauidis, nisi mortuo conceptu, lib. 20. ca. 22. quippe impositum etiam eijcit. Si emortui sint in vtero partus, thymi decoctum in aqua ad tertias prodest, libro 21. cap. 21. Anthemis pellit mortuos partus, lib. 22. c. 21. Silphij folia ad expurgandas vuluas pellendosque emortuos partus decoquuntur in vino albo odorato vt bibatur mēfura acerabuli à balneis, libro 22. cap. 23. Nostri herbarij par

A tus emortuos saluia apposita extrahunt, lib. 22. c. 25. Vino cognata res sapa est, musto decocto donec tertia pars supersit: ex albo hoc melius: secundas, partusque emortuos trahit cum bulbis potum, libro 32. cap. 2. Galbanum abortus non exeutes trahit appositum vel suffitu, lib. 24. c. 5. Chamæpitys mortuos partus, ex aceto cocta potaque; eijcere protinus dicitur, lib. 24. ca. 6. Herba sabina partus emortuos apposita extrahit & suffitu, lib. 24. c. 11. Aron partus omnium animalium extrahit, lib. 24. c. 16. Leporis iecur illitum cum croco & porri succo, vellere appositum, abortus mortuos expellit, lib. 28. c. 19. Si mortuus partus sentiat, equi lië ex aqua dulci potus eijcit, lib. 28. c. 19. Succida lana composita subditaque; mortuos partus euocat, libro 29. c. 9.

Ex monumentis Arabum.

Eligatur obstetrix habens digitos protensos gracilesque; qui bus oleo lilino illitis in debitum schema fœtus exitui paratus reponatur. Vtero gerens aliquot diebus ante partum crebriori exercitio vtatur, aliquando gradus descendat ascendatque, saltationes ante cœnâ colat, deinde ieiuna tali luatur en cathismate.

Infessus.

℞ Altheæ cum rad. M. vj. malue, chamemeli, fertule cãpane, apij

apij ana M.iiij. foliorum lauri, A
lauendule ana M.ij. feminis li-
ni, fœnigræci analib. ij. co-
quatur, quotidie dimidia ho-
ra huic decocto insideat mu-
lier. *Vnguentum.*

A balneo aut inessu epiga-
strum & os sacrum tali inungi
to vnguento. R̄ Olei amygdal.
dulc. vnc. j. pinguedinis galli-
næ, olei lilini, mucoris altheæ
ana vnc. s. cera alba excipian-
tur in vnguentum.

Potus.

Ab inunctione duo ouorum
lutea speciebus aromaticis fe-
quentibus conspersa calidè po-
turi dentur. Sunt item qui vi-
num aromaticum partui pro-
ximis propinant.

Species aromaticæ.

R̄. Cinnamomi vnc. s. cassiæ,
aut croci, cortic. cassiæ fistula-
ris ana drag. j. sabine, betonicæ,
adianti, dictamni fœnigræci,
baccarum lauri, mentæ an. dra.
s. ofsis ex corde cerui scrup. s.
sacchari vnc. j. s. in pollinem
omnia reducito.

Eclegma.

R̄ pharmacorum in specie-
bus discriptorum & friatorum
dra. j. sacchari lib. s. Saccharum
artemisiæ, apiastris succo, aut
liquore stillatitio liquetur, &
inde quadras pond. vnc. s. con-
fice, dato quotidie quadram
ieiunæ, subinde decocti præ-
scripti, aut vini aromatici cya-
thum dimidiatum propinato,

*In hora parturitionis quid faci-
endum.*

Aër parientis esto calidus &
humidus, pira domo (si quæ
fuerint) abijciantur. Lapillos
preciosos portet, quibus vis in
est iuuandi parientes, puta æ-
tites sinistro lateri adalligatus,
Magnes in sinistra manu de-
tentus.

Sortilegæ cacodæmonibus
deuotæ ablegentur.

Partum accelerât dolorem-
que mitigât Iaspis, smaragdus
corallium, styrax tritus & la-
na subactus, & pessi modo im-
missus, cor gallinæ adhuc ipsa
palpitante impositum, radix
ocimi simul cum penna hyrun-
dinis, radix cyclamini, artemi-
sia, draconium genibus alli-
gatum, penna sinistra aquilæ
feu tota ala, aut penna vultu-
ris parituræ pedibus imposi-
ta, vnguis milui sub laboran-
tis interula portata.

B

Ex rostro porcino sertum ca-
piti imponitur. Quum dolores
vehementissimos cum graui
pulis pondere paritura crude-
liter senserit, retentum spiritû
sæpe inferiùs deprimat.

Cataplasmata & emplastra.

Pedes cum contrito polypo-
dio emplastrandis sunt, venter
totus artemisia emplastrâdus.
Fartum internum colocyn-
thidis succo rutæ, & momêto
myrrhæ exceptû toti aluo em-
plastris modo impnatur.

Auic.

Permetrenchyten inijcienda.

Chorio rupto sepe humores qui partum ad exitum iuuant, defluunt, partu in locellis ficcis remanente, tunc iniice decoctum sequens. R. Altheæ cum rad. M. ij. artemisiæ M. j. fœni-græci, seminis lini ana vnc. iij. decem ficus ficcas, coquantur, decocti vn. iiij. adde, olei lilini vnc. ij. moschi granum vnum.

Potus.

Potuidato colamentū aque, in qua hirundinis nidus maceratus sit, verbenacam cum aqua frigida, Adiantum cum vino, aut syrupo rosaceo, Mentam, betonicam, chamæmelū cum aqua & melle, ramentum nucleorum dactylorum, fimum anseris, falconis, aut accipitris cum dulci vino. *Vel,*

R. Corticis casisę fistularum dra. j. aut ij. pulueris dictamni, cum seminis lini decocto, quibus nonnihil cinnamomi semper adde. Medicamentum verò quod in vniuersum omnes difficulter parientes iuuat, est hoc: Recipe cinnamomi electi drag. ij. myrrhæ, casisę ana scrup. j. succini albi dra. j. s. vnà friato, de quo friamento in potu cū vino aromatico potui dato dra. j.

Catapotia & orbiculi.

Globulos sequentes ex eorū quæ partus accelerat decocto potui dabis dra. ii. recipe Sabinæ dra. ij. rutę scrup. iiij. rutæ syluestris drag. j. laserpitij, ammo

niaci, rubiæ passiuæ ana scrup. ij. rutę succo excepto digere in catapotia. *Vel,* recipe Aristolochiæ longæ, piperis, myrrhæ, æquas partes, rutæ succo excipe in orbiculos,

Eclegmata.

Recipe Myrrhæ, castorij, sty racis ana vnc. s. cinnamomi & sabinæ an. dra. ij. melle despumato excipiantur, & cochlear vnum cū seminis lini & iuniperi decocto ex vino calidè dato. Sternutamenta profunt.

SECUNDÆ RETENTIO.

Cap. XXX.

SECUNDA siue chorion est membrana totum fœtum inuoluens, venis & arterijs contexta, duas habens tunicas, vel, vt alij volunt, tres, matricis venis arterijsque cohærens, per venas etenim illas sanguinem quo fœtus alitur, attrahit, per venam vmbilicalem ipsum administrando, per arterias item vmbilicales ad cor fœtus refrigerandum aërem trāsmittit. Mediante enim radice, & qui ab ea oriuntur villis capillaribus, plāta solo connectitur, à quo alimentum per ipsos villos sibi trahit, pari ratione fœtus per venulas in secūda sparsas & arterias, quibus locellis hæret, suctu sibi alimentum fœtus capit. Est & secunda membranula à filio Albohali Arabes biles

*Gal. lib. de se
mine genita-
li.*

Arabes.

*Euch.
Rodij*

biles dictus. Item ab umbilicali vena ac vase quodam, per quod sibi fœtus urinam mandat, ortum trahit, quod plicas (rugatæ vestis figura) plurimas habens, ac anfractus, in quibus vrina fœtus ad ipsum missa reconditur, ab umbilico infra, fœtum ipsum totum inuoluit. Est & membrana tertia tenuissima, quæ fœtui proximior prorsus ipsum circumdat, & intra se vniuersum fœtus sudorẽ receptũ seruat. Prima igitur membrana & extima humores in locellis collectos à conceptiõẽ, qui neque auctioni, neq; nutritioni fœtus, ne fœtui noceant, arceat, sed inter locellos & hanc membranam ad partum vsque seruantur, & hæc secunda, siue chorion dicitur, quæ natura aut obstetricis digitis hora parus disrumpitur. Secunda membrana biles dicitur, qua ab umbilico partes fœtus inferiores reguntur, rugosa est, cavitates receptaculaq; habens, quibus detinetur humor erodens & asper: verbi causa, lotium, sudor. quãdiu enim fœtus in matris vtero est, urinam emittit, per venam ab umbilico pertinentem dictam membranam, & non per urinæ meatus assuetos siue naturales. Tertia membrana vniuersum fœtum regit, & urinam in bile membrana contentam, ne pusioni noceat, arceat, mollior quàm secunda

A membrana est, ne detrimẽtum fœtui inferat: hanc obstetrices pueri armaturam, Auicẽna abgas, vocant.

Secundam extrahendi modus.

Porro fœtu excusso frequenter accidit, vt secunda in vtero firmiter adhærescat, quod vbi euenit, tum interdum os vteri apertum, interdum clausum reperitur, secundinaq; ipsa nõ nunquam vteri fundo adhuc coniuncta, nonnunquã seiuncta est. Si itaque os vteri diductum fuerit, & secunda quæ inibi relicta est, alicui parti vteri orbiculatim ac pilæ modo conuoluta inhæserit, facile educitur, manu siquidem sinistra calida pinguiq; illita in fundũ demissa, secundam sublabentem extrahere oportet. Si autẽ fundo vteri sit cõnexa, demissa simili modo manu calida, & pingui inuncta apprehensam secũdam trahemus, non tamẽ in reũtum, ne vterus procidat, neq; violenter admodum, sed leniter ac placidẽ primum in obliquũ diducemus, huc atq; illuc circũagentes: deinde paulò validius attrahemus, hoc enim pacto obsequuntur, & à connexu soluuntur. Quod si vuluẽ os clausum fuerit, perfusionib. vtetur, & sinistrae manus digitis leniter aperire & paulatim dilatare conabimur. Quod si non successerit, mulieris pubi fomenta, perfusiones, vnguen-

Fuchsius.

taque emollientia & relaxantia adhibere conuenit. Si robusta fuerit, eo tempore etiam sternutamenta ex castorio, pipere & similibus confecta naribus admouenda sunt. Hinc est quod Hippocrates 5. aph. 49. sic scriptum reliquerit: Vt secunda procidat, sternutatoria apponito, & nares & os apprehendito.

Eclegmata que cerebrum & cor confortant exhibeto: verbi causa, diamargariton, dianthu, pliris cum moscho, potio moschata.

Encathismata.

Infessus sunt ex folijs & surculis allij. Aut ex chamæmelo & chamæacte.

Linimenta, inunctiones, & portada. Vide in capite de difficultate partus.

Os vteri illinitur croco & leporis coagulo. Inungatur vterus oleo lilino, aut sambucino calido. Agra cingatur fenestâ anguium. Coxæ adalligabis artemisiam aut absinthium tritum.

* sambucino
per a. in ante
penultima.

Potiones.

Potiones denique aliquæ earum quæ menses prouocant propinanda. Quæ quidem omnia primo, aut altero die peragenda sunt. Vide potiones scriptas in capite de difficili partu, & de suppressis mensibus.

Bibenda ite decoctiones rosarum recentium, allij, artemisiæ, faseolorum rub. pralsij, ab-

A rotoni, altheæ, pulegij, dauci, mentastri, petroselinii, polytrichi, mercurialis, rubiæ quatingitur, dictamni, artemisiæ, polytrichi, petroselinii, marrubij mercurialis, absinthij, pulegij, verbenæ, porri, rutæ, hyperici. Ad secundas, & partus emortuos extrahendum, ex Haly abbate. R. Sabinæ, aristolochiæ, pensæ, acori partes æquas, friata melle excipito, portio esto j. drag ij. ex lupinorum, mentastri & sabinæ decocto. Vel,

R. opopanax, galbani, felis bouis ana drag. ij. castorij drag. j. detur potui cum maratri & sabinæ decocto.

Virsi colé iuniperi lachryma *Haly.* inungat & coeat, exhibit statim foetus & secunda.

R. Sabinæ, lupinorum ana drag. j. myrrhæ opopanax ana dra. s. castorij scr. s. in tenuissimum pollinè radacta potui dato cum brassicæ & pulegij decocto.

Suffitus.

Præterea suffitu vtendum, de costis in olla artemisia, iride, sabina, pulegio, calamintha & similibus, olla sellæ supposita, cui mulier vestimentis vndiquaque circūsepta infideat. Quia verò grauitate odoris & caput replet, & stomachum euertit, odorem ita iugiter suffiendâ sunt, quæ possint his malis aduersari, & secundam subducere. Ad quos vsus excellent cardamomum, bdellium cum

Fuchs.

cum fabina, thus, styrax, ladanum, agallochū & huiusmodi.

Vel suffiatur ægra vngulis equi, asinæ, capræ, stercore bovis, equi, columbarum fimo & aquilæ, porri semine, allio, picea, veratro candido, nigella, aristolochia longa.

Vel rutam, prasum & abrotonum, trita parum dilue oleo lilino, ferueant paululū, & mulier pannis recta vaporetur.

Auicenna.

Pessi.

Pessos cōcinnato ex allio, asphaltro, lasere, balsamo, stercore accipitris, galbano, gentiana, sagapeno, scāmōnio, bryonia, iride, nitro, dictamno, excipiendo succo artemisæ.

Æ Aristolochiæ vtriusque, sabine, nasturtij partes æquas, trita in pollinem bouis felle excipe in pessos.

At si secunda non obediat, dilaceranda non est. haud multis enim postea diebus putrefacta, & in saniē soluta excidet.

PVERPERÆ CVRA.

Cap. XXXI.

SI peperit masculum, triginta diebus lecto iacet: si feminam 40.

Nonnullæ tamē statim à partu resurgunt. Cuius enim crudelis partus est, & cubilis exitus tardus, in primis tenuē vitū huic exhibere oportet. Symptomata à partu mulierem tor-

Aquent, quæ proueniunt è sanguinis suppressione, aut ipsius fluxu nimio, aut adsunt vlcera ex ligamentis ruptis. Ex sanguine retento sequuntur vertigines, animi deliquia, febres, & tandem omnes morbi, qui suppressos comitantur menses. Si prædicta puerperam torquent, tunc statim à partu saphena vena secanda est, modò vires adsint minimè ficulneæ. Sanguinis fluor sistendus vti dictū est, in mēsum nimio fluxu: febres profligandæ his quæ de febrilibus peculiari dicentur. Dolores sedandi sunt acopis, anodynis, cataplasmatibus, inunctionibus. Danda etiam potui tryphera magna cum opio ex vino. Si crudelissimo tentetur affectu, sequentis eclegmatis drag. s. aut dra. j. potui dato cum artemisæ decocto ex vino calido. nam statim dolorē sedat: & piperis longi, seminis herbæ Apollinaris cādida ana dra. v. opij Thebaici, croci ana drag. ij. s. pyrethri, castorij ana drag. s. ammeos, baccarum lauri, cymini, fol. rutæ sic. calamētiana drag. j. s. margarit. hyacinthi an. drag. s. molchi electi scrup. s. excipiantur melle depumato in eclegma, & feruetur sex mensibus antequam quicquam detur.

M

MONSTRA. CAP. XXXII.

*Gal. lib. defi.
nitio num.*

Monstra, vt aliquibus placet, sūt propter inclinationē vuluē, semē enim effusum inæqualiter, monstra facit: sic & plumbū calefactum, posteaquā inæqualiter fufum est, inæqualia facit simulacra. Monstra autem defecta fiunt, quædam magnitudine, vt quæ magno sunt capite prædita: alia paruitate, vt quæ parua habent capita: nonnulla abundantia, vt quæ sex digitos in altera manu habent.

*Marcel. Virgili. in Dio-
sc. lib. 4. ca.
242. in lauro
Alexadrina.*

Vidimus aliquando (inquit Marcellus) ex Gallia Italiā aduectum hominis in natura Monstrum, quod per vrbes ad spectaculum quæstus causa à plerisq; circūferebatur. Id puer nondum plenæ pubertatis erat, cui ab anteriore parte interinum pectus & vmbilicum eiusdē sexus paulò minus quā integer alius pendebat homo, alterius illius & integri, ex quo pendebat tertia ferè pars, caput illi tantum & superiores humerorum partes deerant, quæ veluti insitione quadam in integro illo latentes, tam apta quo diximus loco coaluerant, vt sine labore vitæque rædio, duo simul paulominus quàm tota corpora in vno homine viuerent. Brachia incepta illi tantum videbantur, re-

Aliquum vndique integrum corpus erat, quod ad alterius sensus necessitatesque omnes etiam moueretur. hactenus Marcellus: Hoc ego etiam vidi in padocheo quodam in oppido Castauariēsi Pictonum, quum tertium decimum ætatis annū agerem, anno à Christo nato, aut passo 1516.

Octauo die Februarij, anno Domini 1541. in castro diui Amandi Alliferi in solo Borbonico, ex iuuenula quadam mihi notissima natum est monstrum, hominis effigiem à capite ad vmbilicum vlg; referēs, ab vmbilico infra, crurum pedumq; ac digitorum pedis loco substituta erat cauda sirenum modo, pyramidalis figura, in latum tamen pedis magnitudine desinebat. Tinctum fuit hoc monstrum Christianorū lauacro, horamq; à partu duntaxat vixit.

Vidimus (inquit Alexāder) mulierem sine brachijs natam, pedes pro manibus, ad nendi suendiq; artem habuisse. Eandem nos quoq; vidimus in castro Amandino Allifero anno Christi 1540. nentē, sumentem, pedibus (manuum vice) cyathum vini apprehendentem, & cultello panē scindentem, & bellantium more pedibus arreptis baculis tympanū bellicum pulsantem.

Ferunt ab orientis parte inti
ma *Plin. lib. 6.
cap. 30.*

*Alex. Ben.
in anatome.*

Plin. li. 7

ma gentes esse sine naribus, æquali totius oris planicie: alias superiore labro orbas: alias sine linguis: pars etiam ore concreto & naribus carens, vno tantum foramine spirat, potumq; calamis auenæ trahit, & grana eiusdem auenæ sponte prouenientis ad vescendum. Quibusdam pro sermone nutus, motusq; membrorum esse. Quibusdam ante Ptolemæum Lathyrum regem Ægypti ignotus fuit usus ignium. Quidam & Pygmæorum gentes prodiderunt ante paludes, ex quibus Nilus oritur, Nomades cynocephalorum lacte viuentes, Olabi, Syrboræ, qui octonum cubitorum esse dicuntur. Cynamolgi caninis

Pli. li. 7. ca. 1.

Iam in facie vultuq; nostro, cum sint decem, aut paulò plura membra, nullas duas in tot millibus hominum indiscretas


A effigies existere, quod ars nulla in paucis numero præstet affectando.

Iuxta eos, qui sunt ad Septentrionem versi, haud procul ab ipso Aquilonis exortu, specuq; eius dicto, quem locum Gesliron appellant, produntur Arimaspi, vno oculo in fronte media insignes, quibus assidue bellum esse circa metalla cum gryphis, ferarum volucris genere, quale vulgò traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate, & feris custodientibus, & Arimaspiis rapientibus, multi, sed maximè illustres Herodotus & Aristæas Proconesius scribunt. De cætera apud Plinium

B lib. 7. ca. 2. Perlege librum cui titulus est, Omnium gentium mores, &c.

F I N I S.

M 2



LVDOVICI BONA-

CIOLI FERRARIENSIS

MEDICI ILLVSTRIS, MVLIE-

brum Libri II.

*Nunc longè commodius distincti in sua capita, & à
mendis innumeris emendati.*

CONCEPTIONIS IN-
DICIA, NECNON MA-
ris foeminiq; partus.

LIBRI I. CAP. I.

INCHOATI ho-
minis indices notæ
(quanquam fallacis-
simæ, & quibus mi-
nus credendum fit, quandoqui-
dem complures ac propè dix-
rim omnes, omnem citra graui-
ditatem, menstruis recremen-
tis suppressis, euenire queant)
exponendæ sunt. Etenim hæc
multiformi cõtemplantiũ in-
genia ambage torserunt. quan-
do fieri possit (immò quotidie
confiat) vt menstruæ purgatio-
nes, ob venarum easdem ad vte-
rum perferentium concretio-
nem interseptionemq; & zitem
ob cruoris crassamentum frigi-
ditatemue, incertiores admo-

dum fecernantur, aut earum va-
cuatio prorsus intercipiatur:
Qui in mulio decumbentibus,
eadem armè quæ & mulierib.
vterum gerentibus accidere, ec-
quis ni mente admodũ captus
diffiteatur? At tamen quæ no-
bis genitalia femina concepta
fore (tametsi haud perpetua fi-
de) indicia suadere valent, bre-
uibus à capite orsi perstringe-
mus. Igitur si nosci libuerit
an mulier horda fit, diligenti
adhibito examine, cuncta hæc
scrutabere. Si à conceptũ deci-
cimo sole aut maturius aut seri-
us, prout magis minusue ex su-
peruacua materia tentatur, ca-
pitis dolores inquiresque infe-
stent. Si exinde caliginosa ver-
tiginè & tenebris oculorum a-
cies hebetetur. Si pupillæ mi-
nuuntur. Si candidas particula
amplior fiat. Si flauescat, atq; si
eiusdem venulæ cruore turge-

6 ant. Si concāuentur ocelli. Si
 7 palpebrę molliantur, & ob hęc
 eius aspectus grauior atq; in-
 9 gratus magis reddatur. Si in un-
 ctis medicamine oculis (præ-
 rogatiua sanè fœcunditatis) fa-
 7 liua inficiatur. Si pānus (vt vo-
 cāt recentiores) rufæque lenti-
 culę earum faciem deforment.
 10 Si inter oculorum angulos, &
 nares venæ sitæ conspicuæ ma-
 12 gis comparent. Si sub lingua
 12 vena virescat. Si ceruix calidi-
 13 or, tergus algidi9. Si colli venę
 arteriæq; extendātur & turge-
 ant magis, ac euidentius percuf-
 14 fu ipso attollantur. Si pectoris
 venę nigricent ac tanquam viri-
 15 des glaucęq; reddant. Si mā-
 mæ obdurescant, extuberent,
 16 perdoleant. Si papillarum co-
 los in ruborem demutetur. Si
 17 merum aut quę libuerit algida
 res epota in mammas recto tra-
 mite (algore suo illa comitan-
 te) interea permeare videatur
 dum sorbetur. Deniq; si in edu-
 17 lijs fastidium. Atq; si malacia
 prehendat, ea sit vbi quicquam
 gustare improbè appetant, aut
 enormium appetitus varij af-
 furgant, citoq; cōmutetur: qđ
 picare quidam à picā aue deno-
 minant.

20 Si escæ cupido claudatur. Si
 ventriculi redundātia & succo-
 rum pariter atq; cibariorū vo-
 21 mitiones acciderint. Si acidē
 ructet. Si temeto infesterur:
 quippe quæ quum biberit lan-

22 A gueat atq; flaccescat. Si cordis
 23 pulsus perturbet. Si ocysimè
 læteretur ocysimeq; tristeretur.

24 Si aluum ac potissimum vmbi-
 25 licum tormina fatigent. Si re-
 num coxēdicumq; grauitas ue-
 26 xet. Si ilia pleniora compare-
 ant: quod equidem ijs quæ gra-
 ciliores sunt euidentius accidit.

27 Si inguina persentiscat, ea con-
 ceptus argumentum esse posse
 28 quem latet? Si concumbentes
 mas & fœmina vnā genituras
 emiserint: quæ si in septimum
 diem intus permanserint, con-
 ceptum iam esse certum est.

29 Si peracta re exterarum partiū
 30 algor superuenerit. Si vir co-
 lem vterum suxisse senserit. Si

B à coitu mox locus resiccescat,
 mulieribusq; naturæ labia te-
 nuiora efficiātur. Si coitū ab-

32 horruerit, aut si ardentius con-
 33 cupierit. Si vteri os ad obtutū
 arctissimè conuierit: Hippo-

crate tradente, Quæ vterum ge-
 runt ijs vulua se comprimit. E-

nimuero mulieris vtero grauis
 vel præcipuum indicium est,
 quoties obstetrix pspicaci in-

telligentia salutarem digitum
 submittēs, vuluę os pertingēs
 concretum, obseptum ac deni-

que sigillarum nouerit. At quū
 hac oris arctatione & vteri mo-

les quæpiam præter naturā in-
 dicari possit, eius rei discretio-
 nem scabricie internoscas. Nā
 per grauiditatem, tenerum &

molle extat, & modum nature
 modi-

Hipp. li.
Apho. 5

* caui
internat

Hipp. li.
Apho. 6

Hipp. lib. 5.
Apho. 5.1.

* cavitatem
internam.

Hipp. lib. 5.
Apho. 6.1.

modicum obseruat. Quibus ve-
rò inflammatio durtudine sua
id infestauerit, durtiusculū per-
sentitur. Quod Hippocrates hac
perpensione prodidit. Quib. vte-
ri os durum est, ijs cōpressum
id esse necesse est. Si vulua vni-
uersum * alueum, donec ad se-
ptimum mensem ventum sit,
contraxerit. Si in glomerata se-
se extulerit. Si post initum alui
tergorisq; pulsatilis dolor pre-
henderit. Si menses per affue-
ros circuitus substituerint. Quo-
niam ex venis, quæ intus in vte-
ri alueo sunt, secundæ in uolu-
crum dependeat, & ob eam re-
nihil profus per eas in mulie-
brem sinum excerni queat. Vn-
de secūdū naturam haud qua-
quam inferius aguntur, at in v-
bera trāseunt, cōcoctioneq; la-
tescūt: Cuius nota exiguo quo-
dam & araneq; propemodū spe-
cie in mammis visitur. Quod si
muliebrium quicquam elicia-
tur, rācillum quidem fuerit, ac
ex ceruicis venulis prorumpet.
Si igitur esculenta fastidiat mu-
lier muliebrim. suppressis de-
negatisq; hominem inchoasse
arbitratū iri fas est. Quod Hip-
pocrates ita sanxit: Si mulieri
menstruę purgationes nō pro-
deunt, nec horror aut febris su-
peruenit, & fastidia accidunt,
gravidā esse arbitrare. Si etiā
num dolores, tumores, extube-
rationesque carnis in cruribus
inciderint. Si corpus vniuer-

A sum grauetur, mollescat, effœ-
minetur, pallefcaturq;. Si pulsus
protinus ab initio fortis & ma-
gnus, procedente tempore par-
uus & velox perftet. Quin e-
tiam ex humidis recrementis
graviditatis indicia exploratū
itura sunt. Vt si eorū meatulus
arctior fiat, vnde difficilius e-
mittantur. Si vrina subalbida,
clara, nubiloso rore supernatā-
te, ac stellati lapidis colorē præ-
se ferente, atomisq; in ea ipsa
ascendentib. descendētib. q;
fuerit. Etenim initium conce-
ptionis id præmonstrat. Si à cō-
ceptu primo mēse, ima sui par-
te candicantia corpuscula, ad
farinæ crassioris speciem subsi-
deant, quę commota carmina-
ti xylī cotoniūte effigiem refe-
rant. Si accedente adhuc tem-
pore flaua, dein rubra punicea-
ūte, postremò atra (nubecula
parte superna rubore suffusa)
euadat. Si quocunq; tempore
subfidentia tenuis disiecta car-
minato gossypio per quā simi-
lis in ea ipsa congeritur. Sed &
hominem inchoatum esse ex-
perimento quoq; mulso poro,
apertissimè perpenditur, Hip-
pocrate exarāte: Si nosse libue-
rit an mulier grauida sit, mul-
sum ei bibendum dabis quum
itura cubitum est: post deinde
si venter torquetur, grauida est:
sin minùs, non est. Porrò flatuo-
so spiritu intus in intestinorū
anfractib. incluso luctante nul-

note p...
al...

no...
...

** neget.* lo exitu, mordicanteque, aluū torqueri quis ** hiscat?* Igitur non ab re fuerit, si mulieri crudum mullum quum itura cubitum est sorptui dederis: quandoquidē eo ilia pragrādi proculdubio mole fastigentur: hinc vtero grauem ob angustiam, quam genituris infra afformandi hominis monerā locatis vterus cōuehit, permorderi censendum. Et item quo melius id assequamur, vt tantisper interquiescat mulier moliendū, pariter atq; edulij expleatur (quippe quæ ira magis torqueri assoleat) præcipiendū est.

*Aromatum
suffitus.*

Cæterū aromatum suffitus, quem nonnulli hac in re in sui patrociniū asferre contendūt, tantum abest ab conceptus indicij, vti ab eisdem nihil alienum magis esse queat. Non enim grauiditatem at sterilitatē commonstrare Hippocrates edocuit: Si mulier non concipit & scire placet an cōcipere possit, veste obuolutam suffies infra. Nam si odor transmitti per os ad nares videatur, non esse sua culpa sterilem cognosces. Etenim si halitum odorisque spiramentum incensarum materierum (quæ impendio fragrantiores odoratioresq; sint) ad os & nares transmissum mulier planè persentiscat, neutiquam sterilis censenda est. Verū & mulierem fortassis non concepisse agnoscas hoc ipso

A suffitu licebit, non tamen superius proditæ perpensionis aptè congruit. Quandoquidem solis ijs subeuntes suffitionis odores minimè efferantur, quibus vteri ostium interseptum occæcatumq; existit. Quale solis creationi nequaquā accommodatum censetur. Nec ab simile de ** allio*, ** aristolochieq;* scobe supposita iudicium ferendum est. Lotiū alij triduo vitreo vasculo apprimè obsepto in umbra asseruari volunt. Exinde perpurgato linteo subcolari. Quod si minutissima animalia pediculis similia in eo offenderis, cōceptum planè præmonstrat: quæ si rufa extiterint, marem: candicantia, foeminam indicant. Simili modo & acum æreo malluio matulaue vrine collectæ per noctem infundūt, quæ simul atq; pernoctauerit, si minutissimas notulas (orbiculorum instar) puniceas cōtraxerit, mulier grauida est: sin ærugo inceserit, minimè. Verū ijs ego sæpius experimentis egregia hercle frustratione vsus (vel quia indiligenter exercuerim, vel fortè quia resita sese habet) irrita fallaciosaq; cōperi. Quæ & alia pleraq; quanquā in vniuersum omnib. horis hominis vita crediderit (nec credere senserit) viritum tamen sapientissimi cuiusq; fides planè respuit. Rursum cardui succus epotus si reijciatur, inchoati hominis

index

*Allium * Aristolochia.*

Ex lonicæ

*Nob
20
f
rpt*

*Hipp.
Aph.*

index est: sin minus, nō est. At-
 qui quōd intus geratur non so-
 lū p̄scire oportet, sed an mas,
 an fœmina fuerit partus exqui-
 sitè explorandū est. Quamob-
 rem neminem lateat, marem fe-
 denti dextri oculi celeritudinē,
 viuidumq; colorem inesse. Cui
 etiamnum mamma dextra im-
 pendio maior, obdurior, eiusq;
 papilla ocyus quàm læuæ à co-
 lore euariat. Eidem lac p̄cox,
 quod ab vbere multum vitreo
 vmboni iniectum, folique per
 horam expositum in orbicu-
 lum instar margaritæ fulgore
 micantis conglobatur. quod
 insup in eiusdē mulieris à qua
 multā facta est, lotio fuso par-
 tem imam recto viā itinere pe-
 tit, sal illi adiectus neutiquam
 colliquatur. Quin & assiduè
 quæ marem gerunt facilius exi-
 gunt, & coloratiores, dextra po-
 tissimū mala, sunt, minusq; pal-
 lent: Quod Hippocrates tradi-
 dit, Mulier si marem gerit pro-
 bē colorata est, si fœminam, de-
 color est. Mares præterea par-
 tus magna ex parte circiter quā-
 dragessimū diem motus præ-
 potes sunt, plus atque in vtero
 motus, validiusq; dextro poti-
 us latere inferunt: idq; ab Hip-
 pocrate ita sancitum est, fœtus
 qui mares sunt parte vteri dex-
 tra continentur: qui fœminæ,
 magis sinistra. Lōgè enim mas
 à fœminæ natura calore dissi-
 det. Quocirca hæc & tanta, cō-

A trà quā in fœmineo fœtu acci-
 dere neminem admirari licet.
 Purgationes etiamnum ad tē-
 pus quoddam (scilicet quadra-
 ginta dierum) accedunt. Vter
 mucronatus ad vmbilici sedē
 prominet. Nec minū profe-
 ctō admiratione dignū est, mu-
 lierem itione perpetuō dextrū
 pedem præferre, ac exurgen-
 tem manui dextræ potius quā
 læuæ inniti. Dexter pulsus ei-
 dem plenior. Contraria om-
 nia in altero sexu. Primus fœ-
 minæ, parte plurima, nonagesi-
 mo die motus, latere læuo, in-
 gestabile onus, crurū & ingui-
 num leuis tumor. Pallidiores
 sunt fœminam gestantes, aui-
 dius appetunt, atque minus re-
 iam præsentē (quam cupie-
 rint) frui queunt. protinus e-
 nim fastidiunt, quod modò ve-
 hementer appetebant. Mulie-
 bria trigesimo die prodeunt.
 Qua sanè reputatiōe fœmineæ
 fortis misereri protinus subit.
 Cæterū * aristolochiæ puluis-
 culus ex melle cōfectus, lanaque
 obuolutus per tēpus vuluæ im-
 positus, mari aut fœmine in choa-
 tæ argumento esse potest. Nā si
 salinā edulcauerit, mas procul-
 dubio cōceptus est. Sin amaro-
 ré allectet, fœmella. Inde & ple-
 rosq; existimare video nihil nō
 de hac ipsa re herbarū vi cogno-
 sci posse. Sed plurimarū etiā cal-
 catarū vires esse incognitas, ob
 eā rem q̄ eas agrestes literarūq;

Nat. 100.
 209. 10.
 fœmelle
 mptoz.

m * Ari
 hia.

loni
 io

Hipp. li. 5.
 Aph. 42.

A mch
 4

Lungin
 Quædam
 de mpt

Fimelle
 90
 Indus

Aristolochia

ignari, quippe qui soli inter il-
 las viuant, experiuntur. Acce-
 dit ratio inuentionis anceps:
 quandoquidem in repertis al-
 lia casus, alia vitę pleraq; vtilia
 (vt verē dixerim) Deus ipse in-
 ueniat. Quinetiam ad maris
 fœmellæq; generationem præ-
 noscendam, an nouella sene-
 scensue, an florens & vigens
 ætas fuerit, nouisse non parum
 interest. quandoquidem hęc ma-
 res: illæ maxima ex parte fœmi-
 nas procreent. Quippe in qua-
 rum altera calor nondum per-
 fectus sit, in altera verò defici-
 at. Humidiora etiamnum effœ-
 minatoraq; corpora, nec non
 feminalia excrementa humen-
 tia magis spissa, fœminas po-
 tius gignunt. Flatus insuper
 ad huius vel illius inchoationē
 plurimum conferre comper-
 tum habetur, siquidem ijs a-
 quilonijs magis quā autris
 mares gigni, non in genere hu-
 mano solum, verum & in peco-
 ribus luce clarius est. Quam-
 obrē oraculum illud magno-
 pere custodiendum, qui mares
 concipi auent eò spectent. Nec
 recens subtrahemus exemplū.
 Quod pecorum pastores qui
 mares concipi volunt, in hunc
 (vt sic in eundem ineant) eate-
 nus pascunt. Quinimò obser-
 uatum certē experimētoq; ob-
 uium est, fœminas conceptas
 esse si à coitu in Aphricum, vt-
 pote qui ex aduerso Aquilonis

A ab occasu brumali sit, pecus se-
 se circumegerit. Quod equidē
 in vsus humanæ conceptionis
 vertisse nequicquā pudēdum.
 Id quoq; ipsum casu repertū, q̄s
 dubitet? verū si q̄s illa fortē ab
 homine excogitari potuisse cre-
 diderit, ingrātē Deorū munera
 prorsus intelligit. Nec profes-
 sō p̄petua indicia hęc extite-
 rint: Ideoq; hęc Hippocratē &
 Galenū literarū subtilitatibus
 peritos, non admodum illu-
 strasse: ac demum non ab alijs
 hominum recepta fuisse, atque
 per memoriam transisse, æquē
 ac nihil in vita mirandum est,
 vsq; adeo fides istis fasq; omne
 defuit. Etenim interdum (quā-
 quam rarenter) fieri quit, vt fœ-
 mina valentior mare cōcepta,
 dextro latere crebrius & vehe-
 mentius: cōtrā mas imbecilli-
 or morbidioreq; sinistro rari-
 us & languidius commoueatur.
 Sed enim hęc & id genus reli-
 qua, vt eo dissentiant, q̄ ma-
 gna ex parte, & magis minus
 ue accidit, sic retulimus. Enim-
 uero mulierū interna hęc ho-
 minum nec indagare interest:
 neq; solers humanæ mentis, ar-
 tificiosaq; coniectatio, ad eam
 rem proximē accedit. Idq; nō
 nisi numen potis est vis vlla te-
 nere. Furor est empiricos quos-
 dam (adeo ij ad eius scientiæ
 rabiem, non aniduitatem mo-
 dō, sese egere) ita tū cōceptus,
 tum cōcepti maris fœmellæ ve-
 certū-

* certū
 essent.

* certissimi
essent.

certitudinem animo agitasse, ut rem sic esse habere non vaga & arifici coniectura solum, sed perpetua, & quasi vnde certissent, potiti sint. Futurum puerperium prævidentes, certo certus temeritudo (quod solus Deus nouit) prodere aufferint. Quæ nempe ubi vera forent, quantum ad eò tandem tales distare dum viuant videri possent? At hæc quidem & id genus reliqua, cuiusq; arbitrio æstimanda relinquuntur. Res nihilo secius de qua plura scriptentur, prædictionum peritia digna (ut inter autores conuenit) censetur, vel eo ipso, quo desideratissima medicinæ partium plurimum in toto terrarum orbe plurimisq; seculis eualuerit. Atq; ut hoc quoq; suggesterit rerum rationi compertæ experimentorum (ad quæ vel maximè etiam nū quisq; iuste calligat) notitias miscuit: ita hominum sensibus duplici vinculo possessis in tantum fastigij adoleuit, ut hodieque etiam in magna tum medicorum, tum cæterarum gentium parte præualeat. Quoniam quum humanæ menti euenta quæq; rerum præscire perpetuo placuerit: nihil tamen adeo cupitum aliud, quàm futuros partus (quippe qui omniū grauissimi, nullo non auido venturam de hac ipsa re sortem sciendi) prænouisse constat. Inde ei maximam

A autoritatem parti fuisse nemo miretur. quandoquidem sola partium humanæ mentis imperiosissima de futurorum præciosissimis ac præcipuis mortales certiores reddere, perinde ac si è cælo ea verissimè petiti credidissent, blandissimè sponderit. Nos verò hæc etiam auditu fastidimus, proindeque hæc præflagitionum leuissimas vanitates sæpius quidem præsentis capitis parte vbi cunq; causæ locusq; poscebant (quatum nobis licuit) coarguimus, paucisq; & nunc deteximus. Tanta de indicij, castigatiùs, quàm se copia fugerebat.

B

QVAE VTERO GRAVI-

bus accidunt, & eorum medicina. Deq; superfœtatione pulchra.

CAPVT II.

HActenus indiciorum conceptus historiam (relata penè causarum indagine) digessimus. Nunc reliqua concinnâ serie prægnantium memorabilia explicari operæ precium est: si prius eorum ferme omnium quæ antea prodidimus in vniuersum causam nacti, muliebriū suppressione proposuerimus. Paucis contingit ut melius habeant quum

Cur quedam, sed perpauca, melius habeant grauidæ.

uterū gerunt. fit enim vt magis valeant, quando corpus vicio-
sis ijs succis oppletum fuerit:
quos partus ad sui altionem ex
hauriat, parentemq; exquisiti-
ūs perpurget. Cō pluribus con-
trā, vt ægrius magna ex parte
degāt euenit: Cuius rei causam
aliquam vel ad vitam referre
pōssumus. Quę enim mulieres
ociosam ac sellulariam vitam
degunt, excrementa non parū
multa sibi contrahunt, quo fit
vt tristius vterum gestent. At
contrā quibus gentibus mulie-
res labores suscipere assuescūt,
quomodo agricolæ faciunt, ijs
sanè neutiquam difficulter vte-
rus gestatur: quippe quibus re-
crementa labor absumat. Sed
vel maxima horum causa est,
quòd mulieri plurima purga-
tio euenit, quæ quum vteri ge-
statione desierit, apprimè ve-
xat atq; magnopere intertur-
bat. Quandoquidē vel nō gra-
uidas (nisi menstruę purgatio-
nes prodeāt) ægrotatiōes etiā-
num corripiant, vt Hippocra-
tes monuit: Si mulieri mēstrua
immodicè fiunt, morbi acci-
dunt: & si non fiunt, morbi ma-
tricarij accidunt. Hinc cordis
saltum, animæ defectiones, ver-
tignes, ventriculi dolores, nau-
sea, vomitionesq; plurimas, v-
tero gerentes prehēdere cōspi-
cium est, & præcipuè quibus
purgationes constiterint (quip-
pe quæ corporis proportione

*Symptomata
et signa
mense
repleta.*

A mulieri plurimæ sint) nec dum
ad vbera transferint, ob eam rē
quòd ab initio vt etiam paulò
pōst, aut nihil quicquam, aut
tantillum quid in puerperij ali-
moniam absumatur. Quo circa
cruentum virus à corporis in
quo continetur natura alienū,
neq; nutu suo alens, intra ve-
nas retentum ad iecur atq; ven-
triculum tandem (ea molien-
do incommoda) serpit. Hinc
ventriculi redundationes cit:
hinc etiamnum secundum e-
iusdem labem, quibusdam car-
bones, plerisq; terram, & id ge-
nus reliqua fœda & abomina-
tu digna (vt nos ipsi sæpius vi-
dimus) mandere in mētem ve-
nit, atq; desiderio insolita quæ-
dam gustatu horrenda gustan-
di properè mouentur. hanc La-
tini muliercularum molliciē,
malaciam vocitauerē. Qui-
bus ventriculi cum appropria-
tis mūdificatione, *ficuri poly-*
podio siccato, efficacissimè suc-
curritur. Subinde appetitus a-
cidis restificetur: ac post cibū
pyris, cydonijs, malis punicis,
auellanis afsis, ciceribus afsis,
vescantur. Sinapi etiam vti pro-
dest, quando & nocuum succū
abscindat, & appetitum cieat.
Vinum ex aqua mellis & aqua
zucchari bibant. Caraplasma-
te corticum citri, melissæ, cala-
mi odorati, ex oleo nardino
mastichinoque ventriculo ad-
moto rectè medemur. Pluri-
mum

*Pica seu ma-
lacię causa
et remedia.*

Fastidium.

mum itaq; languoris ijs inest. At in utroq; sexu capillum germinante puerperio, & in pleni lunio (quod tempus editos quoque infantes vel maximè vexat) fastidiunt, tædioq; fatiscunt. Ijs aptissima sunt, quæ austera, quæ acida, quæq; contacta modico sale sunt. item panis sine fermento, omnis avis, omnis venatio: atq; utraq; assa magis quam elixa. quicquid ex cæteris sumitur, macrum potius quam pingue. Ex pomis morum, sorbū, pyrum fragile, cotoneum, punicum, palmulæ, nuclei pinei, oleæ albæ ex dura muria, eedem aceto intinctæ, vel nigre quæ in arbore optimè permaturuerit, vel quæ in passo defrutuæ asservata fuerint. Temetum austerum (quanquam asperum) item resinarum, ac tandem cibi, potionesq; vel frigida vel feruentes. Et si autem aliqua principio magis laborent, aliepost, quum iam partus increuerit: omnes ad æquè mense quarto octavoq; maximè infestantur. Quod si vel quarto vel octavo fetus perierit, ipsæ quoq; unà assidue intereunt, periclitantur quæ. Adhuc etiamnum earum ventriculus plerumq; flatuoso spiritu laborat, pedes extuberrant atq; inflantur. Quibus profecto affectibus medentur cochleæ si fieri potest Africanæ in cibo sumptæ. coquuntur intactæ ex aqua, dein ex prunis

A torrentur, tunc ex vino & garo eduntur, impari sanè numero stomachi dolori succurrunt. Viuæ etiamnum cochleæ & aceto deuoratæ profunt. Ventriculi autem redundationi rectè malagmate ex folijs vitis, castoreo, cotoneis, dactylis immaturis, calamo odorato, spica, temero aromatico adiecto, medemur. At quum existimamus præcordiorum vitium esse, si cibus minimè continetur: certè quibus hoc accidit stomacho laborare dicuntur. Horum præcordijs veteri ossifragi arefactus infricatur. Si in manu quoq; teneatur dum cibus sumitur magnopere prodest. **B** Nec ab re sit compositio nem operi conuenientem describere, quæ sua vi stomachi fastidium & marcorem mirè ac celerrimè detergat. In musto ex uuis albis congio cydonia quinque non purgata, totidem quæ mala punica coniiciuntur. Cui additur sorborum sextarius, roris syriaci sextarius, croci Siculi semiuncia. Sic usq; ad mellis crassitudinè coquatur. Inde in die lingula sumitur. Fit etiam efficacissima potio compositione ita scripta. Apij feminis aridi drachmæ sex. Petroselini Macedonici, spice nardi, myrrhæ, opij, scheni, piperis longi, singulorum drag. iij. piperis albi drag. v. Hęc unà cum melle Græco despumato quod

*Ventriculiredundatio.**Cibus si reijciatur.**seu ma-
causa
media.*

Dolor ex flatu.

Cordis saltus

Crura inflata uel potius inflata.

Vrinæ difficultas.

Vrinæ destillatio & incontinentia.

fatis fit teruntur. Ieiuno in portioe mulsi mixti ex aqua calida dra. ij. vtiliter dantur. Si flatuoso spiritu dolor vehemens citetur, semina feniculi, apij, anisi, cuminum & id genus reliqua adijcienda sunt. Cordis saltui calida aqua vberè pota opitulatur. Aceris radix cum vino rusa, ijs quas linquit animus aut mens, & alienatur, quibusque vertiginès fiunt efficacissimè prodest. Cochleæ singulæ cum sua testa tritæ ex passis cyathis ternis calefacta portione per dies nouem dantur. In eadem curatione plerique per dies quinque dant in eodem modo passis, primo die cochleam vnam, sequenti die duas, tertio tres, quarto duas, quinto vnam: sic suspiria tolluntur. Inflammatis verò pedibus cataplasma ex cicerum, fabarum, oroborum farinis succoque caulium confectum, præsidium non mediocre affert. Vicius ratio tenuis fit: quæque bonam concoctionem & moliantur & accelerant propinentur. Sæpe nimirum easdem vrinæ difficultas ad postremum, puerperio vesicæ ceruicem comprimente, fatigat. Aduersum quam millefolium tritum ex aceto bibitur. Plerumque eiusdem destillatio atque incontinentia affligit: Cui vulgæ apri vel suis cinis portioni inspergere opitulatur, leporis cerebrum ex vino potui da-

A tur, eiusdem testiculi costi eduntur: anserum trium lingue in cibo sumuntur. Enimvero rerum omnium parès nullum ad hoc tantum vt pasceretur aut alia satiare, animal nasci voluit: Quin salutare & visceribus (quippe quas surdis etiamnum rebus * vberè inseruerit) * artes inferuit. Cochleæ Africanæ cum carne sua comburuntur cinisque earum ex vino bibitur. Eisdem nonnunquam magno incommodo aluus suppremitur, quare tunc fel lupi cum elaterio vmbilico illinitur: Cydonia in melle seruata cruda à ieiunis manduntur. Lac caprinum cum sale & melle potum prodest. Pruna ieiunis edantur. **B** Porri capitati discocti per se in cibo sumantur. Lens non percocta sorbeatur. Myrobalanus, quod est caryotæ genus nascens in Ægypto, vino austero tritus & potus aluum citat, mororum maturorum succus potui detur, armoniacum portioni addatur. Vlni corticis tunsi denarij pondus in hemina aquæ frigidæ etiam purgat. Hirundinis simus melle adiecto superpositus. Et item salicis succus ex vino mulso potatus. Thalassomeli sine stomachi noxa iucundissimè purgat & odore gratum, & sapore. Quod sic fieri debet: aquæ marinæ & aquæ celestis eadè mensura, et mel eiusdè portiois permiscantur. Item panis fermentatus,

* ubertim. * facultates.

Alui suppressio.

* expiratio.

Pilonum fluxum incrementum in solis.

Suppletio.

ratus, magisq; si hordeaceus, minutę aues, cochleę, ostrea, & omnes ferę cõchulę, maximeq; earum ius, saxatiles, & omnes teneri pisces, aues quę nant, caro pinguis vel iurulenta elixaue, crudũ mel, mulfum, temerum dulce, salsumue: atq; tandem omnia tenera, tepida, dulcia, pinguia, elixa, iurulęta, salsa, diluta, aluum molliunt.

Porro quoniam frequenter grauidis accidit, vt propter lãguores (quos antę retulimus) varia plebis commenta * experigilcerentur, eos curare nelcienris, qui paucissimis etiam horis repelli possint, mihi oportu num visum fuit paucula hęc va lerudinis auxilia colligere.

*Pilorum de-
fluxium, aut
incrementum
insoluitum.*

*Superfœta-
tio.*

Quibusdam etiamnũ grauidis congeniti pili desluũt, paucio resq; redduntur. Cõtrã qua par te pilos haud habere solebant, ea magis accipiunt, pilorũ materia à superis ad ima inguinũ calore retracta. Cãterũm vte ro graues superfœtare neq; fa bulosum neq; nouum est. Quo niam omnium maximẽ anima lium, mulier & equa grauidę initum nouere. Cãtera (vt po te quorum natura more leporis superfœtare recuset) vbi gra uida extiterint, mares contem nunt. Verum equam haud vn quam superfœtasse cognitum est. At mulieri, tametsi in Italia rarum sit, interdum vt superfœ ter euenit. Ob id qui longiori-

A bus temporum impendijs põst concepti sunt (altero iam pri dem concepto) * nihilo quic quam profici queunt: sed dolo rem, quo & ipsi, & primus par tus intereat præmaturiũs, concinnant. Olim vt vnde rede cim, superfœtata puerperia, cor ruptione peracta, ederentur in cidit. At verõ si à primo conce ptu secundus proximẽ * molli tus sit, paululumq; temporis inter eos intercesserit, quod su per fœtarit (quasi gemini nasci videantur) absolui edique po test. Quomodo & Herculẽ, & Iphiclum concreatos esse fabu lantur. Sed & id etiamnum ex adultera quadam, quę alterũ

** nihil quic-
quã profice-
re.*

** secutus.*

B marito, alterum adultero perfi milem peperit, compertũ est. Et item Proconnesia ancilla e iusdem diei concubitu alterũ domino, alterum procuratori eius perquã similit egessit. In su per quum geminos quædã fer ret, tertium superfœtauit, quũ que iustum pariendi tẽpus in staret, primos vitales edidit, se cundum qui obiter diem suum obierat, mense quinto elisit. Al tera quum primum inuitalem mẽse septimo peperisset, mox geminos iusto mensium nume ro vitę compotes enixa est. Et adhuc alia iusto partu vnum, al terum quinq; mensium emisit. Compluribus etiã id euenisse liquet, vt si octauo mẽse cõcu buerint, partus mucore opple

De lacte gra-
uidarum.

tus exierit. Lac præterea om-
nem circa mulctram fuctum ius
ijs (vbi illius vberior copia cõ-
geritur) è māmillis effluit. La-
ctis autem copia facile colligi-
tur, si cõmunes vteri vberumq;
venulæ admodum expleantur.
Admodum sanè opplentur, si

*id est, foetus

Hipp. lib. 5.
Apho. 52.

Hippocrates nõ ignarus in hũc
modũ sanxit: Mulieri grauidæ
si lac effluit è māmīs, foetũ im-
becillũ esse significat. At si mām-
æ sint firmæ ac solidæ, foetum
validiorem esse significatur.
Quapropter nec aded lacte re-
fertur esse, vt sua spõte egredia-
tur: quomodo nec ita solutas
præ sanguinis inopia vt flacce-
ant, sed attrectanti solidiuscu-
las comparere, & mediam con-
ditionem seruare oportet.

Menses gra-
uidarum.

Quocirca & ob similẽ causam,
si muliebria affatim eruperint,
tum subinde menstruam circũ-
tionẽ obseruauerint, vt partus
rectè valeat fieri minimè po-
test. Quãdoquidem is dilutio-
re cruentioreq; ex corpore to-
to in vuluam delata materia ad
sui altionem vtatur oportet,
quod Hippocrates prodidit: Si
mulieri grauidæ menstruæ pur-
gationes prodeunt, fieri nõ po-
test vt foetus bene valeat. Qui
nihilominus acuto morbo, quo
persepe vterum gerentes capi-

A untur, perimitur, tum quia æ-
grotatio foetum interimir, & i-
tem quia alimonia diutius de-
negata (alimẽti inopia) is per-
ditur. Idcirco Hippocrates nos
admonet: Mulieri grauidæ ca-
pi ab aliquo morbo acuto leta-
le est, gemino alioquin pericu-
lo allato imminente. Et item
quia per grauiditatem validio-
ra subsidia haud quaquam ad-
hibere, aut oppidò victus ratio-
nẽ extenuare medicæ rei pro-
fessis liceat. Quam ob causam
& ægrotationes increpant, in-
ualecantq; necessum est. Pro-
inde partus meritò interdum
non perdurat, sed amittitur, in-
terdum verò dum in lucẽ pro-
deat obseruatur. At morbidus
tantisper (vtpote diutule per-
pessus) grauidaq; muliere flac-
cida, languida, ac denique vie-
ta, non sine periculo enititur.

Hipp. li. 5.
Apho. 30.

B

Ego sanè postremò ijs vnum
id incredibile dictu adijcien-
dum duxi: quòd Martia Roma-
narum princeps vtero grauis
claro fulmine (quippe cui ea
natura sit, vt dolia intactis ope-
rimentis exhauriat, aurum in-
tus sacculis haudquaquam am-
bustis, signoq; cæræ nec con-
fuso, liquet) icta exanimatò par-
tu incolumis ipsa vllum ci-
tra aliud incommo-
dum vixit.

Foetus fulmi-
natus, Marte
illeſa.

PROGNO-

PROGNOSTICA CAUSAE
que effluxionum & abortuum. Eorun
dem etiamnum numerositas uno abor-
tu. Mole indices & cause, ac ipsius à
partu interfectio: atq; horum o-
mnium affectuum re-
media.

CAPVT III.

Corruptiões.

Mulieres quippe utero ge-
rentes corruptiones in-
terdum perpeffas esse,
in medicorum monumentis
(utpote quibus talia confectari
curæ fuerit) cumulatifsimè ex-
rat. Effluxiones quæ intra diē
septimum corruptiones inci-
dunt, tantisper enim genituræ
instar lactis elabuntur. Abor-
sus quæ primis mensibus cōce-
ptu exorso fiunt. Abortus quæ
prope pariendi eueniunt tem-
pus, cognominant. Quāquam
has quidē (grādiore iam fœtu)
eiectiones, vnde eiectionis vul-
uæ, illas verò quæ intra quadra-
gesimū à conceptu diem cōtin-
gūt abortus, illustriores appel-
litare assueuerint. Hinc apud
medicę rei professos vculę hę
plerunq; confunduntur. Efflu-
xionum prognosticō censetur:
si oris uulvæ labra læuia extite-
rint. p̄ximè enim seminale ex-
crementum delabi ac effluere
p̄monstrat. Quod solertes pe-
ricioresq; mulieres * inigunt,
labris liquida pice illitis, fœto-
re nanque vterus resiliens at-

A tollitur, quo fit vt ostiolum ce-
erceatur iugilleturq;. Post dein-
de libano, absinthio, cerusa, ex
oliuæ oleo illinunt, quæ aridi-
tate eiusdem obturationem cō-
moliuntur, idem occæcant in-
tersepiuntq;. Eisdem prope-
modum causis genituræ abigū-
tur, quibus abortus accitur, cu-
ius equidem validissimū vbe-
rum præceps deductio index,
vt Hippocrates statuit: Si mu-
lieri utero graui, mamme subi-
tò extenuantur, abortus sequi-
tur. Nam vuluæ vberumq; ve-
nulæ nonnullæ (quas antè re-
tulimus) communes existunt,
quæ quoties cruoris, tantillum
obtinēt, graciliores mamulas
exhibent. quamobrem alimo-
niæ absentia atque indigentia,
nōnunquam partu enecto, in-
terdum eo superstite, sed palpi-
tante, ac denique membranulas
interfcindente (quippe cui
alimentū neutiq; suppetat) atq;
tandem suppetijs omnib. pror-
sus destituto, infeliciter infelix
mulier abortitur. At quæ admo-
dū extenuatis mamulis infans
perditum itur: sic & si perditum
iturus est, gracilitudo procul-
dubio easdēprehendit, Hippo-
crate monēte: Quæ aborrū fa-
cturę sūt, ijs māmę extenuātur:
sed si denuò durefcāt, dolor in
māmis fatigabit, aut in eoxis,
aut in oculis, aut in genibus, i-
taque non facient abortum.
Quod autem in propensio-

Hipp. lib. 5.
Apho. 37.

Effluxiones.

Aborsus.

Abortus uel
eiectiones.fulmi-
marte* id est, in-
trorsum agūt

Hipp. lib. 5.
Apho. 35.

nis calce proditum est, huiusmodi existit: ut ita duriuscula vbera sanguinis affluentiam, & vbertatem, quomodo gracilentæ mamulæ inopiam indicent. Quocirca citra lētionem, puerperium ad iustum partum seruabitur opperieturq;. Quod si geminos ferat marem & fœminam, pone Hippocratis sanctum: Fœtus qui mares sunt, parte vteri dextera continentur, qui fœminæ læua potiùs, dextera mamma gracilis effecta, marem: læua, fœmellam, immature abiectum iri portendit, id que Hippocrates tradidit in hunc modum: Mulieri grauidę geminis, si altera mamma extenuetur, alterum amittit. Si dextera mamma extenuata est, marem, si sinistra fœminā amittit. Ex tempestatibus insuper indicia eleganter trahimus. Etenim si austrini flatus, pluuięque hyemen occuparint: ver autem algidum aridumq; extiterit, grauidæ quibus tunc adest partus, abortu periclitantur. Quod Hippocrates noscens: Si hyems australis (inquit) et tepida fuerit, ver squalidum aquilētumque, mulieres quarum partus iuxta ver properant, abortum ex qualibet causa facient: quæ autem pepererint, imbecilles ac morbosos edent infantes, ita ut aut statim pereant, aut tenues atq; valetudinarij degāt, & reliqua.

Hipp. li. 5.
Apho. 48.

Hipp. lib. 5.
Apho. 38.

Quo tempore
abortus
frequentior.

Causæ.

A Causas insuper, quæ maturus abortum validè procitare queant, eundē (si præcesserint) futurum indicare, ecquis inficiatur? Etenim si mulier saltib. ^{5-ly} inhumanus iactetur, defulretq; immōdicè, ac potissimū si resiliat, poneque salter, aut ut libuerit corpore sine ratione & modo moueatur, si immaniter & vastè clamet, si obirascatur, atq; supra modum excādescat, si perterreatur ac cōpauescat, si parcus cibatum abliguriat, si * accidatur ac præcipuè vèter: *extenuetur. si in balneo calidæ aquæ frigidæ moram traxerit. Si concubuerit (quædam nanq; sub abortum conceperunt, atq; alterum abegerunt, alterum continuerunt) consentaneum abortiri mulierem, * extericineosq; * exterranexereri cuiq; vel ignaro videri osq; exterranepotest. Atq; exterraneę à medicis eæ causæ nūcupantur, quæ quum penè innumerę extent, hæc quæ nec visu facilis, nec dictu effabilis vlli, minimè prætermittenda censetur: Quod odoris spiramento à lucernarū extinctu, alioiue simili odore abortiuus partus enitatur. Cuius rei aurea ac maiestatis plena Plinij secundi verba hoc loco peroportunè afferre haud veritus sum. quandoquidem an C. Plinius, an potiùs Hieronymus (adeo Christianæ fidei quadrant) ea ipsa exarauerit, hiscam. Quibus sanè non parū multa

al-
ji-

Pav-

P. aff-
u- p- p-

C. d- s-

Plinius.

Sten
coit

Phl
mia

7-
i-
z-

multa paucissimis felicissima illa sua & inimitabili festinatione comprehendit. Miseret atq; etiam pudet existimâtem quàm sit friuola animalium superbissimi origo, quum plerûque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu. His principijs nascuntur tyranni, carni fex ijs animus. Tu qui corporis viribus fidis: tu qui fortunæ munera amplexaris, & te ne alumnum quidem eius existimas sed partum: tu cuius semper in victoria mens, tu qui te Deū credis aliquo successu, rumens, tanti perire potuisti, atque etiam hodie minoris potes, quantulo serpentis ictus dente? Aut etiam, vt Anacreon poeta, acino vuæ passæ: vt Fabius senator prætor in lactis haustu vno pilo strangulatus. Is demum profectò vitâ æqualance pēsabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit, hætenus Plinius. Atqui à coitu si sternuerit mulier, abortiuum est. Et item sanguis ex vena missus. Hippocrates mulier prægnans inquit sanguine misso ex vena abortum facit, & magis si fœtus auctior est. Tantisper enim vberiore alimonia indigus sanguine hausto perdi par est. Nec solū sanguine misso, verum & per diuturniores inedia, & item per immodicas vacuationes abortiri conspicuum est: & ijs po-

rissimū in non oportuno tempore celebratis, quemadmodū in ipsis conceptionis primordijs, ac rursus quum iā partus perfectionē attigerit, propterea quod vuluæ partus, perinde atq; stirpibus pediculati fructus, connecti dilucet. Etenim ij ita iunguntur, vt prima sui generatione, inualidiorib. admodū nexibus, quomodo rursus simulac absoluti fuerint, vieti & languidi suaq; vi decidui, inhærescunt, & ob id quātulis spirantium aurarum flabris passi, facillimè excidunt. Pari omnino vsu, puerperium & primis & vltimis mensibus, tristiùs vtero hæret: hinc vacuatiōe molita facilè proruit. Quod Hippocrates exquisitè internoscens: Mulierem (inquit) vtero gerentem purgabis medicamento, si materia turgēt quarto mense, & ad septimum vsq;: sed eas minus. ab recentiore autem & ab auctiore cauebis. Nam intermedio tempore firmioribus coitibus & inseparabilibus fermè complexibus, & fœtus vtero, & stirpibus fructus alligātur annectūturq;. Quocirca validiores vacuationes pariter atq; commotiones vtero grauis citra partus oblæsionem sustinere quit. quanquam nec omnes per id tempus vacuationis egētes arte perpurgari decet: sed si materia turgeat: quippe quibus

cr. 2
f. 20

Sternutatio à
coitu.

Phleboto-
mia.

7m. 2m

1m. 9m
2m. 10m

Hipp. lib. 5.
Apho. 1.

Hippo. lib. 5.
Apho. 34.

Aluus fluens
sistēda, ne fi-
at abortus.

Aluus sistēda
perignata

perinde atq; spontinis vacua-
tionibus grauidas abortu peri-
clitari vbertim cōstet, commo-
nente Hippocrate: Mulieri prę-
gnanti si aluus nimium fluxit,
periculum faciendi abortum
imminet. Proinde quibus al-
uus resoluta est, ne abortio se-
quatur succurrendum est. Sed
cum alia rum illa quoq; ventri
sistendo dantur. Cancrī flumia-
les triti ex aqua bibuntur. Sati-
ui ciceris succus in caprino la-
cte potatur. Ocimum tritum
ventri illinitur, alica, vel miliū,
vel panicum, in lacte caprino
decocta more sorbitionis (&
magis si hæc antè fricta sunt) in
die sumuntur: item que ex ijs-
dē pultricia. Vetus panis nauti-
cus rufus & iterum coctus (ac
magis si ex filigine vel simila,
sineq; fermento sit) & aqua re-
ctè bibitur. In aqua fabæ corti-
ces ad tertias decoctę profunt.
Lēs ex aqua cęlesti decocta sor-
betur. Quin & lenticula cui be-
ta vel plantago adiecta sit, ma-
gisq; etiamnum si illa prius fri-
cta est, vtiliter manditur. Vinū
refinatum asperumūe, itē me-
racum, acetū merum, mulsum-
ūe quod inferbuerit. Item præ-
frigida aqua dura, hoc est, quæ
serius putret: ideoq; pluuiā po-
tissimum efficacissimè meden-
tur. Mala syluestria eduntur. A-
qua in qua pruna agrestia co-
cta sint bibitur. Syluestriū pru-
norum bacçę, vel ex radice cor-

A tices in vino austero decoquū-
tur, vt pars tertia decidat, idq;
vinum bibitur merū. Cyathus
vnius in die mororum latiuorū
succu bibitur. Item pyra imma-
tura, sorba, mala cydonia & pu-
nica, oleæ albæ, vel permaturæ
palmule, & myrta manducan-
tur: myrtiq; seminis succus sor-
betur. Merula, palumbus fe-
rus ex posca coctus, grus, om-
nes aues quæ currunt magis
quàm volent, lepus, iecur ex
ijs quę seuum habent, maxime
quę bubulum ac seuum ipsum,
caseus qui vetustate vehemēti-
or sit, in cibo datur. Itē oua du-
ra magisq; si assa sint. Columbi-
nus simus cum melle ventri il-
linitur. **B** Anatum masculorum
sanguis bibitur. Flores vel cin-
cinni de auellana in furno sic-
cati atq; attriti ex vino ppinā-
tur. Iuniperi bacçæ tritæ ex vi-
no nigro, hoc est, ex nigris vuis
expresso potatur. Flos hederæ
tribus digitis sumptus in vi-
no austero bis in die bibitur.
Bacçę agrifolij ex vino eodem
potantur. Ruborum in quibus
mora nascuntur cauliculi ex vi-
no austero decoquantur, & in
cibo dantur. Cochlearum quæ
viuæ crematæ sint cinis portio-
ni ex eodem temeto in spergi-
tur. Plantago ex aceto cocta e-
ditur. Gallinaceū iecur assum-
in cibo vtiliter sumitur. Vrti-
cæ semen tostum pane collin-
gitur. Quare nequaquam mira-
bile

ne pellis discocta, pumice ex acetato trita imponantur. Cæterum ut puerperium quibuslibet alimoniam absumentibus causis aboriatur dilucet. Quo fit ut si malè habita strigosaque & inuber mulier utero grauis recreatione instaurationemq; requirat, cum sanguis qui in fœtus alimoniam cedebat, ad grauidæ mulieris altionem recipiatur, necessariò in quâ fit, ob insignè cibatus inopiam, ut partus (dum interea mulier gliscit) abortiuus abigatur, Hippocrate scriptitante. Quæ præter naturam tenues uterum gerunt, abortum faciunt donec crassescant. At si nulla ex ijs causis abortum concitet, qui nihilominus cõsequatur, alias quas interaneas medici appellat (tamen si ex superioribus nonnullæ huiuscemodi esse queant) causas exquirere opus est. Et quidem mucorulenta cõceptaculorum ora ad vuluam pertendètia, ex quibus secundæ inuolucrum dependet (quæ acetabula cognominauimus) haberi consentaneum videri poterit, Hippocrate mōnente: Mulieres quæ mediocriter corpulentæ abortum faciunt secundo mense, aut tertio sine causâ manifesta, ijs acetabula uteri plena mucoris sunt, ita ne fœtum continere possint, sed præ suo pondere prærumptelabaturq; partus necesse est.

flatus. Aut etiamnum flatuoso spiritu

Hipp. lib. 5.
Apho. 44.

Causæ interne.

Mucus in acetabulis.

A humiditate uero genituram foras propellere: Quibus eclegma de margaritis utiliter datur. Cancri fluuiales, ex gallinaceo iure poti. Et item lepusculorum prægnantium coagulum epotum mirè prodest. Stellatus lapillus aureo anulo inclusus, ita ut carnem contingat utiliter portat, ut finitè unguis collo. Cinis herinaceorum cum oleo perunctorum partus cõtra abortus custodit. In gramine vermiculi inuenti collo ad alligati: sub partum aut (aliàs eniti non paterentur) detrahi oportet: ac ne in tellure ponatur (ut aiunt) cauendum. Lapis ætites in aqua læ repertus nido partus contra omnes abortuum insidias custodit. Mulieri prægnanti à pectore hyenæ caro, & pili septem, & genitale à ceruice, si alligentur, dorcadis pelle collo suspensa. Syncera è sue, quæ non peperit axungia, in abortum vergentes collyrij modo subdita nutrit. Ibicum cineres cum anseris adipe & irino, perunctis, si conceptus sit partus, continere ferunt: ite hyltricum cinerem potum. Cancros etiamnum recentes vel aridos bibunt. Ad hoc tradunt ceruas, cum senserint se grauidas, lapillum deuorare, quæ in excrementis repertum, aut in vulua (nam & ibi inuenitur) ad alligatum partus custodire. At quæ in corde & vulua ossicula, grauidis & parturientibus perquam

*Eclegma
& Flab
et Sum
de h
matro*

*Amuleta &
alia remedia
cõtra abor-
tus.*

*p. abor
tu*

*Parti
tini
mer
Nun
con
cau
tuu*

quã vtilia, inueniuntur * recto
 subinde spinæ emplastrum ad-
 mouetur, quod ex ijs conser-
 olei rosacei, myrtini, mastichi-
 niuë, singulorũ vncia, hædi coa-
 guli drag. eboris scobis, cornu
 caprini, cære, singulorum gemi-
 nis dragmis: confice. Bolus ar-
 menia item ex oleo rosaceo
 vel myrrino vel mastichino, il-
 lita prodest. Aut fortassis mala
 temperatura calida absumete,
 aut frigida congelate, aut secũ-
 dæ inuolucro intercisso, vel a-
 lia quauis causa partu perem-
 pto, veluti fera (sed mox plura
 de hac, quomodo membratim
 historia decurret dicemus) è q-
 bus edax atq; acrius virus mor-
 dicans in vrerũ transfusum, ab-
 ortũ inuehat. Quòd si enectus
 partus, pariter atq; secunda exi-
 tũ neglexerint, salis ammonia-
 ci dragma, aut dictãni, ex aqua
 rectè bibitur, aut etiam boracis
 mineralis dragma ex vino albo
 generoso odorato vtiliter sor-
 ptui datur: aut asinina vngula
 sufficit, quæ adeò partum ma-
 turat, vt vel abortus euocet.

Partus abor-
 tui quã nu-
 merosi sepe.
 Numerositas
 conceptuum
 causa abor-
 tuum.

Nec aliter adhibetur, quoniam
 viuentem puerulum negat. At
 de ijs infra capite penultimo
 vberius dicemus. Numerosi-
 tas conceptuũ præterea abortũ
 cit: cuius rei mira quædã refer-
 re duximus. Nam quandã duo-
 decim, alterã duodeuigintiqua-
 tuor, septuaginta alteram (om-
 nib. efformatis) abortiuos abe-

A gisse fabulosum non est. At quòd
 penitus incredibile censebitur
 (quanuis medicę rei professus
 non ignobilis prodiderit) no-
 bilis quædam mulier vnã cen-
 tum & quinquaginta efforma-
 tos vitæ cõpotes secundis ob-
 uolutos præmaturè abortu e-
 gessit: quæ cùm vermiculos pe-
 perisse arbitraretur, medicum
 accersitum iri iussit, quo præ-
 sente disruptis secundis magni-
 tudine minimi digiti (cõpluri-
 bus motum habentibus) cen-
 tum & quinquaginta partus cõ-
 numerati sunt. Sed & in Italia
 septẽ, & aliam tres (quod assid-
 uè accidit) quam etiamnum
 nos ipsi nouimus, abegisse cer-
 tum est. Sed quod iam in pro-
 digiosam miraculorum admi-
 rationem accessit, viperam mu-
 lier prægnans si transcenderit,
 abortionem sequi produnt. Itẽ
 amphibenam, mortuã dunta-
 xat. Nam viuã habetes in pyxi-
 de impunes transire, etiam si
 mortua sit. Et quo magis mire-
 mur, si nõ asseruatã grauida trã-
 scederit, innoxia fieri, si protin-
 us asseruatã transcendat. Ouũ
 etiamnum corui grauidis cauẽ
 dum constat, quoniã transgres-
 sus abortus asperos molitur. Si
 mili modo castoreum (castorẽ
 fontem: locus est apud Pliniũ
 lib. 32. cap. 10.) fibrum uë graui-
 da supergrediente abortum fa-
 cere dicitur: periclitariq; par-
 tus si superferatur.

150. partus
 minimi digi-
 ti magnitudi-
 ne.

Quæ trans-
 gressa abor-
 tum faciunt.

viperam

om. Corui

Castoreum

Aliud etiã incõmodum haud
 verẽdum minũs (vtpote quod
 abortiones creat) quod mola à
 nostris, à Græcis myle vocita-
 tur, infelicissimas fœmellas in-
 terdum (in Italia frequentissi-
 mum) vexat, quasi non fat sit e-
 as grauissimo ac penè intolera-
 bili parturiendi labore corri-
 pi, ad eò naturæ in eorum cor-
 pore molam gignere placuit,
 ne quid vsquã mali esset, quod
 in muliere non esset. Enimue-
 ro mulieri cuidam cùm concu-
 buisset, accidit, vt se concepisse
 arbitraretur, quando quidẽ &
 vëtris moles interim excresce-
 ret fastigiareturque, & reliqua
 ex ratione omnia responderët.
 At pariendi tempore iam in-
 stante, nec eam peperisse, neq;
 vteri molem decreuisse, sed ad
 quatuor vsque annos in hunc
 modum perseuerasse proditũ
 est. Quæ postremò intestinorũ
 difficultate correpta, eoq; mo-
 do periclitata, demum carnem
 (quam molam nominauimus)
 enixa est. Quin & malum, id to-
 ta vita plerunq; edurat, ad eò vt
 & consenescat & cõmoriatur.
 Quæ sanè diutius retenta, pro-
 dierit, obdurescit admodum
 (cuius duritudinis, cruditas
 causa censenda est) ita vt ferri
 acie (vri ego ipse sæpius vidi)
 vix transigi queat. Porrò vitij
 huius bifariam causam propo-
 nunt. Nam cruentę materię af-
 fluentiam, & muliebrem geni-

*Causa
moly*

A turam absque viri semine, quæ
 vel somnio vel concubitu pro-
 ruperit, peritiores (caloris vte-
 ri debilitate hæc ipsa comitan-
 te) causam sanxere. Erenim na-
 tura de vita certante, & perface
 re finemq; generationi appo-
 nere nequeunte, incommodũ
 id suboritur. Quamobrem cũ
 neq; omnino alienã, neq; pror-
 sus perfectam naturam sortia-
 tur, tota vita, aut saltem longis
 temporum impendijs asserua-
 ri, ecquid prohibet? At cur mul-
 tier vitio huic sola omnium
 animalium obnoxia est? An quo-
 niam muliebria huic cõcoque
 re nõ potenti, affluëtiora sint?
 Quapropter cùm succo diffici-
 li concoctu conceptus consti-
 terit, tunc mola gignitur. Idq;
 in mulieribus aut solis aut ma-
 ximè fit: & ad nouenarium in-
 terdum accedit numerum in
 nonnullis. Quo fit vt mulier v-
 niuersa fermè grauiditatis indi-
 cia, perinde ac si prægnans fo-
 ret, præ se ferat. Attamen duo
 hæc ita interstinguenda sunt:
 quoniam mola vel non moue-
 tur, nisi vtero manibus depres-
 so: vel si (vt pleriq; rentur) mea-
 tulus quibusdã (quos habeat)
 ob spiritum in ea ipsa genitũ,
 hiãtibus, ad sanguinis fuctum,
 quo incrementum recipit, nu-
 tu suo, suaq; lege permouetur,
 rarèter tñ & tristius id accidit.
 Contrà partus, & suapte natu-
 ra citra compressionem, & sæ-
 pius

Obiectio.

*Quomodo
mola distin-
guatur à gra-
uiditate.*

pius & validius dimouetur: & fursum & dextrorsum sinistrorsumq; plerunq; ventrem propellit: qui nimirum in utero graui mollior, in molam gestante obdurior est. In hac manus pedesq; molliores, & corpus totum extenuatum consumptumque magis, & imbecillior virtus, & iusti partus tempus asiduè pertranlit. Contra in grauiditate resese habere, quodidiano experimèto inclaruit. Cui eadè incòmodo galbani scrupulinos ex lacte caprino diluolos forbere prodest. Galbano, coloquintide, myrrha, ex ruta succo, abdomen rectè illinitur: Obstetrix digitum ex populeonis emplastro illitum, vuluam intromittat, eiusq; ostium adaperire quoad potest conetur. Subinde ex galbano, veratro albo, costo, myrrha, vtiliter infra suffitur. Boracis mineralis dragma ex sauinæ aqua sortui rectè datur. Croci etiamnum dragma pota proderit. Cæterum modestiores præsentanea penè queq; præsidia, que mortuos puerulos atque secundas cieant, excutiant, extrudantq; noxæ huic præstantissima fore, haud ière inficias. Quorum nos infra (quantum licuit) commemoramus. Proindeq; contemplatio hæc ad ipsorum remediorum naturas peropportunè nos protinus auferret, ni & alia quoq; non pauca

A scitu per quam iucunda præproperè interpellarent: quibus oppidò quam obsequèdum duximus.

PROCERITATIS IMPRO-
ceritatisq; partuum cause, & de mira
quorundam proceritate 2. Puerperij
in utero posituram 3. Tres vuluæ po-
testates 4. Quonam utero grauis pro-
perante partu sex rerum non naturali-
um regimine, quibusq; præsidijs
parturitione facilem reddè-
tibus uti queat.

C A P V T IIII.

QVosdam præstanti cor-
poris magnitudine par-
tus, alios pumiliones, nō
B nullos proceritate insignes, im-
pæra corporis facie alios, obe-
sos plerosque, alios graciles:
quosdam inter hos omnes me-
dios, pro locorū capedine, re-
crementorū seminaliū quātita-
te, alimētariæ materiæ inopia,
vbertate affluentiaū, gigni cō-
pertum est. Etenim si vteri spa-
ciositas angusta fuerit, nō am-
plū sed angustum, quod in ea
procreatur esse necessum est.
Instar fructuum, qui quanquā
sua vi suapteq; natura grandio-
res adolefcant, in arguto arctio-
reque vasculo in suæ generatio-
nis primordio coacti ac coerci-
ti, excrescere vltra vasculi limi-
tes (eo impediēte) neutiquā
possunt. Planeq; præpotibus
hominum inuentis, prodigio-
P

sis naturæ virib. abrogatis (cui
 nihilo secius imperari audacis
 est credere) exolefcunt. Idem
 & de inchoati hominis
 magnitudine facilè est cuique
 arbitrari. Quo fit vt nani pumi
 liæ degeneres admodum in
 lucem prodeant. Subticeo py-
 gmaeos ad extremos Indiæ fi-
 nes, ternos longitudine dodrã
 res non excedentes. Hos etiã
 num à gruib. infestari Home-
 rus prodidit. Quos fama est sa-
 gittis armatos arietum capra-
 rumq; dorsis insidentes, verno
 tempore ad mare vniuerso a-
 gnine descendere, & oua, tum
 pullos quoq; earum consume-
 re, ternis eam expeditionem
 mensibus perficere. Alioquin
 fieri, vt futuris gregibus resiste-
 re nequeant. Contrà si vuluæ
 alueus vastior extiterit, modò
 parentes vberiores genituras
 suggererint, ac deinceps ali-
 mentaria muliebria tantisper
 affluentiora affatim suppetãt,
 maiusculum proculdubio pu-
 erperium efficietur. Sin cauea
 intercapedoq; medium obti-
 nuerit, medios quoq; infantes
 (modo cætera respõdeant) gi-
 gni, credi par est. Hinc breuior-
 es quosdam patrib. partus
 euafuros discas licebit: æqui-
 ualentes nonnullos, longitudi-
 ne magis euectos proceriores
 & alios. Tamen si rari admodũ
 (seminum vbertatem exustio-
 ne consumente) eam ætate no-

A fra fortunã in depti sint. Quan-
 doquidem & Homerus vates
 ille iam ante annorum prope
 duo millia & sexcentos, mino-
 ra mortalium corpora quã pri-
 sca vsq; in id tempus conqueri
 non cessauerit. Nonnullos ta-
 men patrib. maiores exitif-
 se creditur. Quemadmodum
 olim ille fuerat, cuius corpus
 (terremotu in Creta rupto mō-
 re) stans quadraginta & sex cu-
 bitorum inuentum est. Et ad-
 huc Orestis corpus (oraculi re-
 fossum iussu) septem cubitorũ
 fuisse traditur. Sub diuo etiam
 num Claudio, Gabbara proce-
 rissimus homo, nouè pedum
 & totidem vnciarum ex Ara-
 B bia aduectus visus est. Et sub di-
 uo Augusto Pusonius & Secun-
 dilla duo ij, priori semipede ad-
 dito extitere: Quantos eorum
 parentes fuisse nusquam prodi-
 tum est. Nec ab re id quoq; ad-
 monuisse hoc in loco esse quis
 putauerit, Æthiopas octona cu-
 bita longitudine assiduè exce-
 dere. In Indiæ locis quibus um-
 bræ haud iactãtur, ad cubitorũ
 quinũm & binorũ palmorum
 proceritatẽ hominum corpora
 ad crescere. Plerosq; alijs eius-
 dem partibus quinũm cubito-
 rum longitudine euectos tra-
 dunt, eosq; non expuere, non
 capitis, non dentium, oculorũ
 uè (sed & aliarum corporis par-
 tium paucies ac rarer, tam
 moderato solis vapore) villo-
 dolore

dolore affici. Illic eorum philo-
sophi (quo magis miremur)
quos Gymnosophistas nuncu-
pant, ab exortu ad occasum im-
mobilibus oculis solem con-
tuentes, alternisq; pedibus fer-
uentibus arenis insistentes, per-
stant. Illic maxima gignuntur
animalia. Canes cæteris gran-
diores indicio sunt. Eo loci ar-
bores tantæ proceritatis sunt,
quo sagittis superari nequeant.
Sub vna ibi sicu equitum tur-
mas condi. Arundinum ibi sin-
gula internodia alueo naviga-
bili idoneo, ternos interdum ho-
mines conuehere, illustriores
prodidere. Quantacumq; tamẽ
cuiusq; à vestigio ad verticem
proceritas fuerit, eã sparsis ex-
pansisq; manibus interlongissi-
mos digitos esse obseruatum est,
natura in homine orbẽ vndiq;
effingente effigiateq; vnde me-
ritò microcosmus dici queat.

*Fœtus in ute-
ro situs.*

Quantuslibet etiam vnusquis-
que sit, in trimatu suo dimidiã
staturæ mensuram obtinuisse,
haud cuiquam ignotum est. At
quæuis quantitas cuiq; in vte-
ro fuerit, in semet conglobatus
homuncio sic gestatur, vt na-
sum inter genua, super hæc pal-
mas, sup has ocellos, aures ex-
tra genua habeat. Cui caput pri-
mũ sursum, facie ad spinã (ma-
tris) versa, tergore ad sumẽ est.
At cũ increuerit exitũq; appe-
tat, deorsum reclinatur. Egres-
sus huius gratia, rerum parens,

A (quippe qui in caput cõmodi-
us ederetur) sic situandum in v-
tero duxit. Cui sanè vuluæ cũ
tres natura vires indiderit. Pri-
mam qua genitale viri hauriat,
quam attractiuã cognominat:
secundam qua contineat, quã
retentricem appellant: tertiam
qua partum secernit, quam ex-
pultricem nominant. Altera al-
teri quã oportunè & miro quo-
dam ordine cedere visitur. Nã
quum attractiua suo perfuncta
est munere acquiescit, atq; retẽ-
tiua functionem implet suam:
quæ circiter nouem mensum
tractum maturè (rebus decen-
ter gestis) finitur, quod si incõ-
modum circa fœtũ, eiusue in-
uolucrum acciderit, per id tem-
poris spacium haudquaquam
opperietur: sed ocyus vti opus
fuerit ab illo desistit officio, ac
expultricem vim (vtpote quæ
antea ociosa fuerit) vt proprio
fungatur munere euocat exci-
tatq;. In quo plurimũ naturæ
sagacitatem atq; industriã ad-
mirari conuenit. Quod si nullũ
inciderit vitium, tantisper do-
nec ad nouem menses, vel cir-
cã, ventum sit, interquiescit. Ex
inde exurgit, proindeque vteri
os dehiscit, quo tẽpore vt pau-
lò antea diximus, partus iã grã-
dæuus palpitãs, vt in lucẽ pre-
deat, inferius ducitur. Quam-
obrem properante partu vigin-
ti dierum tractu, eiusdẽ difficul-
tas, quã plurimæ causæ moliri

*Vuluæ tres
potestates.*

*Partus quo-
modo facili-
or fiat.*

queunt, sic emendanda cense-
tur. Principiò mulier admonē-
da est, vt edificio perlucido aë-
rem calidiusculum habente ha-
bitet, in delicijs letamq; vitam
degat. Somnus, vigilia longior
fit, pinguib. carnibus, passulis,
caricis, caryotis, mollentibus
oleribus, vescatur. Vina neque
generosa admodum, neq; dilu-
tiora, alba, prædulcia potui dē-
tur. Carnium iura pinguia for-
bere vtile est. Gestationes etiā
nū nauī vel in portu, vel in flu-
mine, vel in alto mari (vtpote
quæ vehementiores sint) aut
vehiculo quæ acriores, aut e-
quis, vsui sint. Ac sese mulier a-
lioquin pila ambulatione vte
(quæ quidē si non vtiq; plana
cōmodior euadet, quando qui-
dem ascensus descēsusq; qua-
dam varietate corpus lōgē ma-
gis quatiat) cursu præterea, ex-
erceat. huius quippe exercita-
tionis, restæ magis quā flexuo-
sæ, & sub diuo in vmbra (nō a-
pricis locis) quā parietes aut vi-
ridaria iactent, finis, citra fatiga-
tionem lassitudo statuēda est.
Concubitu per tempus id assī-
duè vtatur. Eadē ratione par-
tus difficultatem mulcet ecle-
gma: quod habet dactylorū vn-
cias treis, mucilaginis seminis
lini, mucilaginis seminis coto-
neorum, singulorum semiun-
ciā: Seminis pēoniæ, cinamo-
mi, singulorum dragmam: Ca-
ssia lignæ, croci, singulorū se-

*Eclegma ad
difficile par-
tum.*

A midragmam: Pulueris peucedæ
ni obolum, ossis de corde cer-
ui grana sex. ijs contritis zuc-
chari albissimi ex aqua fauinæ
dissoluti, quantum satis est ad
ea mollienda atq; cogēda adij-
ciatur. Fotu eadem lenitur, q
ex ijs constet: florū chameme-
li, melilotiq; foliorum malua-
rum ac bis maluæ & violarum,
singulorum manipulus: Semi-
num lini, seminum cotoneorū,
fœnigræci, singulorum vncia:
radicum liliorum alborum ma-
nipuli bini. Hęc quum ex aqua
ad tertias deferbuerint, exinde
abdomen ac spina vnā vtiliter
ea aqua fouētur. Deinceps adi-
pis anatis, olei liliorū alborū,
olei sesamini singulorū vncia,
mucilaginis seminis cotoneo-
rum, mucilaginis seminū lini,
mucilaginis seminū altheæ, mu-
cilaginis fœnigræci, singulorū
semiuncia, ex cera alba rectè
illinitur. Balneo vti fortassis
non parum prodest, quod con-
sultò prætermittimus. Cani-
num etiā nū lac epotum effi-
cacissimè maturat. At tria * il-
la quæ nos ipsi quotidiano ex-
perimento præcipua præsidia
obseruauimus, iugiter diebus
singulis ad partus vsque diem
vsui sint, quanquam facilius e-
nixus censeatur, siquidem tam
gravidæ mulieris corpus
quàm pueri validius
extiterit.

Fotus.

Linimentū.

Balneū, &c.

* *Eclegma mi-
mirū & bal-
neum, uel fo-
tus ac linimē-
tum: ita ut u-
nius ex his
quotidie usus
sit.*

* *abi*

QVO MENSIVM NVME-
 ro, quo ordine, quid interim obstetrice
 agente partus edatur. 2. Quibus præ
 sidijs partum acceleremus, quibusq; se-
 cundas, & emortuum foetum pellamus.
 3. Quo demū pacto enixus puer pel-
 luendus, uinciendusq; sit. 4. Cuius la-
 cte primum lactandus: qualisq;
 nutrix eligenda.

5. Cur septimo sole, communi usu no-
 mina imponatur. 6. Quo tem-
 pore dentiat, & remedia.

C A P V T V.

I Nsigne inter eximia natu-
 ræ miracula, & cui aliud vl-
 lum neutiquam compa-
 rari, ac nihil æquè conferri
 possit, illud vnum supra modū
 emicare creditur: quod cū no-
 uem mensium tractu vteri os
 arctissimè obseperit ac sigil-
 lauerit: exinde partu perfecto
 suoapte ingenio non modo idē
 vuluæ ostium adaperiat, verū &
 pectinis offis spectatissimā (sua
 vi reluctantis resilientisq;) cō-
 ferratam futurā, vt ita dixerim,
 non sine perpeffæ mulieris grā-
 di incōmodo, adeo*obiugat, vt
 infans citra noxam ingenuè e-
 di queat, edito mox seiunctas
 (pectinatim coituras) oras re-
 uinciat. Aliud etiamnum mira-
 bile vuluæ artificiū extat, quod
 in ipso enixu, imū sui propius
 ori (quoad potis est) partum fo-
 ras abigens, subnixè accedit. V-

* abiungat.

A nà autem & cum eo operi huic
 patrocinātes continuè partes,
 quæ veluti latera sunt, foetum
 premunt ac circumexpellunt.
 Quamobrem plerisque mulie-
 rum, ob violentam pressuram
 (vulua excretiua vi immodicè
 perfuncta) coacti vteri excede-
 re. Simile vtique ei quod in pa-
 læstris palæstritis euenit. cū
 enim alios euertere submitte-
 reque totis viribus student, im-
 modicè innixi simul cū ijs pro-
 sternuntur. Vuluas autem pro-
 cidētes potu, vel suffitu, vel sub
 iectu, aristolochia, maximeque
 tenuis, inhibet. Necnō cupres-
 si, costi, spicæ celticæ & nardi,
 myrrhæ, rosarum, baccarū myr-
 ti, balaustiorum, calycum glan-
 dium, sorborum, mespilorum,
 æquis portionib. tusorum, ex
 vino nigro austero decoctū, in-
 sidentib. maximè prodesse cō-
 pertum est. Mox siccatae vuluæ,
 gagatis, thuris, balaustij, gallæ,
 antimonij, acaeiæ, aluminis,
 baccarum cupressi, pari ponde-
 re, subtiliter attritorum pulue-
 rem, apprimè obsipat. Demum
 manib. dexteritate eam inige,
 munimentisq; coerce. Ex qui-
 bus quoq; & suffimenti, pari v-
 su non inutile ad vuluas præcla-
 rè cohibendas, genus habetur.
 Vuluas etiam procidentes, bu-
 tyrum infusum, sistere tradunt.
 Fimi è mare boue suffitio repri-
 mit. Arietis vellera suffitu eun-
 dem vsum præstant. Sed quonā

Vteri prola-
 psus, & re-
 media.

mensium numero reclusiones
 hacce natura moliatur, peritio-
 res etiam nū ambigere dilucet.
 Ob id cū cæteris quidem ani-
 mantibus, & pariendi & partus
 suos egerendi tempus statutū
 fit: mulieri vni incertū ac mul-
 tiplex datum esse conspicuum
 est. Quo fit vt homo toto anno,
 & incerto spacio enitatur. Ali-
 us nanque mense septimo, ali-
 us octauo, alius nono editur: at
 qui ante septimum, haud vn-
 quam vitalis est. Qui enim se-
 ptimo mense abigitur, primus
 hic (quanquam morbidior) vi-
 talis exit, non nisi pridie poste-
 rorū plenilunij die, aut interlu-
 nio conceptus. Hanc profectō
 primam humani partus perfe-
 ctionem, quasi quidam maturi-
 tatis arbiter (vsq; eo fœcundus
 extitit) senarius numerus absol-
 uit. Etenim ratio subasciti sena-
 rij numeri multiplicationē p-
 cedens, septem etiamnum mē-
 ses (fœtationi alioquin frequē-
 tiorē nouem mensium, cer-
 to nihilosecius numerorū mo-
 dulamine vsū natura consti-
 tuente) obsoletius vsurpari pe-
 pulit. Nam duos numerorum
 omnium primos cubos à pari
 octonarium, ab impari vicenū
 septenum, & hunc marem, illū
 verò fœminam, quā breuissimē
 absolutissimeq; antiquitatem
 expressisse inclaret. Coeuntib.
 ijs quinq; & triginta contexti a-
 perta ratione constat, hicq; sexi-

Senarij vis.

A es multiplicata, decem & ducē
 tos (qui dierum numerus septe-
 nū proculdubio mensem clau-
 dat) concreare & in cōfesso &
 luce clarius est. Qui equidem
 septenarius numerus, quantæ
 religionis, quantæq; potentæ
 apud priscos fuerit, ipsi vide-
 rint. Huic virginitatis opinio
 (vtpote qui duplicatus nullum
 ex sese, qui intra denarium pri-
 mum numerorum limitem co-
 arctetur, numerū pareret) vsq;
 adeo * exoleuit, vti Pallas quo-
 que vocitaretur: quia perinde
 atq; Minerua vno duntaxat pa-
 rente nata, solius monadis fœ-
 tu pcessisse perhiberetur. Mit-
 to celebratissimā illā triplicē
 huius contextionem: qua sanē
 alium nullum numerū tam va-
 ria maiestate esse fœcundū con-
 spicuum est. Mitto mundanæ
 animæ ex hoc ipso primam ge-
 nerationem, ac cætera quæq;
 quæ sanctionis nostræ modū,
 oppidō quā excederēt. At quia
 tractatus noster quicquā semel
 ingressus non facilē sine culpa
 aliō digrederetur, hinc ad par-
 tū à quo digressi sumus redea-
 mus: quem imbecilliorē, atq;
 admodū * quanquā effœtū, per
 id tēpus extrudi in aperto est.
 Quocirca fascijs alligatur, atq;
 cunabulis & * lana ijs obuolui-
 tur. Cui interdū infisi aut au-
 riū aut nariū meatuli gignūtur.
 At accrescenti puerperio, & di-
 gestē dearticulantur & cōcin-
 nē

Septenarius.

** inoleuit.*

** in i-
dicum.
* refer*

** tanquam.*

** lanitijs.*

nè suam formam recipiūt. Sed & plerofq; septimo mense natos, & vixisse & adoleuisse cōpertum est. Quin etiam & mense octauo (translatitiū) in Ægypto vitæ compotes gigni traditum est: atq; alijs quibusdā solis, vbi mulieres fecundiores validioresq; extiterint. At Italiae locis haud quaquā superstites sunt. Itaq; non solum mense octauo nati haud viuunt: sed etiam ipsis intermortuis, periculum non mediocre, quæ pariūt subeunt. Nec desunt qui huiusce rei causam * non immodicū Saturni algore siccoremq; inanisimo commento * refellāt: quando tamen qui à Saturno Saturnij nuncupantur, & optime degant pleriq; & maxime valeant. Nos Hercules cum Galeno lunæ circuitibus penè septenis, septenis mensib. peractis, nihil quicquā inde puerperio defuturū existimamus, quippe quod sacre per id tēpus cūcta assecutum sit: ob id in lucē prodire totis viribus periclitari, quæ vbi materia deficiente superfluit, septeno mense, foetetur necesse est. At vbi materia & vires qua sorte sese cōrexerint, opperietur, iustoq; partu enitur. Ex aduerso vbi materia redundans, viribus vietas ac flaccidis compareat, septeno ortū mense pertentat, octauo tenue ac morbidum, ita vt statim pereat extrudatur, opere precium

A est. Quo parente incōmodo vexata plerunq; ad immanē mortem, immaniter compellitur. Vnde fit vt si quis vitæ compos euadat, non octauo mense natus æstimatur, quāuis iam quidem & in Italia tales partus vitales fuisse pleriq; prodiderint. At nono mense, in caput, exquifite parēte perpurgata naturalissimus fit partus. Qui verò diuturniores nasci, quā nono mense (vt pote decimo, vndecimo, duodecimo, tertio decimo, quarto decimoq;) peruicaciter asseuerant, me iudice plurimū hallucinantur. Etenim conceptus initium mulieres plerunque delitescit, ac præterit: vt si cum antè vterus (vt sepius accidit) intumuerit fastigiatusq; fuerit: post deinde cōcubuerint & conceperint, id sanè sui conceptus initium (vt pote quæ similia iudicia attulerit) constātissime sprete, repudiata, calcataq; aliorum quorumcunq; reputatione arbitrantur. atque rētur. Attamē ad decimi vndecimiq; mensis initia vsq; nōnunq; (tamen si rarenter) ventū esse, fortassis nec rationi dissonat, neq; priscorum opinionib. ingruere videbitur. Quinimò (si ipsis credimus) id ipsum fateamur oportet, quādoquē spatia hæc ipsi ita digesserint, vt affirmatiōis tēpori duplo adiecto moueatur. (vt antea monuimus) Quo nimirū duplato, cū duo-

arius.

uit.

* in immodicum.
* referant.

uan.

ijs.

bus ijs primis spacijs, aut motus tempore triplicato, primo illi affirmationis tempori iuncto, quod est primum affirmationis tempus, septuplare iustum pariendi tempus confit. Verbi gratia. Triginta diebus affirmatur, sexaginta dierum spaciū (illi duplū) additum, nonaginta dierum numerū implet. Quo dierum numero puerperium mouebitur. Cui si centum & viginti dierum tempus (sexaginta dierum tractui duplum) adijciatur, mēsum septem numerus, quo partus tempore in lucem edetur, exurget. Vel sic: si triginta affirmatiōis diebus statutis sexaginta dierū (quippe quod motionis tempus sit) numerus triplicetur, centum octoginta dierū numerus cōflabitur. Cui triginta primis solibus annumeratis ducēti & decem dies affurgent, qui septem duntaxat menses constituunt.

At si computationem breuius assequi velis, primum affirmationis tempus septuplato, iidē enim menses proueniunt, vt cuiq; liquet. Quibus nempe diligenti examine reputationibus exactis, partus qui triginta dierū tractu affirmatur, septimo mense. Qui trigintaquinque, octauo, quinq; noni mensis diebus adiectis. Qui verò quadraginta dierum numero affirmabitur, mense nono & decimi decē solibus peractis.

A Qui quadraginta & quinque, (maximus ac productissimus affirmationis terminus, & ob id nemo diurnior alter nasci potest) decimo quidem mense & adhuc vndecimi dieb. quindecim elapsis, eniti par est. Qui verò intercidentibus dierū numeris sui formationem sacre assecutus est, intercidentibus pari vsu mēsis in lucem prodibit. Quo fit vt alij in mensium initio, alij occidente mense, in medio alij. Alij initio, fini nonnulli propius. Alij inter diu, noctu alij, vt affirmatio non vnum sed varios, nec illos quidem perpetes (quādoquidem haud semper dierum numero completo at iugiter die alterata, initiata, dimidiataq;) fines obtinuerit, nascatur. Hinc profecto tanta nascentium (quæ nō minus superiori reputationi respondeat) temporum diuersitas cōtingit. Sunt qui adeo certam parturitionis tempestatem ita monstrasse arbitrētur, vt inani delibuti adorea, priscos etiamnū aculeis cæcutientes ipsi tangere (in quo summum recentiorum opus diu fuit) * auferint: ceu verò non alij huiusce doctrinæ veri cultores extarent, quando tamen autores rei huic diuersis in locis varia obseruādo, mox in ijs dē diuersa prodēdo (rarò vnus sententia cum alio congruente) difficultatem non vulgare addi-

* cert
essent.

* ausi sint.

addiderint. Quorū sanè (vt mihi persuasum habeo) languida flaccidaque autoritas facta est, ac paulatim in sterilitatem (euales gnaros cōsulentibus) maiestas prorsus emarcuit. Accedit quidni confessa temporum motus obscuritas, nunc præueniēte nec paucis diebus (quorundam præfagio) nunc postueniente. Primum igitur omnium dierum ipsorum puerperij quietis, subindeq; motionis numerus, vnde fœtificandi termini * certissant, propè inexplicabilis est, Aristotele circiter quadragenam diem motum augurante, Hippocrate illicet interdum fabricæ tempus triplicante, nonnunquam duplicante. Ita fit, vt ferè certa horum omnium tempora tradi non possint. Ex quo illud proculdubio euenit, vt nos ipsi ijs commentationibus hucusq; addubitare non cessauerimus: idq; non nobis tantum accidere putandum. Nam & alios quoq; circa hæc sagaciores reputatio afsiduè fefellit. Porrò cælestem fœturæ præfagationē, imperitiæ nostræ spes ardua immensaq; misceri posse, attamen prægrandi doctrinæ emolumento contemplan- da. Prius nihilominus temporum motus difficultas, quàm eius scientiæ periti, subtiliter ista (vt par erat) consecrati, pro naturæ hominum nouitatis a-

A uidæ more, arctiùs excubanti-
tiusq; adaperuere, contempla-
tiōi subijciēda est: quo exinde
lætior à motu mens discedat,
& facta prædiscat, quæ futura
agrestes literarumq; expertes
prænosci posse minimè norint.
Veram igitur rei creperæ secū
naturæ argumentum * asseren-
tem interpretationem, & tum
Hippocratis nunquā satis lau-
dati, tum Galeni obseruationē
nobis sequi magis libuit: quan-
do quidem hos vniuersa hæc
statis temporibus obtingere
prædixisse haud incognitum
habeam. Id protinus in hac cō-
templatione interuenit, con-
conceptæ spei ordinem inter-
turbare visum. Aristotelē * ho-
munculi motus quadragenam
diem præsignasse: quippe qui
paucis momentis quàm abso-
lutus sit adeò validum robur
sibi continuò vendicet, sitq; &
fabricæ & motionis iuge tem-
pus. Mirum nempe dictu, vt
qui modo informis, indigesta-
que moles præesset, mox iam
breui temporis curriculo præ-
moueat. Hoc qui non memi-
nerit, trifariam sese fœtum vi-
brare concipi posse, miretur.
Aut. n. suapte natura nullo vi-
bratiunculas per paruulosque
ictus (vt pote admodum quàm
abditos) sensu, ratione dunta-
xat attingēte, immouetur, quā
nimirum naturæ penetrabilia
rimantis perquisitionem esse

* certiores
essent.

* asserētent.

* id est, fœtus
in utero.

¶ sint.

quis inficietur? Quo equidem modo Aristotelē sanxisse constat. Etenim ecquis adeo malè animatus autorem alioquin grauissimum, vix conceptum absolutumq; partum, non nisi leuissimo se dimoueri motu, delitescere opinetur? Immoetur profectò, quoniam ei & motrix animula pariter atque vis insita sit. Is demum ob id quòd vieta scemella calidior, & humectior, minùs (quæ certè quãtum præsidij, quãtumvis patrociniij præmaturiori motui afferant, argumentis præterquam nuda autoritate deprehenditur) mas iure censetur. Aut vsq; adeò exiliendi vigorem indeptus est, vti & emoueat, & cù materno & intimo, tum etiam alieno exterraneoq; sensu saltiuculæ apertissimè concernatur, quales pfectò Hippocratè puerperio afformationis tempus ter repetètem asciuisse planè credimus. Quæ res quam sensilis, iccirco ad medicum spectans: quia tamen nihil ad scerificationis vaticinationem proficit, ideo omittenda. Inde sectæ illius (quam paulò antè prætexuimus) orsi sectatores fundamenta (quantum mea fert opinò) iecere. Eo, ni fallor, qd̄ ab Hippocrate proditur, partum à conceptu tertio mense, qui primò fabricatus est, dimoueri quarto, paulò ue tardius vbi quadrageno se-

A cundo die absolutus fuerit decepti. Quauis nullibi apud ipsum ex hoc ipso motus tempore partum augurari liceat, quoniam hunc quidem, terno deno mense, illum verò nono, prælato dierum motus * *computo*, cù eo qui ad sceturam attinet, ab eodem autore epidemiarum volumine sancitocolato, natū iri fateri cogeretur: Ipso nihilò secius, triceno quino die afformatum, mense septeno, quadrageno quino nono, in lucem erumpere monente. Quapropter hæc vel ratione contra tam spectatos viros (quo secius vetustatis artium parentis reuerentiam admodum quàm insolenter verbere mus) veri conscios excepisse, venia sit. Aut postremò inter vtrumq; motus intelligitur, non quo abditus prorsus delitescat, non quo extimus tactus, alienusq; visus planè incognoscatur: at quo sceta duntaxat (vt pote quæ molliter icitur) diligenti animaduersione adhibita, non adhuc cæteris motione externis scenerata, persentiscat. Quomodo Hippocrates quosdam septuageno, nonageno plerosq; partus præmouisse, cuiq; cõmemorasse liquet. Neq; eatenus fabricæ spacium triplicasse opinandum, quatenus nonagenū dierum tractus, tricenos ter comprehendat: quando quidem idē idem
de septua-

de septuagenūm spacio cōcinna verborum serie perhibuisse annuere operæ precium esset. Ast quis illi subtripulum (quod affirmationis tempus statuere tur) vicenūm trium solium, & dieculæ partis tertiæ tractum nō nouit? Ecquis deniq; in uertustissimi medici decretis, puerperium tam angusto dierum lapsu fabricatum iri vnquam lectitauit? Quo fit, ut & qui nonageno sole, eo quem modo prædiximus, vibratur, quadragenno quino afformari: & qui septuageno, triceno quino, sarctè præmonstrerur. Vnde fabricationis tractū eo autore duplari ad saltiunculas motiunculasq; explorandas prænoscendasq; in proparulo est. Quod equidem Halyabas oppidō quā liquidō expressit. Itaq; cuius triceno fabrica ad integrum perfecta est, ijs sexageno ad maturiorem ascitus motionem præsciri potest: cuius uerō triceno quino, septuageno. At deinceps vnusquisq; motū fabricaturæ tempore bis repetito haud dubiè auspiciatur. Quo subinde triplato (quod est primum formaturæ tēpus, sexcuplare) cum Hippocrate, Galeno, Halyabate fœturam constanter præfagire ualemus.

Macrobius. Quare non ineptè Macrobius, locuples autor, in utero futuri partus discretionem Hippocratem dignosci sanxisse, con-

trā quā recentiores medicæ rei professi senserint, citauit. Quippe qui eo dierum numero, quo conceptus præmouetur, ter multiplicato (ut si nonageno sole, nono mēse: si septuageno, septeno) partum foras excerni multò vigilantius obseruauerit. Idq; principid in hac reputatione præcellere (quod inter omnes conuenit) perpetuò quisque nouerit. Non in ipsis temporū articulis: at plerunq; præproperæ, interdum præpõsteræ * fœtificatione, hæc ipsa pro cuiusq; natura, vi, alimentoq; euenire, magno argumento, quoniam mas fœminaque discrimine illo proculdubio dissentiunt, quod eodem nascituri mense protinus ab initio mas, fini propius fœmella penè extruditur, quandoquidem hæc tardiùs ille maturius, (ut retulimus) maturescat: hic robore viget, illa suo pte ingenio uicta languidaque flaccet. Quas ob res marem ocyus, fœmellam serius edi par est. Nec te remordeat Halyabatè post triplicitatè, partum elidi exarasse: quoniam de partu fœmella excidua intelligendum est, alioquin autorem sibi ipsi aduersaturum: quandoquidè nascituram septimo mense puellulam, triceno quino die fabricatam, antea prodiderit, quam non post, quinimò intra ternā temporis motu (quippe quod

* fœtificationis.

septuagenūm dierū tractu præ
 finiatur) multiplicationē fœta-
 ri nemo quisquam eat inficias.
 Ex quo euenit vt illud magno
 pere custodiendum sit præco-
 cibus maribus post ternam re-
 petitionem, mensisq̄ue initio
 propiorem ferotinis fœmellis
 citra eandē, finiq̄; quā citinum
 (serius formaturam nactis) or-
 tum fieri. Idq̄; à diligētioribus
 obseruatum euelatumq̄; exci-
 pias. Porrò marem qui triceno
 sole afformatum iturus est, &
 fœminam quæ triceno quino
 (siquidem longioribus tempo-
 rum impendijs ad munus id vt
 monuimus explendum indi-
 ga sit) hoc ipso * comptu obser-
 uato, septeno mense suboriri,
 hancq̄; septuageno sole, illum
 sexageno motu potiri certum
 est. Octono mēse in lucē prodi-
 turis, mari quidē septuageno
 die motio, fœmellæ octogeno:
 huic quadragenno fabrica, illi
 triceno quino, per oportunē
 conceditur. At mēse nono na-
 scituri, mas quadragenno, fœmi-
 na quadragenno quino fabrica-
 tum itura est: hanc nonageno,
 illum octogeno ad motum vi-
 res excipere obseruatum. Ob
 id Galeno partum quadrage-
 no afformatum, octogeno præ-
 motum, haud esse superstitem
 enunciante. Nō de mare, quip-
 pe qui nono mense vitæ com-
 pos exeritur: at de fœmella
 quæ octauo mense, proindeq̄;

* *computo.*

A morbida ac minimè victura
 extruditur prodidisse existimā-
 dum. Demum marem, qui qua-
 dragenno quino afformatus visi-
 tur, nonageno vibratus, deno
 fœtari mense (allata reputatio-
 ne) perspicuū habetur. Quo na-
 scituram fœmellam mense, cē-
 teno sole præmoueri, quinqu-
 geno fabricā moliri opere præ-
 cium fore, in aperto est. Simili
 quoq̄; modo partus interstitis
 diebus & afformationem asse-
 qui posse, & eandem pro cuius-
 que natura tum motionis, tum
 fœtificationis rationem sortiri
 non negauerim, quibus & fa-
 bricandi & nascendi stata nec
 rationis incomptæ tempora
 esse palàm est. Etenim ij natu-
 ræ non ignotam legem, etiam
 si nec dum commemoratā ob-
 tinēt subeuntq̄;. Sed quo nam
 pacto mas fœminaq̄; varijs fa-
 bricati, varijsq̄; moti temporibus,
 eodem nihilominus mense
 in lucem erumpant, dubita-
 tionē habet. Ijs verò, qui exa-
 ctissimè eorum quæ retulimus
 meminerint, nulla penitus am-
 biguitas, nullaq̄; mentis distra-
 ctio. Nam & si mense eodem
 connascentur, dispari tamen
 sorte, quando hæc quidem fini,
 ille verò initio propius: quam
 certè ortus varietatem, priores
 antedictæ haud dubiè peperūt.
 Hi termini sunt, in quos fœtu-
 ræ tempora (exterricineis non
 etiam ignota) periti examus-
 sim

* *inuentu*

Tempus p
 tus.

* *alimoni*

sim digeffere. Et quâquam varia in hoc vitæ pro cuiuslibet animo fententia. Attamē quicquam noua inquisitione perdisci, veterum inuentis omnino calcatis, opinari cæcæ subtilitatis est. Nec quispiam miretur in partuum quoq; interpretatione eò scientiam profecisse, vti ventura etiamnum finito die præcinant, quando ijs longè peritiore, * ventuq; magis ardua (de quibus obseruationes prodiderint) exquirere semper curæ fuerit. Quæ tamē haud æquē in prisorum diligentia admirationē animum agunt, atque ea herbarum quadrupedū pabulo prorsus intactarū, seclufa, quæ inuia mōtiū culmina, abditas solitudines, omnesq; terræ fibras scrutati, ad salutis vsus vertentes inuenere, quæq; eosdem nimirum Deorum numero addidere. Cæterū scrupulosius hæc quā instituto fortassis operi conueniat, tractaui, quæ non minus, rametfi ex prisca præcepta (vt rerum naturæ libuit) alijs certa, alijs dubia, alijs approbanda, plerisq; damnanda facile existimemus. Nos verò ea ratione haud perterriti sopitiq; cætera quæ in ijs memoratu digna extant cominus ad hæc gnauiter exequemur. Igitur quacunq; hora vterus puerperio iam grandescenti vberem (vt pote qui emunctus sit) * ali-

A rū haud suppeditare quit: quo etiamnum tempore haustus à parente aer (affluentia euentatione indigo) minimè suppetit, & acetabula quæ primò cōspicua fuere, subindeq; minora redacta abolentur, atque ex toto obliterantur, partus aliunde tum alimoniam, tum euentationem quæritans, ad exitū sese conuertit & parat. Hoc ipsò tempore mulieribus vehementissimi labores, & multas quidem in partes, in alterutrū femur plurimis, alijs in lūbos, quæ vix pariunt: quibusdam in imum ventrem, quæ facilius, incumbunt: Ijsq; potissimum, quæ stabiles & sellulariæ, & quibus non bona latera sunt: quibus etiam spiritus retinendū facultas aut nullo modo aut tristiùs suppetit, incidūt. Quos cum primum mulier præfense rit, dictamni folia ex aqua præclare dantur, vnius oboli pondere. Si etiamnum emortui in vtero infantes fuerint, sine puerperæ vexatiōe protinus reddi constat. Simili modo Pseudodictamnum sed tardiùs prodest. Cyclaminos adalligata, cisanthemos epota: item betonicæ scobes ex aqua mulsæ eundē præstāt vsū. Omnia proinde hæc, atq; scordotis succi dra, in aquæ mulsæ cyathis quatuor partus accelerāt. Cinnamomi etiam & castorei, myrrhæ, styracis, sauinæ, singulorum scr-

Partum promouentia.

* inuentuq;

Tempus partus.

* alimoniam.

pulus ex melle vtiliter lingitur: à linctū hora, boracis mineralis ex albo remeto odorato dragma rectè sorbetur. Ex forptu (ni partus eijciatur) geminis horis croci dragmæ binæ ex mero albo commodè bibuntur. Abdomen * artanitæ succo illinire mirè prodest. Asparagi radix femori alligatur. Quæ omnia, ne sanguis immodicè effluat partu enixo abijcienda sunt. Quin & ex eiectis capillus illigatus celeritatem facit. Partus etiamnum accelerasse (ceu verò id verum esset atq; non fabulosum) produnt, si vir ex quo quæq; conceperit, cincto suo soluto feminam cinxerit, dein soluerit, precatione adiecta se vinxisse, eandem & soluturum, atq; abierit. O ré (vt reor, nec hallucinari puto) spectatissimam risu, vix enim talia magorum commenta ferriò completi contingit. Nec fecius difficiles partus confestim solui autumant, quopiam rectum, in quo sit grauida, lapide missiliuè, ex ijs quæ singulis ictibus tria animalia, hominè, aprum, vrsū interfecerint, transmittente: Quid ni vitæ remedia in millium millib. annorum non reperta demonstrasse irridere est? Identidem velitarem ab hominis corpore euulsam hastam (modò terram non attigerit) illatam probabilius moliri: Adipe ex hyenæ

* cyclamini.

A lumbis suffiri difficulter parietes, & quàm mox parere. Quomodo & eiusdem læuum pedem parturienti superlatū funebre existimant. Ex aduerso, dextro illato, perquam facile ocyfsimeq; eniti. Idem & ijs ex illius spina ossa salutaria censentur. Chamæleontis lingua adalligata, puerperij pericula tollit. Eundem quoq; parturientibus circa domum salutarem aiunt: Sin domibus inferatur, perniciosissimum prodidere. Carnes lupi edisse parituris prodesse ferunt: aut si parere incipientibus, qui adederit, iuxta sit: contrà, eundem superuenire exitiosum. Lacte suis potō cum mulso, mulierum foeturæ adiuuantur: atq; fimi è mare boue suffimento. Membrana è canum secundis (si telurem non pertigerit) partus euocat. Quæ anferinum fimum cum aquæ cyathis duobus forbuere, aut ex vtriculo mustelino per genitale effluentes aquas, faciliùs eniti creduntur, gustatu quidem turpe probrosūq; , effectū verò perquam vtile. Cochleæ in cibo sumptæ accelerant partum. Amphisbena vel mortua idè præstat. Anguiū senectus lumbis superilligata, protinus à puerperio remouenda. Dant & in vino bibédam cum thure, alioquin sumpta abortum cit. Baculus quo angui rana excussa sit, parturientes

Obste

* linime

* qua

turientes adiuuat: atque penna
vulturina pedibus subiecta. I-
tem siluri suffitu, præcipuè Afri-
ci, faciliores partus fieri dicun-
tur. Mirum & quod de torpedi-
ne inuenimus: si capiatur cum
luna in Libra fuerit, triduoque
asseruetur sub diuo, faciles par-
tus facere, postea quoties infe-
ratur auxiliari. Et pastinacæ ra-
dius adalligatus vmbilico, si vi-
uenti ablatu sit, ipsaq; denuò
in mare dimissa, idè moliri exi-
stimatur. Vbi etiamnum partus
strangulet, cæcri ex hyssopo po-
ti, præclarè adiuuant. Deinceps
ijs autem omnib. aut quibusdã
(vt cuiq; libitum fuerit) ipsa mo-
litis, perspicacis ingenij, specta-
tæ intelligentiæ atq; expertæ
peritiæ obstetrix aduocetur:
cui non mox mulierem exurge-
re, in sedeue collocare cura sit:
at prius vteri ostiolum, quod è-
quidem cunctim dehiscit, per-
tingat, sensimq; premendo mi-
nimũ digitũ inigat, subinde iã
(paulatim tamen) magis ac ma-
gis os dilatet: quod fatiscere p-
pendens, * emplastro de mucil-
aginib. supra præscripto capi-
te * septimo vteri ceruicem (vt
lubrica reddatur ac ductilis ma-
gis, quo facilius partus exiliat)
vberrimè illinat. Quã vbi indu-
ratam cõperiat, bubulũ fel, ro-
faceo admixto iniiciendum est,
vellere foris cũ resina terebin-
thina imposito, eximie adape-
riente. Quibus ad eiusdem trã-

A situm hiantibus, grauidam at-
rollere, in sedeq; collocare con-
festim iubeat: atq; vt promptè
infantem expellere tètet, eidè
blandis verbis persuadeat. Est
autem munus id, quod ex se i-
psa parturiens adijcit, non vul-
uæ (quandoquidem anrea illi-
us iam meminimus) sed mu-
sculorũ ventris, quos & ad ex-
crementa secernèda nobis coo-
perari inclaruit. Plerunque ve-
rò diluta pallidiusculaq; sanies
si fœmina natum itura est: cru-
ta, si mas, præfluit. Cæterum
maris ac fœmellæ partus discri-
mine illo interstingitur: Quo-
niam huius partus tardior, do-
lores etiam continui ac perpe-
tes, sed obtusiores: illius celeri-
or simul & facilior, ac acriores
& longè molestiores dolores.
Equidem per tẽpus id respira-
tio pariter atq; oscitatio arceã-
tur. etenim quæ oscitauere, re-
spirauereq; difficiilius enirun-
tur. Quòd si interea dum * ui re-
tinere nititur coacta respiratio
nem eruperit, difficillimè qui-
dem: * Ar vera in albi puluis-
culo narib. iniecto, ore naribusq;
apprehẽsis, sternuere cogatur,
iuxta Hippocratis sanctũ: Mu-
lieri quã vitia vteri infestãt, aur
quẽ difficulter parit, si sternuta
mẽtum superuenerit bono est.
Sed si ob hęc infans minimè e-
datur, pastillo infra suffies. ha-
bet hic myrrhẽ semiunciã: Cin-
namomi, galbani, castorei, sin-

* fœtum ehi-
titur.

* at ellebori
albi.

Hipp. lib. 5.
Apho. 35.
Suffitus.

Obstetrix.

* unimento.

* quarto.

gulorum semidragmam: opo-
panacis dragmā: veratri nigri
dragmas geminas: ex vaccino
felle confice. Artamē suffitu nō
nisi virgente necessitate (ne ob-
uius partus suffocetur, qđ ple-
runq; quibusdam euenisse nos
ipsi vidimus) vtaris. Primū
autem aqua illa subtercurem
(quā antea cōmemorauimus)
fusa, puerperij motione mem-
branulis interscissis, effluit.

*Partus legiti-
mus.*

Mox fœtus ritu quidem naturę
in caput gigni mos est, quomo-
do pedib. efferri, brachijs quo-
que ad costas & ad femora di-
stentis, vtero inuerso, secūdisq;
interna euoluentibus, foras in
lucem venit. In pedes sanē na-
scētem procedere (quod æquo
argumento Agrippas, quali æ-
gri partus, antiquitas appella-
uerit) atq; in alias penē innum-
eras figuras, contra naturam
est: propterea qđ partē ab vm-
bilico suprā, puerperia impen-
diō maiore inferiore obtineāt:
maiora autē plus ponderis ha-
bent. Itaq; veluti in trutina pē-
dentes eō vergunt quō trahun-
tur. At quacūq; figura processerit,
an quod effusum est, victurū
sit: an in vtero prēmortuū spi-
rans tārūmodo nascatur, se-
ptimā horā discernere diligen-
tiores tradidere. quando quidē
vltra hunc horarū tractum, quę
prēmortua fecernuntur aeris
halitū ferre neutiq; valeāt. quę
vbi quis vltra septenashoras su-

A perstes sustinuerit, ad vitā (al-
ter ni fortē, qualis pfectū etiā-
nū quis casus excipiat) creatus
intelligitur. Quemadmodū &
sine spiritus hauustu vltra easdē
horas, sine esculentis vltra toti-
dem soles (quibus accipiendis,
& reddendis membra adiacen-
tibus adscitisq; meatibus sibi
obsequuntur) maxima ex par-
te vitę haud potiri obseruātis-
simū est, maxima ex parte adie-
cimus, quoniam non perpetuō
id euenit. Nam quo magis ac
magis admiremur, non modō
homini ante diem septenum le-
talis inedia non est, verū & vl-
tra vndecimum plerosq; duras-
se certum est. Porro fœtu vitę
B obnoxio, si secundæ quoq; ex-
ciderint, vellere vmbilicus à vē-
tre quatuor digitis citra dolo-
rem alligādus est, ac succida la-
na ex oleo calido imponenda,
superiusq; præcidēdus: cui *ve-
nē citrinę, sanguis draconis, sar-
cocolla, cyminum, vsnea, myr-
rha, pari pōdere cōtrita, super-
imposita vtiliter medētur. Quā
verō deligatus est, cohærescit,
ac pars iugis penitus decidit.
Sed si copula amentumq; dis-
soluatur, puerperio sanguine
affatim effuso protinus emori-
tur. quando quidē infantē etiā-
nū inter nascendū mortem ob-
iisse sæpius intueri liceat. quip-
pe cui imbecillo, antequā vm-
bilicus deuinciatur, sanguis sit
plerunq; in vmbilicum circaq;
suffusus.

*Obstetricis
officium.*

** id est, cur-
cumus.*

*Secundæ
cendæ.*

*Sic etiā o-
trices in
mania o-
uant.
Sternuta-
tum.
Hippo. l.
Apho.*

suffusus. Quanquā peritiores nonnullæ obstetrices cruentū succū intrò de vmbilico reprimunt, quo diligētissimè peracto, infans qui modo exanguis exanimatusq; è vita excidebat, mox rediuuatur, recreatur, vitæq; restituitur. Verū & intercepto inter nascendū halitū (equè quā sanguinis profusione) inspirantem ac præmortuū infantem edi, colūbarumq; puli rostro (quoad quiuerit) pueruli ano immisso, quo moriendo intus spiritus relinquatur, in illiusq; vitam hæreat cōmuteturque morte, statim liberari inter omnes conuenit: Mirabili ante cuncta cōtemplatione. Quasi omnium parens præstantissima illa animæ auxilia ex anima alia esse voluerit. At si quādo acciderit secūdas haud continuò cum partu exiisse, dū intus ipsæ, foris autem infans extet: vincto vmbilico, suprà dissectetur, atq; parte relicta secundæ amento femori (ne introcedant) vinciātur. Demum secundas morātes præsidij ijs, quib. & fœtū ac potissimū * sternutamento, remedio quidē præsentissimo, quā citissimè fieri quit exerere extrudereq; oportet. Cuius Hippocrates non ignarus inquit: Si secunda procidit, sternutatorio apposito nares & os apprehendimus. Sedulis itē suffusionib. liberalius admotis, enixā ab incōmodo hoc

Afferere nō dubitamus. Quinetiā & panacis semen è vino potum, appositumq; cum melle, pariter atq; eius radices appositæ, & secūdas extrahunt, & vuluas cōmodè perpurgant. Polemonia ex vino epota, secūdas pellit. Centaurij maioris radix derafa & apposita, secundas & mortuos partus deijcit. At præcipua dictamno vis est, vt etiā transuersos (non modò emortuos) partus & secūdas eijciat, & ne in prægnantiū quidē cubiculum inferendū, quippe qd̄ abortum cieat. bibitur ex aqua foliorum obolus. Nec potū tātū, sed & illitū, & suffitū valet. Quo præcipuo, dum hæc ede-

Bremus, cuiusdā mulieris secundam tribus diebus post abortū moratam, tandem diuino annuente numine, pepulimus. * Molochis & aristolochia, myrrha & pipere additis pota subditaūe, & secūdas & intermortuos fœtus cit. Cissanthemos epota secundas pellit. Mandragoræ succus appositus, daucū potum vsū præstant eundem. Scāmonium potum vel appositum. Erysimon cortice ex aqua pota emortua & secūdas cit. Item radix è geranio peculiari ter succurrit. Artemisiæ radix epota partus enectos & secūdas extrahit. Easdē ramorū decoctum insidentib. cit. Itē & foliorum dragma pota. * Cantilides duæ in vino epotē secun-

R

etricis
ium.

Secundæ edu
cendæ.

est, cur
is.

Sic etiā obste
trices in Ger
mania obser
uant.

Sternutamen
tum.

Hippo. lib. 5.
Apho. 49.

* Maluis.

* Canthari-
des forte: nisi
quis Anthyl-
lides malit.
Sunt enim
hoc nomine
herbæ speci-
es duæ: à qui-
bus tamē se-
cundas educi
nondum legi
mus.

darum moræ utilissimæ sunt. Haud secus leporis coagulum secūdas expellit, modo pridiana caueatur balnea: illiū quoque cū croco & porri succo vellere appositū, præmortuos abortus. Easde equinus lien ex aqua dulci epotus eiicit: itē vngulæ suffitu, aut simum aridū. Mébrana caprarū in aqua partu edito inueterata potuque sumpta in vino, secūdas pellit, atq; terreni uermes in passo poti. Succida lana imposita subditaq; mortuos partus euocat. Vngulæ asinine suffitæ partum maturant, vt vel abortus euocetur, nec aliter adhibetur: quoniam viuētem partū ocysimē internecat. Cæcis ad purgationes mortuosq; partus cū quinilapathi radicib. cū ruta, & fuligine, tritis & in mulso potui datis Hippocratē vti proditum est. Deniq; verbenacæ radix ex aqua pota, ad oīa in partu aut ex partu mala præstantissima censetur. Itē & betonicæ dragma in vino cyathis tribus, cōtra omnia vuluarū vitia, quæ à partu fiunt rectè bibitur. At quoniā in immodicas à partu duritudines, infestissimosq; dolores vteri aguntur, lupi adeps illitus, eos emollit, eorū dolores iecur discutit. Asininū seuū inueteratū, in vellere appositū, vuluarum duricia mollit. Vitulinū etiam fel, si in purgationib. fuerit sub coitu asper

Ad partus mortuos & purgationes.

Ad vteri duritiem.

A sum. Caprarū fel, callū vteri, inspersum. Duritias & collectiones, adeps anserinus, aut cygni mollit. Nos præsentanea inuenimus, squinanti decoctū croco adiecto sorbere: œsypi q; ceratum, oleum liliorum remollitum abdomini, à tergo q; coxendicibus calfactū apponere. Pleriq; verò nō hoc sane modo victura genitrice oriuntur, at iā enectæ parentis cæso (vnde cæfones dicuntur) vtero gignuntur. Sicut Scipio Africanus, itidem & Manlius natus est. Infans verò, quē inter tot animalium genera natura nudum & in nuda tellure ad vagitus natali die abiecerit, mox quū exierit, nec antea, nempe quā egrediatur (tametsi cū difficulter foris caput, corpus totū intus fuerit) ab hoc lucis rudimento vocem emitit, flet, atque vagitat, manus in os quā primū serit: quippe quia supplicijs (ob hāc duntaxat culpā, quia natus sit) vitam infeliciter infelicem aspiceretur. Sed quod mirum est, & ætate nostra nunquā visum, editum infantem protinus in vterum reuersum, inter ostenta enumeratum nonnulli (nec ignobiles) prodidere. Exinde recrementum (quod papauerculum vocitant) plus quā pro partus magnitudine, colore cruentum, atq; admodum atrū piceum ue deiicit: quam obrem quia valde tenellus est, muria pauci

Scipio . A. Excisi ex utero.

Infans natus flet, manus in os inserit.

Infans in uterū reuersus.

Infans recerus natus quomodo tractatus

pauci falis, cui admixta sint co-
 stus, fumach, foenum græcū, ori-
 ganum, eundē, præter os & na-
 lum, circumluere diligētiores
 iussere. Demum lauatrix manu
 dextra, læuo brachio eius pecto-
 ri adactō, eum præhendat, tepi-
 da aqua æstate, hyeme calida,
 meraciore generoso ōiue temeto,
 ouorūq; vitellis binis adiectis,
 à proluuie quacūq;, nares digi-
 tis vnguib. excisis, per purgādo,
 anū minimo digito adaperien-
 do, exquisitè pelluat. Quod ple-
 runq; bis aut ter in die (estū po-
 tissimū) facere conducit atque
 expedit. Deinceps verò læuiga-
 to linteolo madidū infantē de-
 ficcet, singula membra leuibus
 pressuris afformet ac ex cultius
 effigiet. Vesicam, vt lotij egres-
 sus facilius sit, deprimat: Leui-
 bus pānis extensus, brachijs ad
 costas porrectis, obuoluatur.
 In titisq;, capitiō capite oper-
 to, per uinciatur. In ipsius nares
 oleū conijciatur. Deniq; capite
 eleuato super latus, quò melius
 pituitosa materia ex capite ex-
 purgetur, cunabulo suauiter
 semicirculari motu quasso, suc-
 centante quapiā, obdormiat:
 mellis per diē (primū scilicet)
 fustu contentus, nec nisi flenti
 propinetur. Demū vsq; quò pa-
 rentis tēperatura pristinæ natu-
 ræ restituatur, eundē nutrix in-
 frā eligēda, interdū bis aut ter
 lactet. Tantisper enim puer-
 peræ lac in pumicis modum

A coit, quod colostrum appella-
 tur, ac propterea infantes qui
 hoc lactauerint colostrati: sed
 ijs nutricis potius lac exhibere
 cōuenit, quādo matris exitio-
 sum sit. Subinde maternum lac
 potius fugat: quippe quod ali-
 moniæ, qua dū in vtero infans
 erat, alebatur, per quā simile exi-
 stat: muliebria nanq; in vbera
 delata cōcoctione lactescūt, &
 ob id eidē vel maximè cōueni-
 ens: quòd etiam nū quotidiano
 experimēto cōpertum est, pro-
 pterea quòd maternum mamillis
 puerperij ori admotis, allicia-
 tur, ac deniq; quæq; eidē office-
 rent, arceantur. Etenim à partu
 purgationibusque lactis copia
 excitatur, ad eò vt plerisq; non
 modo de papillis, sed & passim
 per vbera, aliquib. etiā per alas,
 effluat: in posterū quoq; quoti-
 es nec cōcoquatur neq; exeat,
 sed redundet supra modū suc-
 cus, globuli obdurescunt intum-
 mescūtq; Quas murinum simū
 aqua pluuiā dilutū, reficit. Eas-
 dē à partu adeps anseris cū ro-
 faceo & araneo custodit. Mam-
 mis puerperio vexatis, otidū
 adipē vtilē esse inuentū est. An-
 serino adipe māmīs perunctis
 dolores mulceri existimant. At
 vbi lactis putrescētis vbertate
 atq; affluētia mamillæ rubore
 suffuse obduruerint inflāmen-
 turq;: q^d die tertio omnib. ma-
 xima ex parte obuēnit. Muri-
 cū, vel purpurę testarū cinis cū

Colostrum.

Maternū lac
presertur.

Ad mamillas

Ad mamillas
inflāmatas.

Experimentum.

melle efficaciter sanat. Atque aduersum eas quæ eâ fortunam inciderint, plerique medici se medicos nō inueniūt. Ego certè scio (pace ac venia dicere liceat) rarò quāpiā, quæ se illis credidisset, huic pesti ereptam. Verum ita nos eius curationem ijs quæ infrā perscripta sunt intra quartum diem expediuimus, abrotoni, mentę, apij, singularū manipulus: psyllij, acacia, gallarum, omnium vncia: cymini semiuncia: radicum altheę manipuli bini: castorei semiuncia: feminum lini vncię tres: radicum brassicę rubrę vstarum dragmæ tredecim: cārorum fluuiatilium exustorū totidem: hæc quum in aqua mentæ quod sufficit subferbuerint, donec pars tertia decesserit, mammæ sepius foueantur. Mox à fomento emplastro tali illinantur, acacię vnc. tres: cyclamini vncia vna: mucilaginis feminum lini, mucilaginis psyllij, singularum vncia vna, ex succo apij quod sufficit, emplastrum molle confice. subinpe tempore procedente, sandaracha, myrrhaque, adiiciendæ sunt, sandaracha præponderante: quæ si mammas obdurent, fotu florum maluarum, ac radicū altheę ex aqua fontium, ad tertias decoctarum præstanter succurritur. Hercules à partu ob dictas causas duriciā ijs accidere in confesso est. Quan-

Emplastrū.

Ad quidem ubera tota fungosa extent, adeò vt si casu aliquo pilum mulier poculo hauserit: dolor in mammis (quod malum pilare vocitant) nimirum moueatur, neq; aptius sedatur, donec vel sponte, vel frustra pressus pilus egrediatur. Cācri etiamnū fluuiatiles illiti, vel marini pilos in mamma, vel muricum carnes appositæ tollunt. Sed quoniam natura non ita fert, vt succus idem pluribus vnà locis erumpere possit, hinc quandiu è mammis lac emanauerit, magna ex parte menstruę purgationes astringuntur, assidue dixerim, haud perpetuò, quando & iam quibusdam lactantibus (vt nosi si nouimus) muliebria proruperint. Lac autem donec mulier conceperit asseruari, tū autem desinere atq; aboleri, tam in homine quàm in quadrupedum viuiparo genere inclaret. Quanquam fœminis partum alentibus si ex eodem viro rursus conceperint, lac minimè corrumpi, Nigidius auctor est. At si quid (vt pote quia lac integrum nō sit, aut quia parēs vieta, languida, aut nobilis admodumq; deliciosa sit) matrē puerulum lactare inhibuerit, nutrix eligenda est, cuius ætas inter viginti quinque & triginta quinque annos, sit viuidi coloris, fortis ac robusti colli, pectorosa, musculoza, duræ ac multę carnis,

Pilare malū.

Quandiu lactat sistuntur purgationes

Lac corrumpitur post conceptionem.

Nigidius Nutrix eligenda.

Lactatio.

carnis, non obesa, nō gracilis: cuius etiam māmē solidē ac firmā sint, mediam magnitudinem modicamq; duritudinem obtinentes, quibus lac plurimum sit, odoratum, cādīdum, perdulce, equabile, neq; admodum crassum, neque tenue, cuius super vitreum vmbonem rectē probatio fit, si neq; prorsus fluat neq; vmbone reclinato omnino constet: aut si in vaseculo illius portio emulgeatur, myrrhæ tantillo adiecto, fero pariter atq; caseo pars æqua detur. Probatissimum etiā si in vngue hæreat, nec defluat, atque quod à partu quadraginta & quinque, sexagintaūe solibus abscederit. Si marem iusto partu illa pepererit, neque abortiri assueta. Si laudatorum morū extiterit, quæ nec ocysimè animæ passionibus afficiatur, neq; penitūs obtusi sensus aut stolidi sit. (quæ lactare prohibent) Quæ nihilominus admonenda est, ne concumbat: vt probatis cibarijs vescatur: vt quaq; vice ante lactationē partui mellis paucillum ex pauco vino lingendū tribuar: item vt lactis quicquam mulgeat, vt mamulæ pressione puerperij suctionem iuuet, ne fortē vehementi suctu, & gulæ instrumenta oblædatur, & malarum ossa luxentur, quod sæpius contingit: vt singulis lactationib9, non vberem lactis copiam, sed

A parcam exhibeat. Quòd si defuerit remedia adhibenda sunt. Nam suillum lac porum, deficientia puerperarum vbera mirè replet. Asininus lien inueteratus ex aqua illitus māmīs abundantiam præstat. Terreni vermes cum mulso potilac deuocāt: atq; perdicis ouasorptui data mulieribus, Glauiscus è iure sumptus, & Smarides cum ptisana sumptæ, vel cum fœniculo decoctæ, lactis copiam faciunt. Item cancri cū lapatho & apio in iure cocti vbertatem præstant. Ijs itaque obseruatis, puerulus & benè habebit & commodè lactabit. Quo tempore lacteas & albidas deiectiones egerit. At cū vmbilici exesa vellere pars ceciderit, quod post tres aut quatuor dies iugiter accidit, cochlearū cinis vtiliter imponitur. Ossa etiā ex vngulis vituli, aut plumbum cremata eundem præstant vsu. Conuulsione pleriq; ac præcipuè corpulentissimi habitissimiq; & lacte copiosiore crassioreque vescentes, atque astrictas aluos habentes (quippe qui facietate vexentur, & recrementis scatefcant) ac potissimum plenilunio, corripī assolent. Quo morbo omnes fermè ante septimū solem pereunt: ob id die septimo (ijs superstītibus) tanquam eorum saluti magis credamus, nomina imponuntur. Proinde

Ad lactis defectum.

Ad umbilicū infantis.

Comitalis puerorum.

iecur asini panace modica admixta, in os instillarum à comitalibus morbis & alijs quadraginta iugiter diebus factitatū, puerperia tuetur. Cerebrum ca præ per annulum aureum traiectū, priusquam lac detur infantibus, contra comitiales cæterosq; infantium morbos instillatur. Cæterum præcox illis risus atque celerrimus, lachrymæ ante quadragesimum solem maxima ex parte haud quaquam conceduntur, quanquam die eodem quo satus esset, Zoroastrem vnum risisse legitauimus: sicuti & Crassum, Crassi in Parthis interepti auū, ob idq; Agelastum appellatum, nunquam risisse ferunt, quomodo & plurimos nunquam fleffe: alios quoq; multos, quod mirum sit, maximæ sapientiæ autores, veluti Socratem, Diogenem cynicum. Heraclitum eodem semper vultu nec aut hilari magis aut turbato (quales apathes Græci cognominant) extitisse. Qui sanè animi tenor in rigorem quendam naturæque duram atq; inflexibilem toruitatē summopere exit, humanos etiamnum affectus proculdubio adimit. At quoquo modo res se habeat, si ante quadragesimū diem risus eruperit, ominosum id atq; timoris plenū vulgò iudicatur. Cuius temporis partem plurimā obdormiunt. Etenim homini

Risus.
Lachrymæ.

ἀπαθής.

A animalium vni per aliquot menses somno cōfestim genito premi sopiriq; datum est, subinde iam longior indies infomnia. Somniare etiamnum eos cominus compertū est. Nam & pauore expergiscuntur & factum imitantur, plerosque verò nunquam, quibus exitiale contra somniorum assuetudinem indicium fuisse multorum exemplis veteres inuenere. Insuper recens natis vertex adeo mollis est, vt cerebrū palpitate perpendatur, qui sane serius duratur. Quinimo Zoroastri ita palpitasse, vt impositam manum valentissimè repelleret, futuræ scientiæ præfagio, constat. **B** ris primores septimo mense detes gignuntur, priusque ijs superiores, illis inferiores, at omnibus ferè prius parte supera, haud dubiū est. Ex quibus qui primus ceciderit, vt terram nō attingat, in armillam inclusus, in brachioque afsiduè habitus, muliebrium locorum dolores efficacissimè prohibet. Septimo eisdem anno decidere, ac alios suffici dilucet. Quosdam & cum dentibus (tamen si rarer) nasci, sicut Marcum Curtiū (qui ob id Dentatus cognominatus est) & Cn. Papirium Carbonem præclaros viros, inclaret. Id quidem in viris mali fuisse auspicij antiquitas negauit. At in mulieribus ea res infausti ominis atque inauspicati exempli

Infomnia.

Palpitatio cerebri.

Dentitio.

Dentium merus.
70450.

Ad faciendam dentem.

empli regum temporibus extitit, quando Valeriam ita natam ciuitati Sessapie, ea tempestate florentissimæ, in quâ deportata fuit, aruspicum responso vaticinante, veridico exitio fuisse, dignissimi autores scriptauerint. Aliqui etiamnũ dentium vice osse continuo superna oris parte gignuntur, sicuti Prusæ regis Bithynorum filium fuisse tradunt. Sed ex dentibus quaterni primi quia secāt * temnici à Græcis nominantur, ij exinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur. Ultra quos vtrinque; ferè maxillares seu molares quaterni sunt, præterquã in ijs, in quibus tres vltimi qui serò gigni solēt nõ increuerũt, horũ vtrinque bini caninis proximiores, columellares vocitãtur. Quare viceni omnes erunt. Ex quibus primores singulis radicib. maxillares vtiq; geminis, quidam etiamnum ternis quaternis uenituntur. Atq; ex radice eadem in pueris nouus (altero deciso) dens subit, qui multo sepius priorem expellit. Interdum verò aut suprã aut infrã eum sese ostendit. Sed non desunt, quibus tricenos binos viris dentes attribuere, fœminis numerum minorem (excepta turdulorũ gente) placuerit. Quibus non plures fuere, longiore vita promitti spatia putãt. Quibus autem in hoc primo dentitionis

A rudimento, impatientissimis difficulter nascuntur, ijs qui dentes, qui primi cadunt, alligati facilem (efficacius si terram nõ attingere) dentitionem præstãt. Lacte caprino, aut leporino cerebello adipeque gallinaceo, gingiuæ perfricentur, cerebrũ pecudis in vino potui detur. Dentiũ delphini cinis ex melle gingiuis illinitur. Eius quodque dente gingiuæ tanguntur. Caniculæ dentes eundem habent effectum. Infantibus tamen nihil butyro vtilius per se & cũ melle, priuatim & in dentitione, & ad gingiuas, & ad oris vlcera. Dens quoque lupi ad alligatus infantium pauores (quos etiam lapis stellatus arceat) dentitionique morbos prohibet, quod & lupina pellis præstat. Cinis caninorum dentium cũ melle pueros tardè dentientes adiuuat. In cochlearũ corniculis arenacæ durities inueniuntur, eã dentitionem ad alligatẽ facilem reddunt. Cerebrum viperæ pelliculæ illigatum. Ad idem & serpentium grandissimi dentes valent. Bouis capiti lapillum inesse produnt, quẽ ab eo expui si necem timeat, inopinatis tamen, capite præciso exemptũ ad alligatumque; dentitioni mirè prodesse: eiusdem cerebri ad eundẽ usum alligari iubent. Limacisque; lapillum in dorso offensum. Dehiscentibus gingiuis, caput &

Dentium numerus.

Ad facilitandam dentitionem.

Morbi ex de
titione & re-
media.

Hipp. lib. 3.
Apho. 31.

collum oleo ex aqua calida ab-
luto fricentur. Oleum insuper
in aures guttatim rectè instilla-
tur. Subinde ireos radix cōma-
sticata dolores ac vlcera inhi-
bet. Os melle & sale collutum
eosdem mirè arcer. Deniq; li-
quiritię succus in ore continea-
tur. Plurimis hoc tempore
pueruli morbis obnoxij sunt,
qui cūm vexantur non vno ge-
nere seuiunt sed & febrī, cōuul-
siōe & alui fluore, & id genus
reliquis morbis, quos Hippo-
crates internoscens inquit: Per
ætates hæc accidunt paruis &
recens natis puerulis, vlcera o-
ris, vomitus, insomnia, pauo-
res, inflammationes vmbilici,
humores aurium. Quos impa-
uidos proculdubio asinina pel-
lis iniecta facit. Paulò ætate pro-
gredientibus, quū dentire inci-
piunt gingiuarum pruriges,
febres, conuulsiones, alui fluo-
res longi, maximè quum cani-
nos edunt, & ijs potissimū pue-
ris qui corpulentissimi sunt, &
aluos habent astrictas, ij lepo-
ris coagulo illito vberē, mirè
sistūtur: caprinum quoq; simū
inquietos infantes panno adal-
ligatū, maximeq; puellas cohi-
bet. A dultioribus iam tonsillę,
vertebrę in occipitio, siue luxa-
tio in partem interiorem, anhe-
lationes, calculi, lumbrici tere-
tes, ascarides, verrucę, satyrię,
strumę, & reliqui abscessus,
sed præcipuè quę enumerauit.

A Plurimi verò affectus puerilis
ætatis iudicantur, aut intra qua-
dragesimum diem, aut intra se-
ptimum mensem, aut intra se-
ptimum annum, aut quum ad
pubertatem itur. Qui autē per-
durarint, nec solui potuerint
pubescenti, aut sceminæ quum
erumpunt menstrua, ij conse-
nescere assolent. Quibus singu-
lis affectibus proprijs medica-
minibus passim ab autoribus
descriptis proculdubio mede-
mur. Sed & nobis quoque de
omnibus ijs ac cæteris toto vi-
tæ lapsu ab vnguiculis cunabu-
lisq; miserrimo animalium ho-
mini euenientibus, seorsum fu-
fiore vberioreq; tractatu post
hæc summa cura edifferendum
est. Quanquam medicinæ tot,
contra tot mala generis huma-
ni excogitatæ, subinde quoq;
nouitatibus victæ succumbūt.

B Summæ hominum infelicitas
indiciū. Vni hercule ani-
mantium protinus ab initio
luctus datus est: vni lacrymę,
vagus: vni sponte ac sine do-
ctrina non aliud quàm flere di-
dicisse: vni flenti mox nato, cę-
teris imperaturo, manibus pe-
dibusq; deuinctis iacere: vni
alienis opibus velari: vni in-
numeros & nouos quotidie, om-
ni æuo priore incognitos cæ-
cos sentire morbos: vni tot pe-
riculorum generibus quati, tot
metibus torqueri, tot curis ex-
terminari: vni toties (vt nulli
frequent-

Hominis infelicitas.

frequētius sit vorum) mortem
mœstè inuocare: vni fragilissi-
ma vita: vni nocturnæ quietis
æstimatione, dimidio (quippe
cùm æqua, morti similis pars
exigatur, aut pœnæ nisi quies
côtigerit) vitæ suæ spacio viue
re. Quâuis ex omnibus bonis
quæ homini tribuit, nihil eidē
melius vitæ breuitate ac tem-
pestiua morte, in qua certè id
optimum, quod illa sibi quisq;
côsciscere quiuerit, natura præ-
stitit. Quapropter hoc pri-
mum quisq; in sui remedijs ani-
mi celebret: quandoquidem
naturæ munus (boni quantulū
dari videatur illi) incertum ac
fragile nimirum sit, malignum
etiannum & breue, cui largif-
simè obtigit. Sed quid quod
bona malis (etiam pari nume-
ro) paria haud quaquam sunt.
Nec immensa lætitia vllò mi-
nimo mœrore pensanda est.
Quamobrem si verum facere
iudiciū, ac omni fortunæ am-
bitione repudiata, sincerè, re-
ctè, iusteq; decernere velimus,
Mortaliū nemo felix est. Qui-
bus iure eorum decreta com-
probentur, qui non nasci, aut
quam ocysimè aboleri, opti-
mum censuere. Heu vana &
imprudens mortalium diligē-
tia. Heu dementia. Heu inquā
summa mortalium dementia,
existimantium, ad superbiam,
luxuriam, ambitionē, auariti-
am, immensam viuendi cupi-

A dinem, gulam, superstitionem,
sepulturæ curam, rerum libidi-
nem, rabiem, sæuitudinem, ac
deniq; ad hominum mala sese
genitos esse. O stolidā infelici-
tatē: ô vanam mortalitatem, &
ad semetipsam seducendam,
(quippe quum mortalium ne-
mo omnibus horis sapiat) pro-
cacem atq; nimium pronam:
ô vtinam falsa, futilia, atq; irri-
ta hæc & non à uate dicta sæcu-
la nostra iudicent.

PROLIS CAUSAE, 2 TVM
cum parentibus, tum cum alijs, similitu-
dinis. 3 Numerofitas uno exitu par-
tium, atq; eiusdē causæ: 4 ac præterea
superuacanearum deficientiumque
partium. 5 Denum partus
prodigiosi nonnulli.

B

C A P V T V I.

Sed quam ob causam ma-
res & fœminæ edantur, &
alij parentibus mares mari-
bus, fœminis fœminæ: alij è di-
uerso, matri mares, fœminæ pa-
tri, deniq; maiorib. suis alij, a-
lij suorum nemini, idq; tū cor-
pore toto, tum partibus singu-
lis, similes gignantur, diligen-
tiores diligentissimè exquisi-
uere. Quorum omnium causas,
non minore nos diligentia ex-
plicare conabimur. Quoniam
verò neque omnibus id genus
accidentibus puerperij formę
obnoxia natura repugnat, ne-

S

que omnibus acquiescit vt facile secerni queat, quæ ex ijs ab se abdicet ac velut profana ab ipso sacræ conceptionis vestibulo eliminat, quæuè etiamnum sæpe ac libèter admittat, diuisionum gradibus contemplandum perpendendumque erit. Inde orsi, quòd maris genitura vim, quæ in eo sunt membra, quoad substantiam procreandi primùm obtinet: deinceps verò accidētibus eisdem affecta: subinde, quia mas maiorum suorum fugillationem seruauerat, seminale recrementū, qualia illis fuere mēbra, generare quit. Demū quia ab homine decisum, hominis fabricationis compos euadet. Pari

B vsu & de fœmellæ prolifico semine differendum. Horum hercule, primum à semine, quā maris est: secūdum ab eodem, quā huiuscemodi membrorum lineationum effigiem ac accidētia talia præ se ferentis: tertium vt profapiæ huius: quartum vt talis speciei, quia humanæ, proficiscitur. Nec tamen talia pro harum (quas genituræ motus appellare liceat) virtutum duntaxat arbitrio, at secundum horum motū leges, subiectæ materiæ affectionibus respondentibus, gigni arbitrandum. Quo fit vt si maris genitura, fœminæ geniturā viribus superauerit, materia non reluctantē, marē patri ex toto similem gigni in-

Mas gignitur patri similis.

dubitatum sit. Hinc pleriq; eorum quæ in parte sunt signorū, vt neruorum, verrucarum, cicatricumq; & id genus reliquorum, in eadem prope dixerim parte geruli eduntur. Quin etiam ex mancis truncisue, māci ac trunci, vt, verbi causa, ex claudis claudi, cæci ex cæcis, eadem ratione prodeūt. Contrā si fœminæ prolificum semen, annuente moremque gerente materia, maris genituram subegerit, fœmella matri persimilis in lucem veniet. Quòd si maris semē superetur, haud sanè plurimum, & parte altera materiæ dispositio ad maris membrorū substantificam formā pariter atq; accidentalem suscipiendā procliuis magis impendioque obsequibilis sit, puerperiū patris & sexum & effigiem præ se ferens gigni operæ precium est, quādoquidē duo illa etsi imbecilla longè plus quàm sola matris genitura, ad hoc cooperentur. Sin fœmineo semini id acciderit, contrarium contingit. Si verò maris genituræ motus, quā maris est, succubuerit, quā verò mas talia accidentia obtinet, superauerit, fœmella patris effigiē representans generabitur. Quòd si neque adhuc, quā taliter affecti, sed quā profapiæ huiusce, quæ auo similis fit, reddetur. Denique si etiamnum, non vt profapiæ huius, sed quā hominis, nec fœminæ femi-

Fœmella gignitur matri similis.

Fœmella patri similis gignitur.

Fœmella auo similis pater no.

Fœmella neutri parentum similis.

Mas terno

Mas milis.

Mas a terno Nicen

feminale recrementum duab. (primā excipio) reliquis virib. vicerit, nec patri neq; matri, neque maiorū suorū alicui, at homini dūtaxat nata afsimulabitur.

Mas auo paterno similis.

Fieri etiam quit vt feminis motus, quatenus maris, ac huiusce profapię est, dominetur, at quatenus hominis, horum accidentium, huius figurę imaginisq; neutriquā superet. Quo circa (modò ne fœminę in ijs motus vicerit) creati maris similitudo, in auos degenerabit. Iam enim tale quiddam vel tertia prole post rediuiuens regeneratum est. vt cū quidam suo in brachio notam haberet, non hanc filius, sed nepos, ea præcise corporis parte nigriciem quandā habens, prodijt. Quòd si neq; in auos degeneret, in hominem saltem, siquidem, quā hominis motus feminis, nec

Mas matri similis.

alioquin superarit. Pari modo vel fœminis euenit, eisdē profus cōbinationib. obseruatis. Aut enim seminalis recrementū, quatenus fœminę est, potestas subdominatur, in cæteris verò dominatur, quā ppter mas matri similis generatū iturus est. Aut neq; quā talib. affectæ, sed quatenus huiusce pgeniei. Vnde auorū matris similitudinem adeptus mox oriętur, indicio est. Niceus nobilis poëta, qui adulterio Æthiopis nata matre nil à cæteris colore disidente Æthiopē auū regenerauit. Aut

Mas auo materno similis. Niceus.

A non nisi quā hominis geniturę motus superat, nec viri parte altera genituræ vis, in sui auorumue suorū effigiem decūbit, & ob eam rem mas, hominis speciem nactus prodibit. Hinc itaq; mulieres quasdam sibi similes partus perpetuò parere, quasdam viro, quasdam aut suis, aut viri auis, quasdam eorum nulli, quasdam fœminam patri, marem sibi, accipias libebit. Quinimò præter hæc, similitudinum quoq; reputationem in mentem esse (vt pote in qua multa fortuita pollere credantur) memoria rerum, quæ visę auditæue fuere, imaginib. sub cōceptu hauistis, compertū experimento habemus. Vnde

Mas neutri parētum similis.

B vtriuslibet maris scilicet ac fœmellæ subitò animo transuolans vagaq; excogitatio, similitudines effingere aut miscere (nec ab re) existimandum. Ac propterea plures humano generi, quàm cæteris omnib. animalibus similitudinum differētias accidere par est. Quòd quidē cogitationū velocitas, animi celeritas, necnon ingenij varietas, multiformes multisq; modis notas nimirū imprimere, confiteri necessum sit: quod non minus quotidiano vsu id obseruantibus, ac præterita sæcula intuentibus inclauit, Artemois plebeij argumēto, vsq; ad eò regi Antiocho iā necato similis, vt Laodice re-

gia coniunx per eum commendationis, ac regni successione munus eleganter peregerit. Nō defunt etiamnum. Vibius ē plebe & Publicius seruitute liberatus, qui Pompeio (probum illud os, illumq; eximiae frontis honorem, elegantiam praefere res) indiscreta propemodum specie perfimiles extitere. Qualis quoq; causa, prius eius parēti Menogenis coqui sui, tum in reliquis, tum etiam in oculorū vicio eidem simillimo cognomen indidit. Quae & Scipioni Serapiōis, à Serapione victima rij negociatoris seruo nomen imposuit. Rursū Surē procons. non modò integerrimam indolem, verum & loquendi ritum, linguæ contractionem, sermonisq; tumultum ac festinationem, incredibile dictū in Sicilia piscator quidā retulit.

*Gemini, ter-
gemini &
plures par-
tus.*

Ceterū ijs quoq; omnib. causis, & in geminis parentū similitudines effinguntur. Ex geminis nanq; alterū patri, alterū matri, & hos quidē ambos patri, hos verò matri, hos eorū nemini, similes fore conspicuū est. Plurimis nanq; locis, & maxima ex parte, mulieres singulos singulæ, duos uē pariūt. At solis nōnullis vt in Ægypto, vbi fœtifer Nilus potus, id ipsum suapte natura impertit, & geminos & ter geminos, & bis binos nasci, & plerūq; plures certū est. Vt etiā Fausta ē plebe, mares duos, fœ-

A minas totidē enixa est. Sed & quinq; iamq; hoc plurib. euenisse, exploratum est, quando quidem mulier quēdam viginti puerperia partibus quatuor, quinos partibus singulis enixa, ediderit: atq; eorum maior pars enutrirī & adlescere quiuit. Aliā insuper duodecim partibus, sexaginta infantes peperisse inuentum est. Diuo Augusto imperante, eius quēdam ancilla in agro Laurente quinque pueros (qui pauculos vixerint dies) in lucem emisit. Et in Peloponeso binos quater alteram enixam, maiorem partem ex omni eius vixisse enixu, proditum est. **B** in Ægypto septenos vno vtero simul genitos esse. Equidē cuncta hęc vbertate atq; affluentia feminalium excrementorum accidere, neminem latet. Quomodo enim hominis cuiusque perficiendi, tum ad maius, tum etiam ad minus certa magnitudo extet, quos quidem terminos, vt vel maior vel minor euadat, neutiquam supergredi possit: sic & feminalis geniturae haud indefinita est materia, ex qua consistat, quippe qui non ex quantalibet gigni queat. Qui igitur homines plus excrementi, quàm satis sit ad vnius homunculi fabricam se creuerint, ijs vt ex eo toto vno duntaxat formetur homo fieri nequit. Sed tot numero, quot
in

*Gemini
utriq;
tum f*

*Gemini
runq;
uite.*

*Causa
um sup
canear*

*Gemini alter
utri paren-
tum similes.*

*Gemini ple-
runq; brevis
vitæ.*

*Causa parti-
um superua-
cancarum.*

in illis genituris debitæ magni rudinis perſcribi poſſunt, generari operæ precium eſt: quando quidem nec maris nec ſœminę genitura, plus quicquam minus uē, quàm à natura fancitum ſit conſtituere valeat. Et ob eam rem, ſi aliquando tantum materię mas & ſœmina emiſerint, quantum pro duob. ſuppetat, vincēte quidem proſus vi patris, geminos patri per ſimiles procreatum iri conſtat. Contra vincente matris motu. Sin partim maris poteſtas ſuperet, partim ſuperetur, alterū patri, matri alterum ſimilem gigni, nemo quiſquam inficiatur. At ijs vnum id adiſciendū duxi. Quod geminis editis rarerentur aut puerperæ aut puerperio, præterquam alteri vitam eſſe, diligentiores prodidere, ſin vtriuſq; ſexu gemini enixi ſint, rariorem vtriq; ſalutē. Inter paucos etiam ſi alter mas, alter ſœmina fuerit, ambos ſeruari viſum eſt. Pari omnino modo, ſi vberem & pro tribus quatuor uē, ac ſic deinceps materiã parentes ſugereſſerint, iudicandum. Similis fermè, immò eadem ſuperuacancarum agnaſcentiumq; patrium, quæ & geminorum generationis, cauſa cenſenda eſt. Nam ſi materiæ plus quàm pro ipſius natura partis (vt pote quum ſingulæ ſibi proportionatam materiæ partem vendicent) quando

A non ex partibus ſingulis ſingulæ condatur partes, acceſſerit: ſic procul dubio eueniet, vt vel pars iuſto maior euadat, verbi gratia, digitus, aut manus, aut viſcus aliquod, aut aliud ex ceteris mēbris, aut profectò conceptu ſiſſo, partes eiufmodi plures exurgent. Quòd ſi iterū plus quàm pro partium plurimum natura materiæ ſubminiſtretur, plures geminari partes opus eſt. Hinc nōnullos geminato capite, cruribusq; geminatis, corpore ſerè toto geminato, pleroſq; in lucē prodidiſſe, haud fabuloſum eſt. Siquidem ſemel duos tergorib. iunctos, imò potius tergore vno, pro duobus perſurgētes fuiſſe traditum ſit. Qui etiãnum viginti annorum tractu, moribus plurimum differētes, vixerint. Quorū alter, quū mortē obiecit, alter tandiu ſuperſtes fuit, donec iã emortui germani corruptione, putrilagine uē ac graueolentia, deceſſerit. Quomodo & Ægyptijs portentum, binis in aduerſa capitis parte ocellis hominem, ijsq; nō cernētem, enutrire placuit. Quibus ſimili modo gemina habere genitalia datū eſt, ijs redundans pro huiuſce partis natura materia ſubminiſtrata eſt. Quæ ſi paterni ſeminis motus partim ſuperarit, partim ſubdominetur, hermaphroditos, olim androgynos vocitatos, ſe-

*Hermaphro-
diti.*

xus vtriusque, inter sese vicib. A
 coeuntes, mamma dextra viri-
 li, muliebri læua, generari ne-
 minem præterit, modò ne ra-
 tionis prorsus expers fuerit.
 Sin alterutrius vis dominetur,
 aut procerum genitale vnum,
 aut gemina, & hoc quidem a-
 gnatū irritum subinde per ali-
 mentum delitescens, illud ve-
 rò ratum, redduntur. De ijs e-
 nim perinde ac de toto sentiē-
 dum est. Nihil enim interest de
 toto, an de partib. & de extimis
 an de intimis differamus, qui-
 bus mutationes atq; detrimē-
 ta accidere haud vnquā vllus
 dubitauerit hisceritq;: quando
 & in ijs, in cæteris quoq; ani-
 malibus, hæc nimirum explo-
 rata sint. At quoniam semina-
 lium excrementorum nonnun-
 quam non modò pro vnus vel
 alterius partis natura: sed aut
 minus, aut nihil prorsus suppe-
 ditatum suggestumq; fit, ob id,
 sicuti excedente materia parti-
 tiū excessus, ita deficiente, de-
 fectus fit: hinc ex integris, trun-
 ci gigni contingit, quomodo
 materia pro vnus partis natu-
 ra, quæ tamen in parte mini-
 mē existat, subministrata, ex
 truncis integri procreantur.
 Quam igitur ob causam, alij
 pluribus quam iustum sit digi-
 tis, alij paucioribus: eodemq;
 modo in cæteris partibus, quæ
 aut excedant, aut deficiant.
 Quare etiamnum duplici geni-

*Causa parti-
 um deficien-
 tium.*

*Partus pro
 digiosi.*

tali nonnulli, altero maris, alte-
 ro fœminæ gignantur, qui mō-
 struosi partus nuncupentur, iā
 affatim dictum esse putamus.
 Sed de quibusdam prodigiosis
 enixibus (qui non minus eue-
 niant) quicquam adijciendum
 censuimus: in quibus pleraque
 sane quàm multis incredibilia
 visum iri haud ambigimus. At
 rerum naturæ vim atq; maie-
 statem in omnibus momentis
 (quopiam partes eius ac non
 vniuersam animo complecten-
 te) aperta fide carere certo cer-
 tius est, hinc complura neuti-
 quam fieri posse, priusquā facta
 sint, adiudicantur. Quæ tamen
 si fide careant, admirationem
 tamen implent, coguntq;: con-
 fiteri multum esse: quòd verò
 superfit, nihil non naturæ vi
 effici posse existimantibus. A-
 deoq; ad hæc attonita antiqui-
 tas extitit, vt dictu quoq; penè
 incredibilia affirmaret. Quas-
 dam enim regionibus nonnul-
 lis Meridionalibus, animal vi-
 uens (quod feram cognomi-
 nant, frequentissimum in Hi-
 spania vitium) genuisse mulie-
 res compertū habetur. Quòd,
 si dum editur, terrā parietesue
 casu aliquo inauspicatum ani-
 mal id tetigerit, puerperæ mor-
 tē veridico auspicio, auspicari
 extra omnē fortunæ aleam au-
 tumant. Quocirca priusquam
 enitatur, loci illius in quo præ-
 gnās parturire debet, parietes
 orna-

*Fera partus
 mulierum.*

*Semife-
 tus.*

ornamentis protegunt, tapeta & id genus reliqua pedibus, substernunt. Demum Alcippem (dictu mirabile) elephantum peperisse, antiquitas prodidit. Denique mulierem &

Elephas

Serpentem.

* serpentem etiamnum edere posse. Ancillæ cuiusdam, quæ inter initia Marfici belli serpētem pepererit, indubitatum exemplum est, qualem in Vmbria extitisse Lucanus eleganter præcinit. *Matremq; suus conterruit infans.* Hippocentaurū quoq; in Thessalia è muliere natū, nataliq; die interemptū complures nouisse. Claudius Cæsar exarare non dubitauit, cui rei argumento est Plinius secundus, vir alioquin summæ

Lucanus.

fidei summæq; autoritatis, qui se eiusdem Claudij principatu ex Ægypto illi, in melle Hippocentaurum allatum vidisse testatur. Ijs itaque complessē iam iā miracula sui natura poterat. Sed quanto plura restāt, rāto quoq; mirabilia cognitu. Non enim ab ijs longē abest, quibusdam Indorum feras viris ineuntib. mixtos ac semiferos prodire partus. Sicuti alios caninis capitib. homines, ferarum pellib. velatos, vnguib. armatos, & venatu aucupioque vesci, & pro voce latratum edere. Alios sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis nasci. Alios cauda villo

*partus
rum.*

*Semiferi par
tus.*

A sa, velocitatis eximiae. Alios (quos Syrietas vocitant) nariū loco foramina tantum præferentes, anguim modo loripedes esse.

Sine ore alios, corpore vniuerso hirtos, frondium lanugine amiciri, halitu duntaxat odorisq; spiramento naribus tracto, nullo cibo, nullo uē alio potu, vitam degere, atq; grauiore paulò odore, haud difficulter quā mox exanimari. Oritas etiamnū aliū nullū quā piscium (quos vnguib. dissectos sole torreat, atq; ita panē ex ijs moliantur) * alitū abligu

* *alimentum.*

B rire: Sauromatas perpetua naturæ lege, tercio die alimoniam noscere. At cui planè non miraculo erit, cū primum in notitiam venerit, quosdā quos Arimaspos nominant, vnico in fronte media oculo insignes esse, aut quorūdam oculos humeris, quippe quibus ceruix minimè sit, insidere? Nec profectò minus mirum est, alios in montis Imaï conualle syluestres, pone crura plantis auersis, quā perniciosissimos homines, cū feris passim vagantes, nec alio cælo spirantes, viuere. Quosdāq; auersis plātis octonos in singulis pedib. digitos obtinere (nemo id paruum ac modicū obiter existimauerit) *est obscura.* singulis crurib. alios. Troglodytis qui & ipsi equis pniciores sunt citimos, eximig ad saltum

pernicitatis, in maiore æstu re-
 supinos iacere, ac sese pedum,
 vnde Sciapodes, hoc est, umbri
 pedes appellentur, umbra pro
 tegere. Alios auribus amplissi-
 mis vberimè totos contegi.
 Porrò quis non visos Ophioge-
 nes serpētum ictus leuare, ma-
 nuq; corpori imposita venena
 exerere? Aut alijs quibusdam
 exitiale serpentibus, illius odo-
 re eas penitus sopientibus, in-
 genitum virus, vnquam crede-
 ret? Id ipsum incredibile fortas-
 se, & in Italia Marfis quoq; na-
 turalem eam vim inesse depre-
 henderit. Quomodo & in Afri-
 ca effascinantium, quorum lau-
 datione probata confestim in-
 tereant, infantes emoriantur,
 arbores arefcāt, familias quas-
 dam extare in confesso est. Et
 in Triballis Illyrijsq; alios ge-
 minas in singulis oculis pupil-
 las gerentes, visu quos diutiùs,
 iratis præcipuè oculis, intuerē-
 tur, interimentes. Et in Scythia
 eiusdē generis fœminas Bithi-
 as vocitatas, & in Póto Thibio-
 rum genus solo halitu pestilēs
 funebreq;. Aliosq; eiusdem na-
 turæ complures, in altero binā
 pupillam oculo, in altero equi
 effigiem natura nactos fuisse e-
 ruditione spectati prodidere.
 atq; haud absimiles in Æthio-
 pia, alios sudore tabem conta-
 ctis corporibus continuò affer-
 re. Hęc innumeraq; talia ex ho-
 minū genere ludibria miracu-

A la nobis perquā ingeniosa na-
 tura molita est. Cæterū singula
 quæ in dies, aut prope horas fa-
 ctitat (quādo præsertim nulli lo-
 qui, quā in magno fertilitatis
 gaudio tā variè ludēti rerū na-
 turę pingere, facili9 esse queat)
 ecqs enumerare potis euadet?
 Et ne tot hominū ritus, tot gen-
 tium sermones, tantam loquē-
 di varietatem, vti externus etiā
 num alieno hominis penè vi-
 ce haud sit, tot indiscretas effi-
 gies, commemorem: illud tamē
 quo magis miremur in hoc
 ipso cōsummati operis fasti-
 gio, nō. omittēdū duco. Quòd
 Scytharum gentes & quidem
 plures, humanis vescentes cor-
 poribus, ideoq; Antropopha-
 gos nūcupatos (dictū sanè par-
 uum, at æstimatione immen-
 sum) & in medio terrarū orbe
 Cyclopas & Lestrygonas hui9
 monstri gentes, extitisse: homi-
 nēq; trās Alpes earum gētium
 more (quod paulò à mandēdo
 abscedere vel maximè cōstat)
 immolari solitū, antiquitas no-
 bis credendum reliquerit. Et
 * hirpias quoq; iam pridē haud
 procul vrbe Roma superambu-
 lantem lignorum struē ambulantes
 nō peruri. Nec secus in ad-
 mirationē agit, quod Pyrrhi re-
 gis dextri pedis pollicē loculo
 in templū conditū, cū reliquo
 corpore cremari nequiuisse. cu-
 ius etiā tactu lienosis planè me-
 deretur. Adeò naturæ quorundam

* Plinius lib.
 7. cap. 2.

dam corpori partes ad aliqua mirabiles nasci placuisse, autores illustres retulere: mille deniq; prodigiorum, quibus cum vniuersa tellus, tum vel maxime India Æthiopūq; tractus scarent. Talium est inter quæ cum lasciuientem naturam, gentes quoq; ad eius deregendam potentiam posuisse, in prisca auctoritatis fide crebrò fuerit: sequens tamè etas (quippe quòd mètes summopere perculerit, quandoquidem ijs qui pleraq; ab antiquis prodita, aut exquirendi cura segniorè, aut desidia rerum internecone memoriæ indicta nouerint, haud facile

obuia sint) ijs elaborata maxime ex parte exautoranda, repudianda, ac deniq; sublinenda esse censuit. Horum nimirum copiam proferre nunc possem, ni singula persequi & longum, multisq; fortasse tēdio esset, & necessaria terminationis tempus nos admoneret. Igitur pauca hæc, quæ de ijs nobis ex veterioribus, quibus nihil intentatum, nihil quod non cognitum obuium posteris esse vellent occultatum, edocta deprehensaque sunt, inuictissima

Ducissa perlegere
ne pigeat.

LIBRI I. FINIS.

LVDOVICI BONACIOLI

FERRARIENSIS MVLIE-

brium Liber II.

DE VTERI PARTIVM-
que eius confectione.

LIBRI II. CAP. I.



VNDVM in absoluti orbis speciem conglobatum, æterno ac irrequieto ambitu inenarrabili celeritate, atq; incredibili concentus suauitate circumactum (quem uocula alia cælati argumento uetustissimi cælum appellaue-

re) iure sapientiores plusquam satis admirari, nemo quisquã ibit inficias. Animantium autè in eodem natura, nullius prope partis contemplatione inferior censetur.

At omnium admirationem nouissima hominum cōpago, structuraq; insigniter præcellit. Quos cum summo illi opifici omniumq; optimo conditori indiuiduorum immortalitate impartire minimè placuerit, eosdem tamen (generis miser-

T

tus humani) successione quadam propagationeque; speciei eternitate donavit. Id ipsum vero simili procreatione humana fragilitas, auidaque; nunquam desinere mortalitas (virilibus à Saturno celi patris iam iam abscissis, in mareque; projectis) maribus foemellas in utero. assecuta est. Ut vero mulierum uterus, ex quo tam miranda humani generis machina faberrime ortum traxerit, in supremam omnium admirationem animum non agat, fieri qui potest? Enimvero natura rerum parente, sexum discrimine, alterum ab altero, quoad eius fieri quit interstingente. alter maris, foeminae alter, nomenclaturam sibi vendicat. Quam

B do quidem quae animal gignere queunt, aut in se ipsa prolificam genituram, aut in alterum (quae ingesta animalia constituantur) mittere operae precium sit, foeminam quod in se, marem quod in alterum profundit, antiquitas proculdubio nuncupavit. Quo fit, ut rationis quidem discrimen ita exultet. At cum & facultate & munere quodam haec, praeter id, distinguantur: accommodato autem ad omnem officij functionem instrumento opus sit, corporisque; partes facultatibus, earum instrumenta, accommodentur: ad proles quoque; procreationem & initium, partes aliquas esse accommodatas, easque inter sese, qui-

A bus à foemina mas differat, differentes oportet. Nam & si de animali toto, mas aut foemina dicatur, attamen non quavis sui parte potentiaque, quin certa quadam virtute & parte, idem mas foeminae censetur. Eiusmodi vero partes, foeminae quidem uteri & vulvae, mari colei colesque sunt. Quae in humano sane genere formae inter se longo interstitio abscedunt. Colis namque à vulva tantum abest, ut eidem nihil contrarium magis esse videatur. Etenim contra quam colis plane formata est. Siquidem caeva haec, pubi subdita: ille foris propensus ac prominens existit. Caeterum homines assidue (haud perpetuo) suos sibi servasse sexus dilucide liquet. Contra nonnunquam conuariare ex foeminisque in mares mutari (tametsi rarerent) neque dubitatum, neque fabulosum est. Probatissimorum namque consensu movemur. Proindeque; pueriliu haec deliramentorum commenta esse (quanquam nihil adeo mirum aliud, quam haec placuisse Dijs conspicio) neutiquam existimanda sunt. In annalibus, siquidem, Licinio Crasso, Cassio Longino consulibus, Cassini puerum ex virgine sub parentibus effectum, in desertamque; aruspicum iussu insulam delatum, dignissimos autores lectitasse compertum est. Atqui Licinius Mutianus

Colis proprie hasta & sustis ipsius membri.

Foeminas in mares mutari & contra.

Argis.

Argis visum à se Aristótem, cui Arestusæ nomen prius fuisset, nupsisse etiamnum, mox & barbam & virilitatem superuenisse, vxoremque faustè (vt fas est credere) duxisse, prodidit. Eiusdem sortis & Smyrnæ puerum sese nouisse refert. Quin etiam illud satis mirari non queo, quod Plinius in Africa in marem commutatum, qui pridie fœmella fuerat, nuptiarum die, Lucium Cossitium Tisdritanum ciuem vidisse se affirmat. Essent & fabulosa quoq; nonnulla hac de re, quæ veluti expedientia præfari nos oportere, quispiam existimabit, etiãnum si fide careant, quandoquidem admirationem impleant, multumque etiam quod vero supersit confiteri cogant: sed ea consultò atque ex industria prætermittimus, tum ne in frõte polita, modum excedere videantur: tum etiam quia haud cuncta (quanquã maxima quidè, & si rara, circa hæc existunt) miracula instituti nostri describere fuit. • Quibus omisis tanquã longo postliminio ad muliebria, quæ hominis inchoandi (cuius rationem assignaturi sumus) domicilia sunt, genitalia reuertamur. quæ ideo prætulimus, quia ijs cõmemoratis, non vteri tantum, sed & conceptionis pariter dignitas ac claritudo astruetur: quorum nobis partes partiumq; nomina,

A non vulgari modo, verũ & ventustis, & postea inuentis omni cura perquisitis, causaq; ac rerũ ratione simul eruta nunc tractabuntur. Nam eorum refectionibus ad integrum perpenfis, eò perduci videbimur, vt spectatè illius procreationis causas & modum, ac deniq; quicquid de hac ipsa, quam quærimus re, edoctum nobis deprehensumq; sit, in medium nos auspiciatius promulgaturos arbitremur.

Principio autem cõcinna serie, cõtemplatione hac nobis pars illa, quam pudendam appellant, tractanda sese ingerit offertq;: quæ non vel à valua porta, vel à volendo, eò quòd insatiabiliter coitum velit atq; desideret (vt vulgus retur) quantũ mea fert opinio, vulua vocanda est. at eã paulo altiùs (vt perpenfisio hæc barbarorum offensam deprecetur) rerum luce repetita, pandendam duximus: quando nihil quidem mihi vnquam potius fuerit, quã vt huiusce obscænæ rei & singulas partes, & Latina illarum queq; nomina aperirem, quarum, vt aiunt, apud Græcos vocolæ & tolerabiliùs se habent, & acceptæ iam vsu sunt: at obsoletiora fœdioraque apud nos omnifermè medicorum volumine fameque verba insolentiùs iactantur, ne uerecundiùs quidem loquentium assuetudine quapiam commendata.

Os genitale.

Quo fit vt explanatio hæc, & pudorem simul, & artis præcepta seruantibus, difficilis euadat. Neq; tamen ea res à scribendo me deterrere debuit, quando quidem hoc mihi curæ fuerit, vt vel omnia, quæ frugi accepi, comprehenderem. Porrò muliebrem naturam, genitale muliebri, os genitale, partem hanc pūdendam nūcupari vidimus, cui carnis tuberculum hiulcum bifidumq; puberibus maturitatis indicio, pube intectum honestatumq; prominet: in cuius medio tuniculam vtrinque adesse luce clarius est (hæc ipsa & nymphea & cleoris vocitatur) qua equidem vulua intus, ita vt in maribus pars

ad artopis

Penis.

penis, quæ glans dicitur, præputij tergoe tuetur ac custoditur. Quauis Aristoteles curæ eam, quam modo præputium diximus (etenim eo vocameto Iuueali in Iudeos occentante:

Nec distare putant humana carne suillam, Qua pater abstinuit: mox præputia ponunt:

nulla, vt reor, verborum nouitate, cognominasse fas fuerit, nomine vacare, totum quod ex ea cute glandeq; cōstat præputium appellitans Theodoro interprete crediderit. Quòd idèò primum aures perculit, in errorisq; suspicionem animū

Plinius.

pepulit: quoniam Plinium totius latinitatis parentem, eam membri partem nōminatam

A principia genitalium, non præputia appellitasse constat, ijs verbis: Lino vel papyro principia genitalium, femur mediū, ad cohibenda vrinę profluua, quando ei quippe qui breuitati summopere indulserit, præcipua peculiariq; vsu vocula, id cūm facillimum, tum etiam, vt existimo, elegantissimū admodum fuisset. Dein quia Hippocratis sententiarum verbis in latinum sermonē eodem autore versis scribitur: Quum præcisum os est, aut cartilago, aut genæ particula tenuis, aut præputium, nec augeri, neq; coalescere potest. Qua de re, tamen si apud Graios vocabulo ea pelli-

Hipp. lib. 7
Apho. 28.

B cula careat, qd ni apud Latinos equè vacare haud satis constat? In hac quoq; parte vereda atq; femorib. Veneris sedē poni in aperto est: pudendæ nanq; partis attræctatione, vehementem excitari libidinem quem lateat? Hæc adeò aspectu horrenda, obscœnaq; visu censetur, vt defunctorum etiam fœminarū cadauera (earundem alioquin pudori parcente natura) prona fluitent, quādo virorū cōtrā supina, quippe quorū natura prona haud pudeat. Cui sane rei physicam (me iudice) rationē oppidò quā suffragari patrocinariq; clarissimè dilucet. Nā mulieribus ventris alueum intercapedinemq; amplam, atq; vastiorem admodum, cūm ob viscera,

Cadauera fœminarū prona, uirorum supina in aquis fluitāt.

viscera, tum etiam ob grandio-
rem fetum (si quando eas vte-
ro graues fieri obtigerit) conti-
nendum, prouidam cōcessisse
naturam, vel re ipsa quisq; (mo-
dò ne mente captus) comper-
tum habere potest: qui quum
aqua per muliebri potissimū
genitale ingrediente, explea-
tur, turgēt, extuberat ac deni-
que ad summum fastiagitur.
Et ob eam rem supinam partē,
prona impendio grauiorem
effectam, suo opte ingenio suoq;
nutu, perinde ac si in lancibus
æquato examine penderet, de-
orsum trahi, præsertimq; præ-
ponderantibus subinde mam-
mis eodem decumbentibus,
iure obseruatum est. Contra
uiris ampliore spaciositate ca-
ueaq; ne utiquam indigis, an-
gustus per exiguusq; veter est,
qui etiamnum aqua supra mo-
dum opletus, & in certio-
rem fastum erigat, & spinæ coxen-
dicumq; ossibus (ijs quidem
validissimis) minus procul du-
bio liberet: quādo quidem nec
prominens extet, neq; mamil-
læ, quæ ijs tantillæ sunt, pon-
deris quicquam penitus affe-
rant. Ex quo euenit, uti eorun-
dem cadauera supina (utpote
quæ resupina parte insigni rā-
tis per pondere præstent) præ-
pote naturæ vi urgente, fluitēt.

Mulierum verò ori genitali
nympham vtrinq; admotam,
rerum naturam eò progenuis-

A se, quò primo hoc munimento
aëra, ac cætera quæq; extrà of-
ficere valentia, arceantur, cre-
di par est. hæc itaq; extrema ac
omnium prima pars vniuersæ
plebis consensu ita disposita
est. Nobis aut̄ intima penitio-
raq; diligentius admodū scruta-
tantibus, ceruicis os aliquanto
præstantius, intra cletorem
muliebri genitali annexum o-
biter occurrit: subinde ceruix
ipsa, ceu pars finitima, quæ vul-
uæ canalis, & ab Aristotele e-
tiam matrix dicitur. Ab intimo
quà vterus desinit ore prolifi-
co maris femini accessum præ-
bens, ad usq; muliebre naturam
recto tramite protēsa cer-
uicula hæc incohat efferturq;.
Verum ob sui constrictionem
in nonnullis mulieribus ad dex-
terum in nonnullis ad læuum
magis collabitur. At quoniam
humidi excrementi suo genita-
li sexus uterq; exitum submini-
strandum habet, huic vesicæ
foramine directo puius meatu
lus nervosus cartilagosusq;
parte supera annectitur: quæ lo-
tij à renib. ad vesicā per venas
quas vteretres Græci, vrinarios
meatus Latini cognominant,
delati fistula, intra muliebre
naturam sita, nymphea fatiscen-
te visitur. hinc muliercularum
lotium occursante impetu quæ
collisa cletoride, tunica magis
quàm virorum inter mingē-
dum perstrepat. Etenim iter

Aristo.

idem esse humidis excrementis & mēstruis, vt fœmellę omnes propè dixerim sciolę existimant, quemadmodum lotio ac seminali recremento, quãdantenus, in maribus minimè opinandum est. Ijs siquidẽ foramina duo, quorum alterũ ad testes, alterum ad vesicam tendat, intra eandem semitam conuia esse deprehenduntur. Sed vesicę fistulę foramẽ humidis recrementis, mensibus verò vteri ceruix illi contermina in mulieribus, egressum supeditat: longitudo cuius palma communi vsu consumitur: palmam hercule quatuor digitorum spacium intelligi volo, vti ex Vitruuio architecto ter-

A prolifici seminis citum ad vuluę grandio rem sinum transitũ prohibentes, molitum iri cognitum sit. Quòd si non celerimè haustum fuerit, longiorem in ceruice moram trahens, spiritu gignitiuo ocysimè halante, genituraq; tepore suo prorsus priuata, haud quaquã concipi posse ecquis dubitat? Incommoda ferè totidem immodica duricie acciderent. Huic sphaerica cauitas, irrugosa est, vt penis sub ingressu tētigine, oblectamenti causa, afficiatur: in cuius cõfinio nervosa exilitas colligationibus, venulisq; tenuibus exadiacentibus particulis exortis dispersa contexta, minutissimis maculis interstincta, inuenitur: quæ integræ virginitatis testimoniũ affert, hęc eugio vel hymena vocitatur, è qua coitu primo scissa, cruorem emanare apertissimè cõstat. Quę tñ mēbranula non minus perinde atq; cancellus quidam vuluę ostio obtenditur, quod post ceruicem mox ordinatur. Porrò nõnullę subdolę fallaciosęq; sunt, quę viciatę genitalia expulicaria, pulgio, agno casto, æquis portionibus, discocta aqua foueant: demum contritum ex vino austero alumen, in lana naturæ sublabient. Atq; ita præsentaneis ijs medicaminibus, post multos concubitus eas partes furrugantes, aded callidè exilitates

rates illas effingāt, vt inuiciatē A
rudioribus admodum appare-
ant. Vteri itaq; os (internū il-
lud ostium, qua loci desinunt
& ceruix inchoatur intelligo)
eatenus neruosum existit, quo
excellentiore sensu coitus tē-
pore summē oblectetur: modi-
ca duritudine affectum (simul
enim vterus seminis iaculatio-
nem intra se susceperit, vniuer-
sum alueum cōtrahere, atq; os
ipsum sigillare opus est) vt ob-
immodicam duritudinem vul-
uæ os haud quaquam cōniue-
at, planè constat. Quin etiam
immodica mollitia partibus
alijs super alias concidentibus
in vterum oportuna genituræ
subitio iaculatioq; inhibere-
tur. Glandosum insuper est in-
star glandis penis mucronatū,
foras in ceruicem inæquabili
sua turbinata facie, ad modum
oris catuli recens editi promi-
nens. Cæterum vuluæ ostij atq;
ceruicis creandæ soboli, nimia
sagina plurimū obesse apertū
est. Nam pinguedine ijs quæ su-
pra modum vberes & impen-
dio curatiores habitioresque
sint, vuluæ os comprimitur at-
que stipatur, quod Hippocra-
tes ita prodidit: Quæ præter na-
turam crassæ concipere neque-
unt, ijs vteri os ab omento cō-
primitur, itaq; impleri donec
extenuentur nō possunt. Quo-
rum Poeta nō ignarus de equi-
no genere ita cecinit.

Hipp. lib. 5.
Apho. 46.

Sæpe etiam cursu quatiunt & sole Vergilius.
fatigant,

Cum grauius tonsis gemit arca fru-
gibus & cum

Surgentem ad Zephyrum palæa ia-
ctantur inanes.

Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior
usus

Sit genitali aruo, & sulcos oblimet
inertes:

Sed rapiat sitiens Venerem, interi-
usq; recondat.

Licet alias quoq; causas, qui-
bus idipsum inhiberi queat,
quas etiānum obseruatio cu-
mulate deprehenderit esse nō
ambigam, quas secuturus ser-
mo attinget. Deinceps verò v-
terus curiosius introspiciedus
est: quem nominibus alijs, vtri-
culum, vuluā, mulierum uē lo-
cos, ac matricem, meliorū con-
sensu appellare liceat. Quod
sic Columella prodiderit: Nā *Columella.*
& octies anno pullos educat, si
est bona matrix. & item: Igitur
cui placebit sequi nostra præ-
cepta, consideret oportet, pri-
mum quā multas, secundum
cuiusmodi parere debebat ma-
trices. rursus: Sint ergo matri-
ces robusti corporis, quadrate,
pestorosæ, magnis capitibus.
Quibus per matricē, fœminā,
quæ fœtus gratia teneatur, nō
vterū significasse videatur. neu-
tiquam tamen Columellā no-
men id eā habere significatio-
nem pernegasse existimādum,
vtpote à probatissimo autore

Macrobio concessum. At pro toto partē posuisse credendū, quod frequenter ab autoribus factū fuisse reperies. Vter etiā-

Vter.

num pro vtero apud Ceciliū legitur. *Nunc uter crescit, nō potest celari.* Sed de vocalis ijs hæc

Ima spina.

nus. De re ipsa ita differendum: ossium quorundam prius digestionē atque positura concisim cōmemoratis. Porrò ima spina (quā caudam appellant) in coxarum osse definit, quod transuersum longēq; valentissimum, vuluam, vesicam, subrectum intestinum (quod longæonem, pleriq; aluum vocitant) ruetur: ab exteriori parte gib-

Subrectum, intestinum.

bium, ad spinam verò resupinarum, à lateribus, id est, in ipsis coxis, sinus orbiculatos obtinet, à quibus os (quod pectinē

Os sacrum.

Latini, os sacrum iuniores me iudice cognominant) suboritur: quod super intestina, sub pube transuersum ventrem cōformat, in viris rectius, in fœminis in exteriora magis (quo se-

Vteri positura.

cius partui impedimēto sit) recuruatum conspicitur. Vteri itaq; positura inter imam spinā & fumen ultra vesicam, infra mediam aluū habetur. Ab umbilico enim paululumue suprā ad suæ ceruicis initiū vsq; extenditur. Quare infra aluum situs. Tum à parte priore vesicæ eidem iuncta, præsertim versus ceruicem: quando quidem vuluæ amplitudo vesicam (tameñ

A hominis proportione, quā cæterorum animalium amplior sit) superemineat, qua parte ab eadem minimè tegitur, lateraliter coxarum ossibus. recuruatis, posticè ima spina, subrecto intercedente intestino, circuitur: quod, ne facillè, homine iā inchoato, cum intumuerit duriori materiei innixus, oblædatur, veluti stramētum est, super quod (spine, ilib. femoribusq; validioribus vinculis annexum) non ad dexteriores magis finisterioresue coxendicem conuersum progredi, pleriq; rētur: at diligentiores, paulum ad dexteriores coxam conuerti scriptitasse in aperto est.

B Quam illi regionem (vtpote ad exercendā Venerem cōmodiore) primam rerū causam sumumq; deorū Iouem delegasse æstimandum. Quin etiā vulua arterijs cordi: iecinori venis: cerebro dorsaliq; medullæ neruis: præcordijs item māmīs, renibus, ventri, coxendicibus, pubi, cunctis ijs vna committitur. Hæc in virgine admodum exigua visitur. In euirginatis autem mulieribusue atq; viciatīs (nisi vbi vterum gerant) nō multo maior quàm manu comprehendiqueat. Verum quantitas hæc ambigua indiscretaque, ætate, temperatura, venerorum vsu, muliebrum profluuiō, fœtura, & adhuc fœtuū vnâ conceptorum numero, corporis

Vteri
brana.

Vteri
quantitas
& natura.

Vteri mem-
brana.

poris proceritate conuariantibus, censetur. Atqui neruace materia persimili, pelliculosa: quippe quæ ad puerperij vnus vel plurium magnitudinē extendi possit, verrucosa cavitatē, pollicari crassitudine, constat. Locos etiamnum partibus duabus, exera scilicet membrana (ijs operimento) obducta, atque interna tunica contineri, cuiq; vel ignaro obuiū cognitūq; facile est. Tunicæ huic villi per longum porrecti, quos medicæ rei professores longitudinales vocitāt, insunt: qui admodum pauci existūt, eo quod illis viri duntaxat genituram, facillimum quidem attrahere irripereq; necessum erat. Sunt & villi per transuersa ducti, trāsuersales appellati, quos sane in hac ipsa redundare operæ precium fuit, quando quidem ijs ipsis & iam rapta genitura detentū itura foret, simul & fœtus toto temporis tractu à conceptione ad partum vsq;. Quin etiam & illi in latum deductos (qui latitudinales nominentur) inesse liquet: quibus partus fœtura absolueda est. Etenim excretiua expulsoriaque vis illis insidens tantisper exercetur. Et ob eam rem si vterus duas eas partes complexus, in vniuersum spectetur, quadrangularem orbiculatam figuram præ se feret: amplitudo cuius ad ceruicem coangustatur, qua

A sui parte ima canalis effertur: ob id cucurbitæ vtrinq; paulū depressæ sarrtè speciem repræsentat. At extima membranula exempta, internam tunicam obseruanter multoque vigilantius delibare libet: cui sinus gemini, alter dextra, læua parte alter, leuiter discreti sunt, ad vnā vtriusq; communem ceruicem coeuntes, quos planicies quædam intus, semitē perquā similis, separat. Si in animalibus cæteris, foras animal edentibus, papillarū numero respondent: hinc antiqui vterum, matrices, perinde ac si duæ forent, appellauere. In sinu autem quolibet exigui tres scrobes, tum in medio vnus, rugositatibus duntaxat quibusdā interstincti, quæ cellulæ à recentioribus cognominantur, tristiū confossi cōparent. Vnaquæq; insuper fossula, decem rugositates: septuaginta consurgunt hinc puerperia, totidem simul concipi posse plerique autumant. Nulla de caua seu ventrem habente (quam chilim vocant) recto viē itinere ad vuluā vena obrepit: de aorta verò (quam corrupto vocabulo adhortam nominant) complures frequētesque pertendunt. Cæterū extrinsecus canalis parte superna, qua vulua præfinitur, & ceruix inchoatur, vtrinq; testis cōspicue magnitudinis coherescit, vnus dextro, alter læuo lateri æqua

Puerperiaz numerus

Vene uteri.

adgr.

Vteri testes.

forte creditus, nō minores mul-
 tō ijs, qui virorū sunt, duriores
 tamē. Materia ijs glandosa est.
 Non etiam perfectē sphaerici,
 at sicuti sphaera ex vtraque par-
 te leuiter compressa extant, à
 marium testibus dissidentes,
 eò, quia intus matricis ceruici
 hærent: ex aduerso maribus fo-
 ris propensi demissi q̄; gerūtur,
 ij in conceptaculū vnū (quod
 scortum scrotūmue nostri, os-
 cheon Græci, imperitiores ple-
 rique perperam didimum voci-
 rant) cōiectos gerunt. Illę duo-
 bus distinctis inuolucris obdu-
 ctos habent, quos solertissima
 rerum natura eo procreauit, vt
 saliualem quandam succū, qui
 mulieribus oblectamini esset,
 molirētur. suprā hos deinceps
 binæ antēq̄, lateri dextro vna,
 altera læuo admota, perinde
 atq; additamenta duo, tendun-
 tur, quæ matricis cornua nun-
 cupāt, propterea quòd cornua
 duo suis processibus dilucidè
 effigiare videntur. Etenim qua
 parte vtero annectūtur, plenio-
 ra sunt atq; crassiora: tum ad i-
 lia coxendicesq; procedentia,
 minuuntur ac attenuantur.

Quę etiam dum venerea exer-
 centur, vt ceruix & loci, prolifi-
 cæ genituræ helluones, insigni
 tantisper amplitudine ad ean-
 dem verandam dehiscāt, pro-
 tinus ab initio extenduntur.

Vasa sperma-
 tica.

Postremò seminarij pori fœ-
 mellis omnib., ad hūc modum

digerēdi sunt. Venales gemini
 meatus de aorta vena, flexuosis
 orbibus ad testes pertendunt,
 alij totidē à renibus eodē deue-
 niunt, sed ij sanguinolenti, illi
 quos mittit aorta exāgues cō-
 parent. Qui omnes circūm du-
 os iam dictos testes progressi,
 sese flectunt, mox cornua sube-
 unt, subinde passim in tenuissi-
 mas fibras finduntur frustran-
 turq;: quarū pars maior, ramo-
 rum serie sparśa, ad vterum de-
 ueniunt, substantiā penetrant,
 vti oribus earum acetabula effi-
 ciantur, quę Græci corylidones
 appellant, quibus partus per
 vmbilici radices (vt infra mon-
 strabimus) vtero valentissimè
 committitur. E quibus genita-
 lis quidam succus, crassus, al-
 bus, oui candido liquori quàm
 simillimus, ad conceptum ne-
 cessarius omnem plerūq; citra
 libidinem, partim in dextrum
 vuluæ sinum, partim in læuum
 profusus intus colligitur: nec
 minùs ex eisdem menstruę pur-
 gationes prodeunt. Ex ijs qui-
 dem rubentia membra, qualis
 caro est, ex illo verò, marisq; ge-
 nitura, solidiora, quæ spermati-
 ca nuncupantur, construuntur.
 Pars altera vuluæ internum o-
 stiū adeunt: vnde inutile virus
 ac viciato simile, quem suprā sa-
 liualem succū uocabamus, in-
 credibili (vt fama est) volupta-
 te exiliendo, ac per saltus haud
 secus quā virile, prorūpit, tātò

in

scortum.

Vteri cor-
 nua.

Κορυλίδες.
 Ακεταβυλίδες.

in plerisq; impetu, vt marium more longius profiliat. Adeò quòd intra vuluam omni quandoq; voluptate intercepta, restagnat, magno naturæ abscedens interstitio. Hoc vtile & ad prolis creationem necessariũ Galenus, illud inexpediens atque irritũ philosophorũ princeps Aristoteles, cui Cordubensis annuit Aueroës, asseuerat.

Aueroës.

Mox è tenuissimis his fibris, cū per vterũ, tum per vteri ostiolum passim confusis, geminæ altera dextrorsum, altera sinistrorsum, venæ repullulāt, quæ internam abdominis mēbranulā (quam peritoneum Græci, mirach Barbari nomināt) subeuntes ad mammas, singula ad singulam, sese attollunt, menstruum sanguinẽ concoctione in lac vertendum ijs suggerentes. Cur autẽ vuluas mulieres omnes intus gerant, viri cõtrà coleos foris, fortè ambiges.

Obiectio.

R. Causa est, quoniam cū quod gignitur, vtero cõtineatur, idq; custodiã, operimētũ & insignẽ concoctionẽ desideret, quibus interior locus aptissimus cēsetur, exterior verò corporis locus & algidus, & cuiq; offensionis expositus atq; obnoxius magno opere extet, hinc vteri non modò mulierib. verũ & animalib. omnibus intus sunt. Testes extrã in proparulo viris habentur: an propterea, vt rei veneræ imperum magis sustine-

rent, minusq; proni fierent? an quia cū ijs quoq; genitale semen perficere, atque foras profundere opus fuerit, meaturũ quem excernitur, perquã proximi sint oportet, quò minus longiori itinere gignitiua vis aboleatur oblittereturq;, ac prorsus irrita reddatur? At quoniam vt frigentes & gelidi retrahi ac genituram emittere queãt, haud fieri potest. hinc operimento indigos cuteum velamen contegit, cæ à nobis horum causæ assignatæ sint, omisissis quæ præter hæc ab Aristotele in ambiguitate ista altiũs exordiẽdo excutienda responderentur.

Non enim omnia philosophiẽ penetralia in proposito nobis est, in præsentiarum explicare. Sed per oportunè penis prius quàm vterus nobis contemplanus protinus ab initio occurrisset, ne tanquam nimium curiosi aliena prius quàm nostra exquisuissemus. At tamen quia non nisi de mulierib. (vt pote quibus celebranda generatio destineretur) instituti nostri tractare fuerat: idcirco in hunc vsq; locũ de ipso verba facere distulimus. Cuius equidẽ refectionem recensere, consultò (ne verborũ impuritate atq; obscœnitate castis ac pudicis auribus execrabilis videretur) prætermisimus. Et vt cætera reticeamus, hoc tamen vnum minimè prætereundum silentioq;

inuoluédum duximus, ipsum quoq; expediens atq; necessarium ad auspiciorem generationem fore. Atq; ob id quum plura homini ad vitam etiamnum necessaria membra insint, hoc nihilominus solú vsq; eò huic gignendi vis inoleuit, membri nomenclaturam obtinuit, adeò quòd cum absolute dicatur, membrum virile intelligi volumus, hoc ob fecunditatem ei antiquitas iure tribuit. Vnde haud immeritò Priapo hortorum curam assignauere: quando quidem horti (irrigui præsertim) ceteris agris perpetuò fecundiores fertilioresque existant. Qui ergo vuluæ refectiones ac pleraq; cognitu spectatissima diximus: idem quid in ipso homine ad sufficiendam prolem insit, ceu in notitiam nostram venit, subicebimus? quid ni? minimè. Quin omnem, quando ita decretum sit, minorem gratiæ quàm scientiæ procreationis respectum habere, licet fastidij periculum vrgeat, operam insumemus. In quibus quidem fides tantum autores appellet. Quanquam & nos ipsi proprii iudicij consensu ita eligere laborauerim, potiusq; rerum curæ, peritiorum more, quàm copiam institerimus. Magnus tamen hic profectò, ac longis anfractibus ambiguitatibusq; fœtus in tempore nos locus inuitaret. Principio

A ex mulieribus, ex virisque: cur nonnulli prorsus improles existant, adeò vt priuatim quædam corporum dissociatio & inter se sterilis compareat: mox vbi seiuges cū alijs iunxere, & qui modicè quoq; tum viri tū feminae constant, quauis cū male temperatis societur assidue gignant? & cur qui immodicè accommodentur, cum obuersis duntaxat coeuntibus sobolem præstent, alioquin minimè: cur etiamnum plerisque iuuenta sterilis: cur alijs quibusdam semel in vita gignere detur? demum sterilitatis difficultisue conceptionis cum causæ & indicia, tū potissimū præsentissima præsidia commemoranda forēt, ni id in eo volumine, quò de ægotatiõib. à vertice ad vsque pedes per ætates accidentibus (quippe cuius locus ille sit, edere quū iam cœperimus) constituimus munus ordinatus cohibiliusq; assequi nobis reliquerimus. Atq; quadante nus procedente fame obiter quo ad opus fuerit, pertingemus. Illud quoq; admonuisse perquam necessarium mihi videor. Ne utiquam singulis mulierum, vel etiam enixarum perperarumq; læguoribus, quæ admodum aptè occurratur, instruere curæ fuisse, quo secius ob inscriptionē admodū festiuorem, gallinacei vt aiunt lactis haustum in opusculo sperare

re posse fortassis tibi tutè suadeas. At prægnantium non vndiq; , quinimò quantum res ipsa poposcit, à partu omnibus penè intactis (vtpote quæ alienis implicanda locis haud quam sint) valetudinis auxilia, pariterq; perquam multa prorsus omittens, contraxi, ac ceu breuiario collegi. Qua in re ego nempe, non quæ vulgò populatimq; agrestis quisq; nouerit: sed quædam (haud omnia veritus, ne admodum quã externa aut fortè inefficabilia fidem derogent) paulò obsole tiora nouitate in præsidijs præualète, ex locupletioribus impèdiò solitiorè diligètia hæc secuti passim excerpti. huc pertinet illa Hippocratis admonitio. Quæ longo tempore assue ta sunt etiam si deteriora sint, minus infestare solent quã quæ non sunt assue ta. Igitur ad in sueta quoq; mutasse cõueniet, inquit. At procul dubio, quæ quotidie in vsu sunt, prodesse quum opus est, æquè quã nocere desinunt. Maximum autem in iisdem naturæ restat opus: quandoquidem prouentus tãtũ adhuc quasdamq; summas tractare in animo sit. Ne verò singulis, medica singula serie digesta rebus cõtexeremus, iusta præmonuit ratio. quoniã ad alios medendi desideria pertinerent, longis vtriusque dilationibus, si admisuissimus fu-

Hipp. lib. 2.
Apho. 50.

A turis, idque facillimè affuturũ ambigi potuisset, nec tibi augũstissimè Ducissæ, nec illis ad amussim satisfactũ. At quo mi nus omnibus horum omnium ignari expertesque videamur, post hæc prima annuète causa, secundate, aspirate, suis quæq; partib. cõstabunt, poteruntq; à volentibus ijs, illa conferri iũgiq; . Sed iam cælestibus hinc auibus ac felici afflatu conceptionis reliqua instituto congruètia aggrediamur, à cõfessisq; , hoc est genituris & mensibus, vt obiter rebus præcipuis honos in primis habeatur, exordiamur.

B QVONAM VSV IN AB-
sentibus etiamnum Venus citetur 2
Quid, quale, undeq; prolificum semen
3 Vnde menstrua, quot annos mulieres,
quotq; mares nati hæc emittere incipi
ant, desinant 4 Quibus uirgini
tas deprehendatur 5 Qua positura
concumbendum 6 Quibus
præsidijs uiolatis succurra
tur 7 Qua digestio
ne fœtus procre
tur.

C A P V T I I.

Nunc de hominis genera tione differendum est. Quo nam igitur pacto gignatur, quo etiam primo mouente, & quali materia id efficiatur procedendo explica re conabimur. Generatiõis nã-

que (quippe cuius gratia sint) *Mas.* A rement, genus profectò hoc ter-
 marem & fœminam, vt retuli-
 mus, illa potissimum princi-
 pia quis statuerit. Marem, vt
 quòd motus ac generationis
 originem magna ex parte obti-
 neat: fœminam, vt quòd mate-
 riæ. Hercules cùm hæc illum
 ad generationis officium iun-
 gi, idque ambobus commune
 esse in confesso est. Quam rem
 ita se habere præcipue credes:
 si quid, quale, quemadmodum
 vndeque genitale semen fiat in-
 tellexeris. Atqui quonam etiã-
 num tẽpore modoque ex mare
 ac fœminaprodeat, neutiquã la-
 tere oportet. Enimuero quòd
 pars ea de fœmina mareque secer-
 natur, & in ijs, atque ex ijs secre-
 tio hæc fiat, ac ideò mare & fœ-
 minam generationis principia
 conferre, perspicuum est.

Fœmina. Quæ quidem secretio, vtro-
 rumque; coitu, in quo sexuũ per-
 miscentur confundunturque; vir-
 tutes, planè absoluitur, tanta
 tamque; admirabili vtriusque; ple-
 runque; voluptate, vt etiam solo
 rei concupitę cõspectu vir mu-
 lierque; (voluptatis qua olim ge-
 stirët memores) mirum in mo-
 dum in Venerem agantur. Hęc
 autè à natura ita instituta sunt,
 ne humanum genus periret.
 Nanque; si propter id, quòd mu-
 lieres vterum gerentes grauan-
 tur, parturientes perdolent, pu-
 erperij sollicitudine enutrien-
 tes occupantur, in initum abhor-

ris ocylsimè adimeretur. Ab a-
 nima autè hæc ipsa prodire ne-
 mo diffiteretur. Et ob id qua-
 tuor in concubitu necessaria fo-
 re asseuerant, imaginariã cupi-
 dinem, affluentiore succum,
 spiritalem substantiam, ac fla-
 tuosam materiam. Primum
 ab iecinore: à cerebro potissi-
 mum atque corpore toto secun-
 dum: tertium à corde: à calore
 humidum in flatum demutan-
 te, ad genitaliaque; dirigete, quar-
 tum prodire nonnulli tradunt.
 Quocirca cupedia ex deprehẽ-
 so rei concupitæ ac delectabi-
 lis simulacro concitata (quod
 inchoans primũ est) protube-
 rat vehementerque; gliscit: demũ
 inanem spongiositatem, quæ
 in medio glandis colis compa-
 ret, cupidinis spiritus confe-
 stim subit: deinceps verò vis a-
 lia quæ huic obtemperat, geni-
 talis feminis materiam descin-
 dens, ad seminarios meatus
 (peculiari titulatu excitatos)
 expellit: quo quũ terederit, hu-
 moris portio calorifica causa
 fumigans, in flatum vertitur,
 quo genitalia extenduntur, vi-
 rorum sane intumescunt rige-
 scuntque; fœminarum verò fati-
 scunt atque; extuberant. At mu-
 lierum minus quàm virorum
 genitalia afficiuntur. multo e-
 nim flatu existente, penis per-
 inde ac si esset osseus obdure-
 scit, quæ omnia etiamnum in-
 uis

*Accedunt 4.
 ad concubi-
 tum.*

uisis absentibusq; euenire luce clarius est. Seminis verò (cuius sane cognitio cum ad plura loca, tum vel præcipuè ad huc pertinet) materia, vltimi atque vtilis alimenti excrementum est. quum enim ex digesto vltimiusq; modo quodam concocto sanguine pars quæque alatur, illud quidem ex eo quod membris apponitur, vnitur, atque prorsus afsimilatur, genitura esse nequit: at quod ex eo ijs mèbris superfluit, quod vltimum in membra digeritur: expediens tamen, quandoquidè substantifici roralis succi superuacaneum sit, quod in mèbrorum substatiã (tametsi aptissimum foret) demutatam non sit, ob eam rem quod particule nullæ eo indigæ extent, quippe quæ redundantem alimenti quãtitatem hauserint: id in quã ijs opiparè altis, quod superest concoctum recrementũ, semen appellamus, quod à sanguine nihilominus secernitur. Incoctum verò aut vi emissum, quopiam Venerea re supra modum abutente, cruentum admodum iam huic prodijt, vt plerunq; nos ipsi, ac præsertim dum hæc scriberemus & vidimus & recurauimus. Ob id corporis superuacaneum alimentum esse planè constat, crassum glutinosumq; generationi necessarium, quod solidiorũ membrorum materia efficitur. Illud

A tamè primum de genitura maximæ questionis ac penè incertæ quispiam dubitauerit. Crassa albaque de homine prodit, mox refrigerata humens ad aquæ tum speciem tum colorè redditur. Etenim ea vel aqua, vel terra, vel vtrifq; cõstat. Porro terra, aut aquæ terræq; mixta, probabili ratione esse nequit: quandoquidem algore tota propè dixerim in humorè & aquam resoluetur, atq; à veritate eminus aquam duntaxat esse putaueris, maximo argumento, quòd aqua calore minime crassescit, frigore pròptè congelascit. Ex aduerso, seminale recrementum, è calido loco crassum proficiscitur, refrigeratũ humescit. Verùm quoniam & quæ spiritu aquaque constant, ceu spuma, non modò quæ prætulimus, & crassatur & albescit, quod in plerisque concussu attrituq; veluti oleo & id genus multis, conspici licet: semen quod neq; aqua tantum, neq; terra aquæ terræq; mixtũ extitit crassescere nemo quisquam miretur. Nam & spissum & albore suffusum, interno calore multũ spiritus calidi cõtinès exeritur: at egressum extemplò calore euanescente, aereq; inalgescente, humidũ atrumq; euadit, quippe quum aqua, etsi quid parum terrenæ portionis obtinet, aere nihilo secius algidiore intro

cluso remaneat. Igitur quatenus spiritus & aquæ commune est, instar eorum quibus aeris plurimum immiscetur, calore & albedinem dilucidè aperit, & crassitiem contrahit: contra algore, tepore ipsa halante, humescit ac liquescit. Neutiquam congelascit aere incongelabili contento. Proindeque huius geminas esse partes, diligentiores concordēs concesserunt: vna spiritiuosa est, altera crassa & tenax. Quæ sanè (vtpote quæ alimentaria sit) ab ea potissimum parte, quæ alimoniam principium existat, quale iecur est, præcipueque ab caua eius vena (quippe quæ materiam illius insignem atque impendio maiorem copiam obtineat) proficiscitur: quæ si aliquam ob causam in ea defuerit, ex alijs, quæ abscedunt, partibus trahitur, indicio est, emissionis tarditas. Ex corde quidè per arterias, ex iecinore per venas, ex cerebro (quanquã vberius) per venas arteriasque, sed ex oculorum sede potissimum, quæ omnium capitis locorum maximè seminalis existit: quæ hinc discas licebit, quum per venereum coitum ipsa duntaxat immutetur, ac rei venereæ immodico vsu ocelli apertè langueant subsideantque, quando nondum cæterarum partium vires flaccent. Ex ijs inquam omnibus ad seminarios meatus, &

*Venas in vent
manifestas.*

A ad coelos tandem defertur, in quibus diuinam illam generandi vim suscipit. Etenim vitalis genituræ spiritus à corde deculus testium virtute gignitur fit, ex quibus in viris ad colic fistulam, in mulieribus ad vuluæ sinus supra explicatos illa delabitur. Plurimam corporis proportione homo emittit. At qui natura humidiores, nec ad modum carnosissimi, candidiores etiãnum quàm fuscissimi, vberiores reddunt. Illud quoque æquè perpetuum est, protinus à coitu hominum virus, genituramque omnibus albam esse. Nec audiendus Herodorus, qui Æthiopes genituram atro colore promere, prodiderat: quandoquidem genitale semen album & crassum (si integrum sit) egrediatur. At tenue nigrumque totum foris efficitur: nunquam id gelu cõcrefcit, immò admodum extenuatur, atque (vtpote modo diximus) aquæ cum substantiam, tum etiam colorem contrahit, calore contra coit crassefcitque. Et quod de vtero iam aliquãdiu in eo immoratum defluerit, id crassius prodijt. Cuius in aqua recta ratione experimento fecunditas ita probatur. Quod enim infecundum est, quã ocysimè diffusum per summa innatat atque exolefcit, fecundum in imum descendit, delabitur atque subsidit. Quocirca cum & maribus & foemellis duplex

Herodotus.

*Fecunditatis
probatio.*

duplex habeatur: salualé fuc- cum vnum appellant, inutile atq; improle, ad oblectamen dūtaxat à natura molitū, quod in viris eodem propè dixerim itinere, quo & fœcundum progreditur: in fœminis vteri ceruicem per tenuissimas fibras adiit, quod quum emittunt, mira voluptate afficiuntur, quod nō perpetuò in prolifici emissione sed plerunq; euenit: hinc complures & vidimus & audi uimus, quæ omnem citra libidinis voluptatē oblectationē- que conceperunt. Alterum semen Galenus cognominat tale, quale antea diximus, quod ad vuluæ sinus deuenit. Sed quo nam viris mulieribusq; ætatis suæ anno hæc accidat exponendum est. Mares primū parte plurima anno suæ ætatis bis septimo peracto, genitale semen ferre simul & pubescere incipiunt, non secūs profectò quàm stirpes semen lature, primum florentes, quos hirqui tallos iure vocitauerē. Vox etiam per répus id in asperiorē inæquabilioremq; sonū (quāquā nondum grauant) demutari perpenditur, neq; enim acuta, neq; tota æquabilis, sed incōtentis & asperis fidib. (quod caprire denominant) perquam similis existit, idq; ijs qui venerea exercere incipiunt potissimum incidit, ijs nanq; in virilē sonum vox transit. Mamillæ

A etiamnum eo tempore exurgūt, & genitale non modò magnitudine, verū & specie proficit. Fœminis insuper per id tempus genitura, & qui menses vocantur magna ex parte erumpunt. Vox in grauiorem mutatur. Deniq; quum acutioris vocis quàm mares sint, tum natu minores acutius elidat, vt puellæ quàm pueri acutius, ac præterea quàm viri, & mulieres quoq; viris acutius, perpetuò sequitur. Eodem tempore ijs mammæ protinus extuberat: quas vbi perpetim stare de- sideraueris, leporini grana no- uem simi propinabis. Coagulum eūdem præstat vsū. Easdem fœminæ suis sanguine circumlitas minus crescere autumant. Si etiamnum per id tempus (vt plerunq; fit) doleant, asinini lactis potu efficacissimè mulcentur. Ouorum perdicis putaminum cinis cadmiæ mixtus & cæræ stantes mammas seruat. Perdicisq; ter ouo circū datas (ridiculo quo nullum reperiri possit maius) pleriq; nequicquā inclinari putat. Squatinæ illitæ crescere mamas non patiūtur. Cicuta à virginitate illita eosdē præstat effectus. Vtrifque infœcundum nempe semē ad annum vsq; ter septimum esse prodirum est, mox prolificum existere. At exigua imperfectaq; iuniores gignūt. Simul atq; ter septimum annum ad-

*Ne mamillæ
excrescant.*

impleuerint, oportuna ijs generatio est: quanquã natu minores (tamerli parturitione vehementius laborent) facilius concipiunt. Non increfcere etiam post tertium partum tradũt. In Indiẽ gente fœminas feptimo ætatis anno peperiffe, & itẽ alias quinquẽnes cõcepiffe lectiffime meminimus. Sed in Italia eo quem diximus anno parte plurima & concipiunt & menftrux purgationes prodeunt, quẽ fanẽ ex partibus quẽ supra infraq; renes, ex lũbis etiam nõ per minimas deductas venas ad vuluæ acetabula permeant: Ex venis quoq; duabus fecundum os pubis iuxta vrinæ exitum, ac parte ea qua improlis fœminarum genitura mittitur, erumpunt. Duabus nanq; venis, maiore atq; aorta filsis, tenuium multitudo venarum in vterum definit, quibus vberiore alimõia expletis, natura que præ fua frigiditate concoctricis facultatis indiga, eam concoquere copiam nequit, ob id in venis excrementũ fiat, quod p tenuiffimas venas exundãdo superet, necesse est. Id ipsum verò ex venis, quippe quẽ ob fui tenuitatem atq; anguftiam, exuperantiam continere non valeant, in vterum transfunditur: itaque affectus hic veluti marifcẽ, aut alia quẽ

*Menstruum
excrementũ*

et. Paucis menfibus fingulis,

A vno intermiffio, plurimis menftrua mouentur. Cum ijs etiam quibus breui temporis tractu (hoc est biduo aut triduo) profluũt facilius: quibus in longũ protrahitur difficilius agitur, quippe quẽ tãtis per grauiter laborẽt. alijs nãq; vniuerfim, alijs paulatim, cunctimq; per purgatio hæc fit. Attamen omnibus æquẽ, quandiu virus defluerit, corpus grauatur, fanguine, tum ob diutinam in vuluæ riuis labem, fatis superque noxio, tum ob integri menfis affluentem exaggerationẽ, vberẽ supraq; modum excreto. Hinc vterò graues, tamerli ad vtriculum, nihilo fecius quã in illis menfes permeent delabantur: que: quia ramen nec viciatus admodum coinquinatusque, nec cumulatus: at fenfim & in horas pedepreffim (quo fœtui alimento fit) fecernitur, torqueri cruciarique natura non patitur. Inter omnes verò conuenit, afperrimam eius profluuij primis annis virginitate refoluta vim effe. Compluribus etiã coitus cupidine, qua vel iuuenilis ætatis ratione, vel quia lógo temporis fpatio Venere abftinuerint, tenentur, fæpe ter mense donec conceperint, menftrua citantur, vteri descendũt, quo peractõ ascendunt, & fua fitu conftituuntur. Concipere autem mulieribus à muliebrium profluuiõ auspiciatius fua

pre

*Quo
menstrua
profluunt*

*Menstrua
fanguinis
eius ut*

*Impuritas
menstrua
et fœtus*

Quæ ad mens-
trua sunt
purgantia

pre natura contingit. Quæ ve-
rò ijs carent, steriles propemo-
dum degunt. Verum fieri nil
prohibet, vt etiam citrà eorum
profluuium nonnullæ concipi-
ant, quibus tantum humoris
colligitur, quantũ ijs quæ pur-
gantur intus restare assolet: li-
cet ijs non tanta copia, vt & fo-
ras proluere queant, adsit. Sunt
etiamnum, quæ dum menses
prorumpunt (postea cõcipere
nequeutes) conceptioni obno-
xiæ sint: vtpote quibus vulua
continuo à purgatione adob-
ruta cõcretaq; perster. Nec de-
sunt quibus etiam vtero graui-
bus vsq; in postremũ diem mē-
strua prodeant, quæ & paruam
& minùs vitalem & imbecil-
lam, atq; valetudinariam pro-
culdubio prolem edunt: quan-
do quidem puriore eorum par-
te puerperium ali, nemo quis-
quam inficiatur. Erenim cum
duæ horum partes sint, altera
quæ expediens censetur, eo po-
tissimum, quo mulier vterum
gerit tempore, quæ in partus al-
tionem partim absumitur, par-
tim ad mammas pro lactis ge-
neratione tendit: pars altera,
inutile (eo quo antea diximus
modo erumpens) excrementũ
est, quo nil facile monstrificum
(vti ad noxiam res medicatissi-
ma transferatur) magis reperit-
ur: quandoquidẽ illius super-
uentu multa acefcant, fruges
contactæ sterilefcant: nouella

Menstruus
sanguis, &
cuius uirus.

Impuritas
sanguinis
mens-
trui.

A vitis in perpetuum lædatur, ru-
ta, hedera insitaq; illicò emo-
riatur: hortorum germina exu-
rantur: fructus arborum, qui-
bus insedere, decidant: flori-
bus colos adimatur: & quod
nos ipsi diligenter obseruauim-
us ad prodigiorum miracula
accedens, rubri fuci, quo mulie-
res propè omnes vtuntur, exi-
mia claritudo, à fœmina in mē-
struis, vase in quo asseruatur ta-
cto cominus, perturbatur.

Quinimò ab eadem lapideo,
in quo conditum iturus est va-
se, quum penè deferuere cõpe-
rit, vix contacto turbidiorum
admodum prodire, nullumq;
in posterum claritudini locum
B fore, quotidiano experimento
compertum habemus. Specu-
lorum fulgor aspectu ipso he-
betetur. Ferri acies, vti in ton-
forum cultris, eborisque ni-
tor præstringatur. Apum al-
nei (ijs namque tactis has fu-
gere certum est) intereant.

Æs etiamnum ac ferrum rubi-
go & graue odoris virus con-
tactu prorsus corripit, ac eò
magis, si decrescente luna id
acciderit. Æraque dirus o-
dor protinus corrumpat. At-
qui in rabiem eo libato canes
agantur, insanabilique vene-
no morsus infigatur. Proin-
de aqua potuque à canis mor-
su formidato (vt assolet) tali la-
cinia menstruo tincta, calici tã-
tum supposita, eum metũ (illa

Evangelium

Græcorum sympathia prævalente) inter omnes confestim discuti conuenit: cuius etiã tanquã exitialissimi formicis minimo animali sensum inesse ferunt. Fila quoq; contacte vestis ne igne quidẽ, quo cuncta, vincit, vina concoquantur nigrescere. Bitumen in Iudæa nascens vna hac vi vltro superari. At quanquã de hac violentia multa diximus, alia non minus ex ipsis mensibus dira & infanda prisca vaticinantur. E quibus commemorasse non pudeat, in lunæ solisue deliquio ea vi cõgruente, irremediabilem fieri.

Virginitas purgatio

Nec segnius & silente luna fœmineos maribus exitiales atq; pestiferos coitus esse. Purpuras ab ijs eo tempore pollui. Et ne ipsæ profectò fœmellæ suo malo immunes euadant, abortum illiti menses, aut omninò prægnante supergrediente, ciunt. Equæ vterù geretes tactæ, quin & aspectu prorsus, quãuis procul visæ, si purgatio illa à virginitate prima sit, in virgineãtate spõtica, abortù ocysimè perpetiuntur. Alinas etiamnũ tot annis nõ cõcipere, quot cõtacta hordei grana mulierib. adederint, prodidere. Atramen & tanto malo remedia inesse pleriq; aiunt, quæ hoc loco recensuisse venia fuerit. Podagras, strumas, parotidas, panos, sacros ignes, furunculosq; & ephoras illini earum mulierum

Que in sanguine menstruo remedia.

A tractatu, leniri, compertum est. Rabiosorũ canũ morsus, & tertianas, quartanasq; febres, mēstruo in nigri arietis lana, argēteo brachiali incluso, aut vestis omnino ita infecte portuuncula acu vel licio brachiali inferata, discuti. Demum tertianis & quartanis egri plantas sublini, multoq; efficacius ab ipsa muliere etiam ignoranti, efficacissimũ esse. Quartanas coitu, incipientib. duntaxat mensib. finiiri nonnulli spondere.

Quorum cinere iumentorũ omnium addita caminorum farina cæraq; vlcera sanari in confesso est. Ea etiamnum rosaceo mixta frõti illita capitis, fœminarum præcipuè, dolores interledare. Et quod dictu admodum mirum est: Mulieribus in mense connudatis, iam primũ grandines turbinesque contra fulgura abigi, sicq; cæli violentiam auerti, autumant. Menstruo non silente luna, nudatis segetem ambientibus erucas, ac vermiculos scarabeosq;, & noxia quæque arceri atq; decidere. Proindeque ob cantharidum numerositatem, eas retectis super clunes vestibus per media arua ire, in Cappadocia inuentum. Alibi nudis pedib. capillo cinctũq; dissoluto seruatũ. Cauendum verò ne id sole oriente (semente alioquin arefcente) moliantur. Id quoq; conuenit, quo nil equidẽ libentius

*Quo re men-
cipiant*

tius

Quo tempo
re menses in-
cipiant.

tius crediderim, tactis mēst ruo-
postibus, irritas magorum ar-
tes (vanissimi vt æstimare licet
generis) factitarum iri. Cæterū
nullo perpetuo circuitu men-
stua describuntur. Quibusdā
enim sæpius mense, quibusdā
omnibus tricenis diebus, alijs
trimestri spacio, sicut aliquib.
nunquam fiunt. Attamen men-
se (veluti decreto exonerandæ
mulieris vestigali) decrescente
(idq; recta ratione) assidue (vte-
ro nulla vi seminis prorsus oc-
cupato) moueri tendunt. Mu-
lierum nanque corpora, conti-
nēte aëre frigidiore effecto in-
algescunt magis, mensium aut
coitus ob lunæ defectum, algi-
diores esse ecquis dubitat? Ita-
que vt mensiū fines quā media
frigidiores euadant sit. Igitur
posteaquam alimentum in san-
guinem mutatum est, menses
eo quē modo diximus circuitu
moueri contendunt. At si illud
haud concoctum sit, sensim ali-
quid subinde secernitur.

Quamobrem qui albi mēses
vocitatur, paruis adhuc & pu-
ellulis proueniunt. Porrò vter-
que hic recrementorum seces-
sus cū modicè sit, integra ser-
uat corpora: vtpote quæ ab ex-
crementis exquisitius perpur-
gentur, quæ ijs vt ægrotent,
causæ efficiuntur. Sed si vel
non fiat, vel immodicè fiat, gra-
uior apprimè iactura euenit.
aut enim ægrotationes super-

A ueniunt, aut emarcescit extre-
nuatq; corpus, Hippocrate tra-
dente: Si menstrua immodicè
fiunt, morbi accidunt: & si non
fiūt, morbi matricarij accidūt.
Ad sexagesimū sanè mares plu-
rimi gignunt, quem si excesser-
int, ad septuagesimū vsq; pro-
cedunt. Etiam apud quosdam
adulque annos septuaginta, &
septuaginta & quinq; (quāquā
ignobiles) vulgaris reperitur
generatio. Alios, per paucos ta-
men, & non nisi valentissimos,
annos octoginta natos sobolē
procreasse repertum est. Quin
etiā Masinissam regē post octo-
ginta sex annos filiū quem Me-
tymathnum appellauerit: Ca-
B tonem Censorium octogesimo
exacto è cliētis sui filia Salonij,
generasse clarum est. Mulieres
verò ad quadragesimum quin-
tum magna ex parte foeticat:
at paulò ætate progredientes
effoetæ degunt: & si nonnullæ
annos sexaginta natæ, validio-
res tamen, pepererint. Inuentā
nihilominus mulierem, cuius
primò genitus vltimò genitū,
quadraginta annorum spacio
excesserit proditum est. Quare
quum ætatum discrimina ad so-
bolem congignendam nonni-
hil (vt retulimus) conducere
aperta ratione cōstiterit, nihil
tamen quicquam adeò condu-
cibile aliud, quā vterū ad mo-
dicum redactum modū, corro-
gata Hippocratis sententia, in

Hipp. lib. 5.
Apho. 57.

Quādiu pro-
lificum semē
maris.

Mulieres
quādiu foe-
cundæ.

Hippo. lib. 5.
Apho. 61.

hunc modum perscripta, liqui-
dò perspectum habebis. Mulie-
res quæ præhumidos habent
vteros cōcipere nequeunt: quæ
etiam frigidos spissosq; habēt
non cōcipiunt: fœtus enim ex-
tinguitur: necnō sicci & admo-
dū calidi cōcipere nō possunt,
genitale enim semen corrūpi-
tur ob inopiam alimenti.

Quæ autem ex vtrisque modi-
cè temperatos obtinēt vteros,
eæ valent fœcunditate. Ob has
quippe causas nōnullę partus
haud vnquam perferunt, qua-
les si quando medicina & cura
(quæ multiformis esse quit) vi-
cere, fœminā ferè gignere eas
compertum est. Plerisq; semel
in vita munus hoc concessum
est: quæ si cū parere desierint,
leporis conceptum vtero exē-
ptum māderint, restibilem fœ-
cunditatem asserre tradunt.

Conceptum
accelerantia.

Conceptus accelerant vac-
cinum lac potum: aut quini se-
ptenitæ vermes terreni e poti:
cochleæ cum croco impositæ:
fimium accipitris in mulso po-
tum: & à purgatione fel capri-
num inspersum, & perdicis o-
ua si ea sorbeantur. Seræ ex cau-
da mulæ si vineti inter se in coi-
tu colligantur, inuitas concipe-
re cogunt. In Arcadia vinum
quod fœcunditatem fœminis
importet fieri dicitur. At, quod
admodum spectatius est, si le-
porum vuluæ in cibis suman-
tur, mares concipi putant hoc

A & testiculis eorum & coagulo
profici.

Atque si vituli carnem cum
aristolochia inassatam circa cō-
ceptum manderint, mares pari-
turas promittunt. Sterilitatem
ob partus vexationem fieri cer-
tum est: hanc felle taurino, adipe
serpentium, erugine, addito
melle, medicatis locis ante coi-
tus, emendari putant. Iis ita
prælibatis paulò altiùs redorfi,
quàm bene miroque deinceps
ordine generationem, ipsa re-
rum natura reddiderit, curiosi-
us intelligendum. Prolem sa-
nè paraturos puellæ non mo-
dò ætatem vterumque, vt pau-
lò antè sanximus: sed & Vene-

Vt mas gi-
gnatur.

Generatio
quomodo
fiat.

B ris appetentiam & corporis
posituram antè omnia intueri
oportet: quando singula hæc
magnas, neque ignobiles, ne-
que dubias hac in re interpreta-
tiones habeant. Ob id viri po-
tentem, virosamque sibi quem-
que parare operæ precium est:
cui equidem (si fortasse in coi-
tu pinguiorem segnioremque
nouerit) xiphij superior ex vi-
no radix potui vtiliter datur,
& item quam cremnon agrion
nuncupant, ternis obolis aut
dragmae pondere. Orminos
agrios cum polenta contritus,
orchisque herbæ, serapiæue
radix maior, seu, vt aliqui
perhibent, tenuior, in aqua
dragmae duabus pota, atque
sityrion eundem præstant v-
sum.

Conceptum
iuuantia.

gi.
atio
do
ptum
ia.

sum. Erithrococonis radix manu retēta, concitatricē vim habere plerique putant, ac magis adeo in vino austero bibita dragma. Tithymalli etiamnū ramorum medullam habentes ad Venerem agi pronioresque fieri produnt. Prodigiosa admodum autores, alioquin graues, non minus circa hoc tradidere: septuageno coitu cuiusdam herbæ (cuius vocamentū speciemq; negauerint) contactū libidinem durare asseuerantes. Cochlearum fluuiatilium carnes sale asseruatae ex vino epotæ: erythini quoq; cōmanducati Venerem stimulant. Iecur ranæ dryopetes & calamitæ in pellicula gruis: crocodilli maxillę dēs brachio, vel hypopocampus, vel rubetæ nerui, dextro lacerto, singula hæc adalligata mirè concitant. Hyenæ genitale ad sexus suos in melle sumptū, etiam si viri mulieris coitum oderint. Rostrum scinci & pedes in vino albo poti efficacissimè veneris cupiditatem accendunt. Vtique cum saryrio & erucæ semine singulis dragmis omnium, ac pipere duabus admixtis, ita ut pastilli singularum dragmarum bibantur, per se laterum carnes obolis binis cum myrrha & pipere pari modo potæ, efficaciores ad idē creduntur. Coitus stimulat fel caprinum illitum; medullæ suū haustæ, se-

Auum asininum, anseris masculi adipe permixto illitum, equi à coitu virus. Testiculi equini aridi, vt potioni inferi possint. Dexter asini testis in vino potus proportionē, adalligaturæ brachiali: eiusdem à coitu spuma rosaceo pāno collecta & argento inclusa, vt tradunt. Salpæ genitale in oleum feruens septies vrinare iubent, eoq; pertinentes partes perungi, alij cinerem ex eodem bibi: vel tauri à coitu vrinam, lutoq; ipso pubem illini: Vesperilionis sanguinem flocco collectum capitique suppositum, mulierum libidinem mouere: aut anseris linguam, in cibo potu'ue sumptam prodidēre. Horum hercules ad propudia probrosamue molliciem viros, ad immodicam aut certè obscenam Venerem mulieres pleraq; procitare, verustiores extra omnem fortunæ aleam promifere. His ita peractis mas & fœmina concumbant, in concubitu fœmina capite paululum demisso, coxendices clunesq; elatiusculas habeat, feminibus latè patefcentibus: & reliqua secundum naturam fiant, donec vir tandem genitale semen ante vuluæ ostiū emittit, cui spiritacea substantia (quem gignituum appellat spiritum) permiscetur atq; cōfunditur, quæ inquam nihilo secius atq; humiditas expella-

Que circa
concupitum
obseruanda.

rur oportet: tanto feminis hu-
 miditatem peruincēs: quanto
 ocyus egeritur efferturq; lōgi-
 us. nihil enim procul sine spiri-
 tali violentia proijci potest: fœ-
 mina eodem tempore omni
 plerunq; sine libidine per vul-
 uæ acetabula genituram (quā
 uœcūdā diximus) in vterum
 demittente. quandoquidem si-
 ne maris ac fœminæ emissio-
 ne concipi impossibile fit, sine
 voluptate verò fœmellæ fieri
 quidem potest, si locus turge-
 at, & vulua propiūs ostium de-
 scendat: Quanuis magna ex
 parte sic accidat, vt vtrorumq;
 oblectamento id agatur. Maris
 autem profusio non intus (vt
 quidem opinātur) fit (os enim
 vteri angustum est) sed ante o-
 stiolum, quo & fœmina succū
 illum nihil ad conceptum con-
 ferentem secernit: in quib. qui-
 dem excretionibus pari fermē
 voluptate masac fœmina affici
 solent. Viri autem fœcundum
 semen ibidem profusum, intus
 ab vtero (si quidem calidus, &
 modicē temperatus fit, si oris
 labra tactu asperiuscula & he-
 rentia, si etiamnum tenuiora
 sint: Quandoquidem ad conce-
 ptionem ita sese commodē ha-
 beant) auidissimē rapitur. Indi-
 cio est quod locus qui modò
 madebat, resiccatus mox p̄sen-
 tiatur. Quòd etiam quā pro-
 caciter inhiat hinc discas lice-
 bit, quando puella solo balnei

Cōceptus si-
 gna.

A ingressu vtero grāui inuēta fit,
 semine quod à viro prius in
 aquam defluserat sitiente vul-
 ua hausto. Ceterum per id tē-
 pus virginitatis nodo nexuq;
 dilaniato, cruentus (à men-
 struo sanguine eo disidens, q;
 viuidi hic coccini coloris est,
 ac eo dūtaxat, quo penis vteri
 ceruicem asperiusculē violenti-
 usque subit momento par-
 cē prorumpens, è diuerso men-
 sibus decolorationibus turbu-
 lentioribusque, vberius ac lō-
 giore temporis tractu delaben-
 tibus) succus integræ virginita-
 tis indicium, interstillat. Cerui-
 cula intumescit, ijsq; plurimū
 dolet, eoq; magis, eugio gran-
 diore mentula vi defracto, atq;
 ostiolo iusto pl̄ passo laxatoq;
 fiunt hæc. Porrò tumores & do-
 lores, rosarū myrtilorumq; ac
 maluæ, & pulegij decoctū infi-
 dentib. cōmodē demulcer: aut
 defrutū rosaceo addito. Subin-
 de omphacio ex olea adhuc al-
 ba non ex druppa (ita vocatur
 priusquā cibo matura fit) v̄po-
 te quod deterius est, expresso,
 ceruicis ostium ac verēda per-
 ungenda sunt. Omphacium
 hoc ab illo colos interstinguit,
 quoniam hoc viride est, illud
 quo autores vti sæpius iubent,
 cādidum. hinc multorum im-
 peritia, atque ægrorum iactura
 non parua, eo primò omnes fe-
 rē abutuntur. Dolore interse-
 dato, vbi res ipsa vrgeret, cera-
 ta in

De eugio ru-
 ptiq; cura.

Virg
 quomo
 scendā

Sngu

Al
 in

ta in lana arundinis interno-
 dio oportuna idoneaq; crassi-
 tudinis obducta, coalitum dis-
 iunctarum partium molientia
 ferruminantiaq; quoad occal-
 luerint imponantur. hæc inuio-
 lata coitum perpeffæ præfen-
 tiffima præfidia censeantur. quã
 si ante concubitum, tanquam
 nimium curiosi internoscere ve-
 limus, quo minus vafre omni-
 umq; malitiosissimæ mulieres,
 quippe quæ singula talia astu
 ad integrum plerunq; commi-
 niscantur, nos falsos habeant,
 id nobis virginitatis argumen-
 tum fuerit. Quod perlucidum
 ijs ac tenue lotium, substrepi-
 tu perinde atque acutissimo
 (quoniam per angusta exitus
 darur) sibilo vt fistula impediò
 deductiore emicans longius
 admodum excutitur. Quin &
 edoctæ obstetricis cõritu hy-
 men (si casta sit) facile decerni-
 tur. Cruoris quoque delectus
 (quos paulò antè monstraui-
 mus) indicio sunt. Gagates e-
 tiamnum suffitus odoris spira-
 mento fauces naresq; non ar-
 tingente: & potus si præsentè
 mictum non ciat (muliere alio
 quin suffitum persentiète, co-
 minusq; potu mingente) virgi-
 nitatem eximiè deprehendit.
Quo modo & corruptarum pu-
 dicitiam magnetem obdormi-
 entis capiti suppositam, pudicam
 ad mariti cõplexum quã
 mox compellentem, adultera

A è thoro præ nimio simulachro-
 rum pauore excidente, planè
 aperire aurumant. Quamob-
 rem summo studio vterus, qui
 concipiat vel naturã vel arte
 præparandus est: quòd si ne cõ-
 cipiat facere libuerit, contrã
 agendum est. Nam si labra læ-
 uia crassaq; sint, haud quaquã
 commodè vsum præstant. Ob-
 id nonnullæ pridie quàm con-
 cubuerint, vt semè delabatur,
 vuluq; ceruicem oleo iuniperi-
 no, aut ex cerussa thurèue exci-
 pientes, oleo ceraq; adiectis il-
 linere assolent. Araneus pha-
 lãgij nomine est, lanuginosus,
 grandissimo capite, quo disse-
 cto intus vermiculi duo inue-
 niri dicuntur, qui mulieribus
 ante solis ortum ceruina pelle
 illigati, ne concipiant mirè præ-
 stare creduntur: vis ea annua
 est, quam solam ex omni ato-
 cio dixisse fas sit, quoniam ali-
 quarum fœcunditas liberis ple-
 na, tali *venia indiga est. Sed
 simul ac genituram intra se vte-
 rus traxerit, vniuersum alueu,
 se supra femina duo colligens,
 ac vndiq; ea comprehendens
 ita contrahit, vt nulla penitus,
 siue multum siue parum semi-
 nis iaculatum fuerit, vacuitas
 relinquatur, atq; aded os sigil-
 lat obsepitq; vti etiãnum de-
 ductiffimi corporis acies neu-
 tiquã ingredi queat, quod Hip-
 pocrates (quẽ ceu alteram re-
 bus humanis lucem Deus de-

*Vter lubri-
 cus, ut semèn
 illabatur.*

** Si Plinio et
 atheis gentili-
 bus credimus.*

Hipp. lib. 5.
Apho. 51.

diffe videtur) ita prodidit: Quæ
vterum gerunt ijs vulua se cõ-
primit: Apud me hercules tra-
statu ipso antiquitatis admira-
tio crescit, quantoq; maior di-
cenda harum rerum copia sug-
geritur restatque, tanto magis
priscorum in inueniẽdo curã,
in tradendo benignitatem ado-
rare venerariq; subit. Nec du-
biè superata hoc pacto etiã re-
rum ipsius naturæ munificen-
tia(modò hæc humani dunta-
xat operis inuentio esset) faci-
le videri posset. Nunc verò aut
eam ipsam deorum fuisse, aut
certè homine etiamnum inue-
niente, diuinam, eãdemq; om-
nium propè dixerim parentè,
& hæc ita fabricasse, & mon-
strasse ostendisseq; nullo vitæ
miraculo maiore (si verum fa-
teri volumus) credi par est: quã
dò alia via ad hæc aded exquisi-
tè peruestigãda nulla relinqua-
tur. Æternum quæso deorum
fit munus istud. Quum autem
feminalia recrementa in vtero
cõstiterint, atq; intra septenas
horas sui post iactũ in effusio-
nem relapsa neutiquã fuerint
(quibus calor tantam talemq;
habens motionem & actionẽ
inest, quãra modicè ad quam-
uis corporis partẽ accõmode-
tur, quòd si rem quæ sit vel ex-
cedat vel deficiat, aut deterio-
rem, aut læsam & mancã, simi-
litèr ijs quæ foris igne ad cibũ
aliũm ue vsũ coquuntur, effi-

Formatio fœ-
tus.

A ciet: at in ijs caloris motũ nos
ipsi moderamur, in illis gignẽ-
tis natura accommodat) mox
in vitam hæsisse, autores illu-
stres pronunciarunt: proinde-
que maris semen in genitalis
feminei alboris medio prope
modũ glomeratur. Ambo hæc
spiritu gignitiuo vteròq; iam
concreto calfiunt: quo fit vt
crassescant spissenturq;, atque
crassa, & glutinosa calfiunt, spiri-
tũ flatuosum adgeneret oportet:
quo sanè flatu commixtæ
genituræ turgent atq; intume-
scunt, minutissimè insuper he-
ctæ spiritu repletæ, assurgunt,
exinde ex pluribus ijs iunctis,
vna fit cauitas, vberem spiritus
quãtitatem comprehendens.
B Qui nèpe spiritus intus reclu-
sus refrigerationem quærans
ad sui custodiam, sibi in semi-
num medio. eorundem partes
scindendo peruium iter parat,
vt spirante feruido, algidus eõ-
dem ad feruorem contemperã-
dum subingrediatur: quo spiri-
tuũ ingressu egressuq;, atque vi
spiritum potestate vitalem, ani-
malem, naturalem ad propor-
tionata loca formatiua mouen-
te, semina apprimè spumescunt.
Duorum genitalium seminum
commixtio expediẽs ac neces-
saria quidem fuerit, tum quo
mulieris recrementum virili
genituræ conueniens alimen-
tum fieret (etenim virilis crassa
calidèq; temperaturæ est, cona-
trã

trà fœminea tenuis & frigida: ob id crassitie virilis extendi dilatariq; , quemadmodum opus esse nequiret, & calore simul inchoandi puerperij materiam absumeret, tum etiam, vt operimento partui essent (nanque virile semē ad vteri augmenta cornibus persimilia nō deuenit, nec per totum alueum spargitur: quare fœmineum, quo ea loca repleantur atq; vt ex ijs vnā congestis germinis opera efficiantur necessarium censetur. Itaq; coactis iam partibus ijs, & in vtero insinuatis diuq; cōtentis, exera parte terrena resiccescēte, circū mēbranula perinde atq; in decoquendo pane, obducitur) tum quia necessum erat (nam & calescentis frigescentisue rei extrema siccescere operæ precium est) tum etiamnum alicuius gratia. Nam & semen inconstans, cuius partes disijciant, quippe quod vuidum riguumq; sit, continente sistēteque indigum fuit: cæterò trium principatum habentium membrorum cordis, cerebri, iecoris, bullulæ molles ac exiles, vteri duritudine oblēderētur: et spiritus gignitiui potestate alioquin vitales, animales, naturales ocysimè halarēt abscederentque, ni spissiori membrano obducto tuerētur atq; custodirentur. quod equidem membranam, cum vtero

A per aspredines, quas antea fofulas diximus, & ijs potissimum partibus, quæ cornua appellantur committatur, contenta semina eidem annectit: in quo tamen meatulus ea parte, qua vmbilicus creatum iturus est, ad spiritus euentationem (quam antea commemorauimus) existit. hæc autem in medio expiratio fit à formatrice vi sic iubente, quanquā enim spiritum hūc (vt pote leuem et calidum) sursum atque ad circumferentiam potius suapte natura suoq; nutu ferri par sit, ad medium tamen, atq; quocunque vis illa propè duxerit, diuina imperauerit, cuius est instrumentum, dirigitur. Ad mediū autē eatenus propellitur, quatenus cordis locum præparet, quo loco spiritu intrus deferuente, & calore extrinsecus exiccante, cordis bulla tumet, vitali spiritu (quo commodius afformatiua vis cor ipsum ac membra cætera condere queant) repleta. Mediam namq; sedem in animali, non secus quàm rex in regno cor obtinere ius fasq; est. Deinceps verò bullulæ geminæ, superna parte pro cerebro vna, dextrorsum pro iecinore altera, primæ ad tempus coherentes extuberant: quæ nihilo minus spiritu (superna animali, naturali altera) replentur: in hac iecur, in illa cerebrum, spiritaceis ijs substantijs patrocian-

Cordis, iecoris, & cerebri formatio.

nantibus procreatum iturum est: quæ procedente tempore à cordis bulla, quæ prima fuit, & interstitio, & specie, & magnitudine abscedunt. Neq; quempiam ex solis ijs mēbra illa gigni arbitrari oportet: quandoquidem prima puriore tenuioreq; alimenti parte cordis materia expleatur, crassiore pinguioreq; ea, quæ iecinoris, pituitosiore, atq; crudiore, algidiorē ea quæ cerebri. Nec dū tamen membra hæc generantur, sed bullæ duntaxat præparantur. Quæ sanè vnà cum ijs quæ in mēbrano continentur (quæ totum embryonem esse cōtenderim) enutrirī incrementūq; recipere necesse est. Ob id per vuluæ acetabula cruentus succus resudans atq; restillans aluum subiens, membranū circum ambit, quem simul cum refrigerante spiritu per meatulū, quem gignitiuus spiritus sibi afformauerat, intra panniculū à genituris attrahitur, quo perfectè & ad integrum concocto, partes quas modò diximus aluntur augenturq;. Enimuerò embryo per tēpus id ad eò exiguus perstat, vti minimo indigeat nutrimento: at qui nec adhuc illi (quippe qui vmbilico eidem vberiore alimonia indigus nectatur) membrano committitur. Mox tribus ijs (quas nuper commemorauimus bullis) tris prætenues admodum

Nutritio foetus.

A obductæ membranulæ, cuique vna, procreantur. Porro cuncta hæc à cōceptu sexto septimōue die absoluuntur. Quæ cum à phycis, ab Hippocrate quoque (qui tam fallere quàm falli non vult) experimento certo accuratissimè deprehēsa sunt. Qui libro de pueruli natura, mulieris semine non effuso saltib. eius iussu concitæ atq; plus æquo quassatæ, septimo die eiectum tali folliculo receptaculoque, quale in ouo ab extrema testa clauditur conceptui suffecisse asseruit, quo tempore vmbilicus inchoatum iri videtur. Nam membranum id cum obdurerit, secundam appellat, cuius exiles duæ tuniculæ sunt. Ex feminalibus vero recrementis intra hæce tuniculas venæ arteriæque procreantur, quarum ora exteram tuniculā penetrantia, summaque illius cute patentia disseminata, vuluæ venarum arteriarumq; oris (quæ acetabula nōminitabamus) arterijs arterijs, & venis venis, equis vtrinque; numeris miro ordine respōdentibus, admouetur atque adiguntur. O rem inclytæ vocis, ô rem magnopere mirandam. Tot in illorum feminalium recrementorū tunica venæ, tot denique arteriæ concreantur, quorū præcisè in matris vtero iam diu præfuerant: eadem etiamnum serie, eadem prorsus digestiōe seruata.

feruata. proh Iupiter, nec visu facilis nec dictu affabilis vlli. Deinceps & venæ, & arteriæ, hæ secundæ exilitatibus dictis irretiuntur atq; inuoluuntur. Subinde non pulsantib. venis similiq; modo arterijs in vnum coeuntib. venæ duæ, rotidèq; arteriæ de ijs repullulant, quas cuticulare putamen ambit, ex quibus qui vmbilicus vocatur cõstat. Etenim venarum ac arteriarum imbecillitas tutelam operimētumq; desiderat. Hæ quasi radices quibus alimonia exauriat partus, vterum contingunt, & ob eam rem antè principalia membra, quando principia hæc iam absoluta vberiori alimento indiga euadunt, quod per vmbilicū ab vulua rapiendum erat, describatur oportet. Porrò cū potentia quidem, & imperfectū animal fœtus existat, aliunde alimentum recipiat operæ precium est. Quamobrem vtero & parēte (vt terra plantę) ad sanguinē menstruum illi cibum hauriendum, donec perficiatur, & iam fit animal potentia gressibile, vitur. Præter secundam, geminæ quibus obuoluitur fœtus, membranæ extant, quæ maioris minorisue ratione differūt. Prima partum circumquaq; immediatè ambiens, Auicius, Amniū, Aurelia, Abcas, Abigāsue, Sela, Alicas, Conceptus armatura, nuncupatur.

A Secunda ab vmbilico infrā embryō circumiens, Alanthoides, Biles, Ascari, Secca, Inuolucrum, appellatur. Amnij quidem functionem humorē exudantem è puerperio coaceruare, & vsq; in diem partus conseruare esse vnanimiter aiunt: quamobrem non modò partū à secūda duriore (qua tenellus proculdubio oblæderetur) incolumem ac cuiusuis læsionis immunem tuetur: verum & eas humiditates colligens, tum vt puerperium ijs supernatet atq; suspendatur, ne grauior ab acetabulis contineri nequeat: tum etiānum quia partus tempore, membranis disruptis, vteri ceruicem lubricam ac ductilē & facilē dilatabilem reddant, maximo præsidio est. Cōmodū fermè idem ab alanthoide recipimus, ob eam, quā intra se reconditem vrinal partus aquositate, quæ in ipsam per meatum (quem vrachum appellant) in medio vmbilico constitutum à vesicę imo deriuatum, diffunditur. Quanquam vesica propriam ad mictionem fistulam obtinet, non tamen nisi edito puerperio illa officio hoc perfungitur: At ad vmbilicum lotium deueniens vracho alanthoidem subit, ibique ob eas quas modò diximus vtilitates asseruatur. Humor autem inter has duas cruētus admodū dilu-
tiorq; à mulieribus proferum

vocitatur. Cæterum geminæ *χορίον* *ὄσφρα* eæ membranulæ infantem ambientes, interior tenuissima & mollissima, & exterior (quæ propriè chorion à Græcis dicitur) à nobis confusa vocula etiam secundæ nominantur, quoniam & hysteræ eas Græci appellent, quanquam & vulua ipsa numero singulari ab ijs hysteræ quoq; nuncupatur. Nullū sicis excrementis per pus, id puerperium conceptaculum adeptum est: propterea quod eius alimonia non ad ventriculum intestinaque, hæc ubi ipsa recrementa fecernuntur, sed ad iecur per umbilicales venas (quippe quæ ventriculi prima concoctione haud quaquam indigeat) ad iecur inquam, in quo humida fiunt excrementa deriuatur.

Venæ umbilicales.

De geminis itaque his venis alimentum deferentibus, quum paululum processerint, mox post umbilicum coeuntibus vnà, in iecinoris creandi concauum dependent, quippe cui bilis vasculum alimonie expurgamentum inhærescat, satius menstruum sanguinem perpurgari, priusquam per membra distribuatur, censente natura. At arteriæ duæ, non ad cor ob spacij longitudinem, sed ad arteriam magnam, secundum spinam coextesam ex corde primùm describendâ, super vesicæ partes proceden-

Arteriæ umbilicales.

tes, deueniunt, illiq; ductilibus colligationibus connectuntur: per easdem embryonis cor eue ratur, & ab vtero cum spiritum etiamnum puriorem subtilioremque cruorem haurit. Omnia deinceps à principalibus orienda lineamētis, primū membra post sex septemue antè dictos dies, duorum, trium quatuorue dierum spacio describuntur.

Subinde quatuor, octo intercedentiūue post prædictos dierum tractu lineatione peracta, cruenta materia per umbilicum hausta foetum totum permeat, atque ad membrorum fabricam propiùs accedens, prædisponitur, quæ quoq; & per id tempus lineationes replet. Mox nouē aut quindecim aut intermediorum dierum sequentium spacio, sanguineus succus in carnem conuertitur, quo etiam tempore membra & colores & mollitiem duritiemq; adipiscuntur, perinde ac si pictoris officio dum cōdit creatq; natura perfunderetur. Etenim ubi primū lineis animantem pictor effinxerit, mox coloribus varijs pro partium natura accommodatis illinit ac perficit. Sed quum in cōceptu omnes corporis partes potentia insint, primū omnium (vtpote principium maximè propriū) cor sanguine p geminas antea dictas arterias ab vtero hausto actu

actu secernitur, cui sanè spiritus gignitiuus, vnà & generatiua afformatrixq; vis, veluti propriè sedi protinus ab initio infidere, in quo etiam primùm vitalis spiritus progeneratur.

Quippe quod temos, maximum dextro in latere, minimū in læuo (quem aurem finistrā, imperitiores Graij òta vocitant) medium cavitare inter vtrinque media primo maiori venè, medio aortæ annexo, sinulos neruulis etiā sufferctos contineat. Homini animalium vni paulò à mamillarum distinctione ad læuam, parte sui ampliore, qua corporis superiora spectat (radix ob parulicātes vtrinque; pinnas dicta) propè dixerim pupillam, inclinat: at extrema, qua in acutū sese colligit, in mucronemq; planè exit parte, infra mamillā in priora eminens ac palpitans verge re tactu exploratur ac patet. hoc vt prius viscus efformatur nascentibus, ita nouissimè emoritur. Quis enim cor hirsutum quibusdam fuisse antequā cerneretur crediderit? cui rei Aristomenes Messenius, quem Lacedæmonij tertio captum dissecuere, argumento esse potest. Id homini dragmis binis ponderis per singulos annos ad quinquagesimum vsque gli scere, à quinquagesimo tantundem ab eo detrahi, proindeq; cordis deliquio, vltra centesi-

imum annum vitam negari Ægyptij existimarunt. Alij quoq; ad vsque quintum, & sexagesimum diem à conceptu augeri commemorant. Huic præcipuus calor, huic ceteris corruptis partibus vitalitas perdurans, huic præmolle firmumq; membranæ inuolucrum aquæ opletum, perpetuo madore indigo operimèto est. Id prima intra se animo sanguiniq; domicilia præbet. Exinde sanguine qui per vmbilicales venas in partem transfunditur, iecur cõditur, cui vitalis spiritus, quò naturalis fiat à corde demandatur, infra septum à dextro latere sub præcordijs, omnibus æquè membrum hoc (per naturam & non prodigiose habentibus) situm est: bubulo simile, venæ maiori, nulla ex parte aortam attingens, iungitur. Collos huic concreti cruoris est, in quo nimirum amoris sedem, sapientiores posuerunt, ac eorū autoritate diuini vates cõmoti, Tityum illum apud inferos ea qua peccauerat parte dari pœnas ex amulsim commēti sunt. Ab exteriori parte gibbum est, ab interiori verò concavum. Ventriculo insidens in quaternas fibras diducitur. Id centenis durasse annis vetustatis vel maximè patiens obsidionum exempla prodidēre. In quo fel quidem (quia pessimi sanguinis expurgamētum) ex-

Iecur.

Tityus.

Cerebrum

tat. Hominum paucis, quorū
 valetudo firmior & vita lōgior,
 negatū putant. Dein feminum
 substantia cerebrum constitui-
 tur, quod in homine proportio-
 ne magnitudinis corporatu-
 rēq; plurimum superq; hume-
 ctum: viri quā fēminā ma-
 ius: duabus suprā subterq; mē-
 branis, altera olsi validiore co-
 hærente, infirmiore altera ipsi
 cerebro citima, velatum obdu-
 ctumq;, omnibusq; bipartitū,
 sanguine penitūs priuatum,
 per naturam algidum, priorem
 capitis situm planè obtinet:
 pars huic postrema (quod cere-
 bellū vocitatur) & tactū & for-
 ma prorsus diuersa, annectitur.
 Priores partes membrana ve-
 stitæ, exigua quædā caua (quæ
 cerebri ventres antiquitas vo-
 citauit) intra se habent. Ideoq;
 omnium cerebro medio parua
 quædam ofsicula inesse prodi-
 dēre. Hic mentis est regimen,
 hic habet sensuum arcē, hic cul-
 men altissimum, huic vitalem
 spiritum vt in animale mear-
 ticuletur cor ipsum impartit.
 Hoc viscerum excelsissimum,
 cæloq; proximum vni homi-
 num in infantia palpitat, nec
 nisi in primo sermonis exor-
 dio roboratur: hoc sine carne,
 sine cruore, sine sordibus, aliud
 esse quam medullam argumē-
 to, quoniam coquendo obdu-
 rescat eruditiores & deprehen-
 derunt & posteris reliquerunt.

*Cerebrū pal-
pitat.*

A Itaq; caput à corde atq; iecino-
 re continuò generatur, quod
 cæteris magnitudine præstat.
 Post hæc cæterarum vnaquæ-
 que partium ex alimento per
 venas & meatulos quosq; resu-
 dante, quemadmodum aqua
 per crudiufculum fontem, cō-
 creatur. Nobilissima quæq; ac
 potissimi principij particeps,
 ex concocto, sincerissimo pri-
 moq; alimento: reliquæ verò
 necessariæ, ac illarum gratia in-
 stituendæ, ex deteriore, ac reli-
 quijs excrementisq;. Perinde
 enim natura atq; prudens pa-
 ter familiās haud omittere, ex
 quo aliquid com modi moliri
 queat, quicquam solet. In rei
 autem familiaris cura ita di-
 spensatur, vt liberis optimus
 cibus, deterior seruis, animalibus
 vilissimus detur. Quocir-
 ca ex tribus ijs principijs tria
 fecernuntur germina. Ex cor-
 de arteria aorta, ad innumeras
 huiuscemodi spiritus semitas
 inter neruos latētes, cum san-
 guine, tum etiam sensu carentes,
 diducta, quibus præcisae ea-
 duntaxat corporis pars torpe-
 scit: harum percussus (in mem-
 brorum maximè cacumine e-
 uidēs) in modulos certos, me-
 tricasque leges, ab Herophilo
 medicinæ vate mirāda arte de-
 scriptas, per ætates stabilis, aut
 citatus, aut tardus omnium fe-
 rē morborum index est. Ex iecore
 vena caua, quæ & ipsa nu-
 merosis

Calua

merosis sanguinis spiritus semitis, innatantibus riuulis diuisa, in prætenues postremò fibras totâ subter cutem dispersis, in angustam adeò subtilitatem tenuatur, vt cruor aliudue penetrare haud queat, præterquam exilis quidam succus, ab illo qui crebris admodum cacuminibus sudor appellatur. Ex cerebro nerui, bibulo quo & nasci & ali perhibent circûuoluti, lubricis ofsibus applicati, corporumq; nodos (qui articuli vocitantur) aliubi interuentu, aliubi ambitu, aliubi transitu, vincientes, hîc teretes, illic lati, vt in vno quoq; figuratio poposcit. Ij incisi haud solidari tradunt. Satis superq; mirum est vulneratis summum dolorem, præfectis nullum penitus accidere. Et spinalis medulla. Ex seminalibus quidê genituris cûcta hæc constât. Mox reliqua describuntur, qualia ossa sunt, & hæc potissimû, quæ ad principalium tutelam natura destinauerat, veluti caluaria, quæ pro cerebro interiore parte concaua, extrinsecus gibba, vtrinque læuis, & quæ cerebri membranam contegit, & quæ cute capillum gignente contegitur, hac ab occipitio et temporibus simplex, à frôte in verticem vsq; duplex compareret. Cuius ab exteris ossa obdura, ab internis, quibus inter se connectuntur mollia forami-

Caluaria

A nulentaque sunt: quippe inter quæ venæ passim discurrant, quas ijs alitû suggerere credibile est. Quæ sine futuris raro, cû ijs frequentius visitur, quâquam earum numerus quomodo & locus incertus est. Insuper iugale os, quod transfuersum à genis tendens super sinulos, qui sunt iuxta auriû foramina finiens, ab inferioribus ofsibus sustinetur. Os malæ superiores dētes exigens. *Maxilla* Maxilla molle os, cuius ima pars mentum est, à quo vtrinque ad tempora procedit, quæ & sola mouetur. Vertebrae deinde quatuor & viginti, nam septem in ceruice, duodecim ad costas, reliquæ quinque proximæ costis sunt, spinalis medullæ tutamina operimētaq;. Exinde summa costa infra ceruicem contra humeros sita, atq; vndecim inferiores, vsque ad imum pectus perueniētes, quæ primis partib. rotundæ & quasi capitulatę vertebrarû trāsuerfis processibus, ibi paulum infinuatis inhērentes, inde patefcunt, & in extimam partē recuruatę, paulatim in cartilagine degenerant. Ac ipsum quoque pectoris os, valens durumque à faucib. incipiēs, ab utroque latere iunctum, quæ vniuersa corruentur. Sub prioribus uerò costis quinq; (quas rhoas Græci cognomināt) breues tenuioresq; quę paulatim in car-

Os iugale.

Maxilla

B

tilaginē versæ ac ima potissimum, quæ maiori iam parte nihil nisi cartilago est, oris abdominis inhærescunt, atque iecur custodiunt. Subinde solers natura reliqua ex ratione molitur: quæ admodum duo lata ossa vtrinque ad scapulas tendentia (quæ Latini scoptula, omoplatas Græci vocitant) in summis verticibus insinuata, ab ijs triangula sensim latescunt: & quo latiora hebetiora, ad spinam permeantia, imo quoque sui cartilaginosa, posteriore parte veluti innatantia: quoniam nulli, nisi in summo, ossi inhærescant: humeros, radios brachiorum superiora breuioraque ossa: cubitos, inferiora longioraque: manuum ossa, quæ cum multa, quippe quorum numerus penè incertus, tum etiam minuta sint, oblonga tamen omnia triangula, structura quadam inter sese connectuntur. Ossa coxendicum, pectinem, femina, patellas, cartilaginosa ac mollia ossa. Gemina tibiæ cuiusque ossa. Talorum ossa, calcium, pedum, quæ ijs quæ manibus insunt respondent. Subinde cartilagines, operimera, colligationes, atque hæc ex femine. Ex sanguine menstruo carnea partes construuntur.

Pulmo. Veluti pulmo natura inanibus fistulis cauus fungosusque, in binas vngulæ bubulæ modo fibras diductus, venæ maioris

A singulis suis fistulis riuulos excipiens, proindeque sanguinis plurimum continens.

Nec audiendi sunt, qui cruenti succi (eorum quos dissectis animalibus detraxerint, quorum vniuersus cominus sanguis effluerit, conspectu decepti) pulmones vacuos esse & sanxere & prædicarunt. Lien, quæ splenem Graij appellauere, haud cincto ut iecur, at intestino innexus, à concauo ventriculum assequitur, à gibbo verò dorso adalligatur, venæ vni maiori iunctus. Cuius magnitudine loci risusque; intemperantiâ factum iri physici propè omnes asseuerant.

B Ex aduerso, ijs qui vel eo caperent, vel quam breuissimo per naturam vtuntur, risum adimi, quotidiano vsu compertum est. Sed quam ob causam sibi magnitudine ioci intemperantiam, paruitate exemptionem asciuerit, nec dum ab ijs satis explicatum. Nos verò quantum ingenioli facultas suggererit dicemus: quod quum lien proprium atræ bilis conceptaculum sit, hinc vastitate succi illius risui aduersantis impedio maiore, quam iecur gignere suppetat, copiam desideret oportet. Vnde & vniuersam atram bilem, & purioris sanguinis adhuc pro sui actione necessariam opportunamque portionem attrahet. Ob id cruentum succum

Lien.

Cur magno spleni ioci risusque intemperantia tribuatur: paruo, tristitia.

cum perspicaciorum lucidiorumque ioco aptissimum reddi par est. Contra breuitate, non etiam quantum atribilarij succi iecur aggenerat suscipit, & ob eam rem sanguis impurior admodum, turbulentior nigribiliosiorque; magis, in immanem tristitudinem agens relinquitur. Nam & huiusmodi accidentia atri fellis vitio fieri Hippocrate vel maximè dilucet: Si mœsticia aut metus longo tempore tenet, atra bilis in vicio est. Laborantibus nempe cursorum veluti peculiare, cursus impedimentum inuritur. Quo etiamnum per vulnus exempto animal viuere autumant.

Renes

Renes duo bubulis similes, per inde atque ex multis renibus compacti, in adipe meris urinariisque; summis lumbis sub imis coxis adherentes, ab ea qua coxis hærescunt parte, refimi: ab alia verò globosi, ventres, cauaque & ij habentes, ad quæ tam qui ex caua vena, quam qui ex aorta meatuli minimè pertinent: at eo loci pertendentes in renum corpuscula absumentur obliteranturque. Cuius rei apertissimum argumentum fuerit, quod ij sanguine carènt. Eorum dexter superiorem sibi locum vendicat, & latior sicciorque minus pinguitudine obducitur. *Lingua* & glotta & glossa recta ratione nuncupata, carne soluta, rara, fungosa constans,

Lingua

A imbricatæ asperitatis, quæ aut lata, aut angusta, aut mediocris omnium expeditissima atque explanatissima est, hæc in animantibus cæteris semper absoluta, in homine duntaxat vsque eo venis cõstricta, vt eas intercidi necessum sit, alioquin vsui loquendi inepta. saporum intellectum sui præcipuè primore parte, & singulorum præterea, quæ caro sentire queat, sua quauis, obtinet. *Tonsillæ*: quod verò inter eas vltimo palato dependet columella, siue vna dicitur. At verius quidem cum immodicè humectata intumescit inflammaturque; *vuæ* nomine vocitatur. *Gingiuæ* oris multifida compago. *Gula* cibum potuque; deuorandi fistula. *Fauces* illius summum. *Stomachus* postremum. *Venter* infimo stomacho annexus inferiore sui parte angustior: hinc eo oppleto, ciboque ob angustiam suppresso (quod ijs quorum spatiosa laxitas eum ad inferiora transmittit obtingere nequit) homines facile vomunt. Ab hoc ventriculo lactes, per quas flexuosissimis orbibus edulia delabuntur. *Intestina* Nec ab re fuerit hoc loco admonuisse ex lactibus, hoc est, gracilioribus intestinis, imo ventriculi paulum in dexterio rem partem conuerso, in summumque; intestinum coartato ac annexo, eam iuncturam pylororum Graios appellirasse, non

Vuæ

Gingiuæ
Gula

Intestina

πυλός

stri portonariū, quoniā portæ modo in inferiores partes, ea quæ excreturi sumus, emittit. Nonnulli etiamnum (falsò tamen) duodenum pyloron, ad duodecim digitorum mensuram hunc se produxisse rati, quando nihilo fecius pyloros, sola iunctura duorum sit. At quod sequitur intestinum ephifis, hoc est, propago siue duodenū appellatum est: cui equidem & mensura hæc quadrat, & vocamentum sibi iure cōuenit. Ieiunū verò est, quod ilam, hilam, seu duplici l, hillā, hirámue, & pleriq; hillum nominant: Ilæ verò plurali numero, vel hyllæ, hylæue, à quibus ad aluum capaciora intestina, in ceteris sunt quas in homine atq; oue lactes diximus, non ilia, vt ex Plinio plurimi perperam legūt. Ieiuni autem nomine duodenum & ieiunū interdum comprehensa sunt, vti apud Macrobiū ieiunum omnium intestinorum principium habere exaratum est. Et alij ex probatissimis lactes in tria duntaxat diducunt, pyloron, ieiunum & tenue. quod esse nequit, ni ieiuni vocabulo vtrunq; intelligamus, nec iniuria id factitatum censendum, quandoquidem duo illa quoad substantiam idem sint, indetartummodo dissidentia, quòd pars primora haud implicita est, quæ ephifis, siue duodenū,

Ieiunum.

vel propago cognominatur: pars altera implicita, non tamen vt tenuius intestinum est, hæcque peculiari vocula ieiunum dicitur. Tertium ex lactibus intestinum tenue vocatur, ab imperitioribus ilion, morbusq; illius iliacus. Quum tamen ileos à diligentioribus appellitetur, & qui huc perpetiuntur ileosi. Iliacus verò iliosusue is intelligitur, qui lagopono, hoc est, iliū dolore vexatur. Sunt autem ilia & quæ à Græcis lagona & ceneona nuncupantur, partes vmbilico in latus vtrunq; subditæ, inter quæ fumen seu abdomen pubesq; intercluditur. Igitur ilia inter coxas, & pubé fuménue, imo ventre extant. Quanquam & arteriæ inter vesicam & aluum & ad imam pubem tendentes, ilia etiamnum dicantur. Neq; abditum in obscuroque est ilium dolorem chordapson Dioclé Carystiū appellasse. quado tamé & chordapfos & chordios, is qui colicus à nostris dicitur, existat, què nihilominus Diocles ileó cōmutatis nomē claturis nominauerit. Vnde & colicus à colo, quod sanè intestinum laxius atq; ile singulari numero vocatum, cæcoque commissum esse constat. Sunt tamen qui Plinium falsò legendum putét. In homine hillæ infima parte simul à Græcis vocatur coló, adeò quòd apud grauissi-

Iliacus

Diocles

uovf.

La.

Perf.

grauissimum autorē hillæ vocamēto numero plurali, & tenuē & crassū intestina significetur: quando quidem hillæ (vt antè diximus) nec in homine nec in oue sed in cæteris tantū ex Plinij sententia compareāt. Ex quo id planè euenit, vt breuissimo spacio sibi ipsi cōtradictat. Verba autē Plinij sunt. In homine ile infima parte simile suillo à Græcis appellatur colō, quæ singula numero singulari, nō etiam plurali aptissimè respondens. Est præterea subretum intestinum, quam vocula alia Latini aluum, recentiores longanionem vel longaonem (vt retulimus) vocitant. Intestinum disseptum seu septū trāsuersum, præcordia, cinctū mē quod ventrem & cætera intestina ab extis fecernit. Intestinum medium quod Graij mesenterion dicunt, cui venulis quàm plurimis sufferto lactes inuoluuntur, vt à duro spine cōtactu munitiores magisque septos reddat. Nihil tamen adeò mirū aliud mihi est, quàm nōnullis, qui inter præcipuos & habentur & sunt, id ipsum lactes appellare placuisse: quauis non melateat, alios lactes loca sub vmbilico in lateribus pubetenus delicata, adeò vt plagā ferre nequeāt: alios pingua intestina, vt Persius, vinctos lactes hinc dixerit: quosdā membranas quibus inter se in-

A testina cohærescunt nuncupasse. Minor lingua exiguaue, quam nouo vocamento quidā sublinguium dixere, hæc duabus interposita fistulis (vt pote cuius opera gemina) interiorē ad pulmones atq; cor pertinentem, asperam arteriam nominatam, carne cartilagineq; constantem, spiritu ac voce illac meante, in epulando circumquaq; operit, quò minus si potus eduliaq; in alienum deerrauerint tramitem, torqueant: aliam verò exteriorem (cui certè gulæ vocamentum fuerit) neruo carneque conditam, quum spiritus tantum aut vox com meat, ne intempestiua alui restagnatio interstrepit per vices adoperit. Vesica infra aluum à priore parte, membrana constat, cicatrice haud solidescēte ic̄ta. Porro ex ijs pleraq; cum ex sanguine, tum etiā ex seminalibus genituris, quippe quæ promiscua indiscretaque membra sint, congignuntur. Ex cremētis pili, vngues, & id genus reliqua conficiuntur. Erenim cruentus succus in fœtus ventrem trāsufusus, algore consistens in carnem mutatur: quo fit vt ab igne caro resoluatur. At quæ terrena admōdum oriuntur parum humoris calorisq; nacta. Hæc dum refrigerescunt, humore vnà cū calore halante, duram terrenamque formam indipiscuntur: ve-

Epiglottis

Vesica

μωνίσιον

Lactes

Persius

luti vngues quamobrem igni hæc molliuntur. Nerui & ossa & id genus reliqua, humore siccescente confunt, quocirca ossa ab igne resolui nequeunt.

Nervus in super, cartilago, colligationes, operimenta, sicca ductiliaque sunt. Os siccum & fragile, caro mollis. Omnium autem ossium quæ in corpore sunt, pleraque; caua atque; medullosa sunt, nonnulla minimè. Concretis tamen ossibus vniuersis ac sine medullis (quæquam rari admodum sunt) prodigiosa virium elatione, corneos nuncupatos, quosdam vixisse, apud dignissimos autores lectitasse meminimus. Cæterum cutis reficescente carne, quomodo in polentis crustula (quam vetulæ vocitant) efficitur. Nec solum propter extremum eius generatio euenit, sed etiamnū quod lēritudo resideat, quum euaporari non possit. lentum enim hoc pinguius existit, vnde pingue sub cutis operimento visitur, quasi cutis ex eiusmodi lenitate consistat, pingue enim lentitatis non nihil obtinet. At vt in vniuersum dixerim, omnia hæc partim necessario, partim alicuius gratia talia exinde facta molitaque; esse asserendum est. Deinceps verò nouem dierum spacio superior moles per generationem digeritur atque; distinguitur, inferior tempore procedente incremē-

*Distinctio
formatio
tus.*

tum recipit. Primum proinde caput ab humeris diducitur, & brachia & cubiti à lateribus, & ab inuicem crura disijciuntur. Colligationes articularum iuncturis committuntur. Os, nares eminentiores, quas subdolę irrisioni noui mores dicauere, aures proprijs foraminibus carne extuberant. Ocelli pars corporis preciosissima, & qui lucis visu viram à lero interstinguant, sincero succo prægrandes replentur: quos vbi nascētibibus nigros peroptaueris, fornicem prægnanti mandendum dabis. Frons tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, feueritatis in eius assensu index. Supercilia et pariter & alternè vibrantia, quæ nihilominus nobis (quanquã per id tempus glabra adhuc) eatenus supercilia appellare liceat, quatenus eo loci superciliorum pubes breui admodum nascitura est. Genæ oculorum munimenta: hinc hominibus nictationes. Cilia extremi superiorum genarum ambitus. Malæ infra oculos, pudoris sedes: quando quidem inibi vel maximè suffusus rubor præmōstretur: has genas etiamnū antiqui vocauerunt. Buccæ infra eas hilaritates risumque; penitus pandentes. Riētus, labra, mentumque; membratim, singula sine sine disterminantur, in apertoque; effigiata prodeunt. Mox collum, humeri, iugulus, scapulae,

*Formatio
nis tempus*

læ, pectus in quo mammæ, alæ, latera, spina, dorſa, venter, hypochondria ſub cartilagiæue, lumbi, vmbilicus, abdomē, aqualiculus, colago, ilia, coxę, nates, conſpicua protinus viſuntur. Genitalia manifeſtantur membra, femora, crura, ſuræ: poſtremo manus pedesq; ac extrema quæq; in lucem prodeunt, quū prius deliteſcerent. Attamen quibuſdam adhuc per tempus id triſtius membra hæc prorfus interſtincta comparēt, quæ nõ minus dierum quatuor tractu apertiſſimè cõprehenduntur. Quocirca medios quosdã ex ſuperioribus numeros colligentes, quadraginta & quinq; dierum numerus (puerperij aſformationis longiſſimus terminus ſecundum medicorum decreta) exurgit. Nam ſolibus ſex ſpumificationi, quatuor lineationi, octo lineationis repletioni, quatuor & decem carnificationi, decem & tribus aſformationi attributis, quadragintaquinque dierum numerus conſtat. Minimũ verò numerus triginta dierum ſpaciũ eſt. Quoniam ſoles ſex ſpumificationis, duo lineationis, quatuor lineationis repletionis, nouem carnificationis, totidemq; aſformationis, nec pauciores eſſe queant, ſunt. At de mare puerperio loquuti, ita termini omnium fermè conſenſu diſpoſiti ſint. Quãdo alioquin

Formatio-
nis tempus

A de ſœmella ſentiendũ ſit, quippe quæ longiorib. (vt inter omnes conuenit) temporum impendijs abſoluatur. decem nãque dierum ſpaciũ (quanquã & maturiũ plerunque veluti quinum dierũ tractu fabricari illuſtres autores obſeruauere) vltra maris ſpacia, ad ſui aſformationem exigat atq; expoſtulat. Cuius etiamnum per tempus id figura poſt abortum in humido haud quaquã permanet. Sed ilicò ocyſimeq; planè diſſoluitur. Contrã mas eo quo diximus tempore, ſi in aquam frigidam diſſunditur, in membranula cogitur conſiſtitque, qua dirupta partus ipſe maiuſculæ formicæ magnitudinem præ ſe ferens viſitur: & membra iam inde diſcreta tum cætera omnia, tum genitalia conſtant. Quare quum fœtus in vtero formatur, ſœmina mare longè tardius perfectionem quarumcunq; partium adeptæ eſt. Atqui ſæpius vndecimum menſem cõtrã quàm mas protrahi proditum eſt. Sed quum in lucẽ prodierit, ſœmina ocyus quàm mas (vtpote quæ defectio quædam ſit, quando quidẽ fœmineus ſexu quaſi naturalis læſio ac detrimentũ exiſtimãdus eſt) & accreſcit, & etate floret ac viget, demumq; ſeneſcit. Sunt enim fœminæ ſuapte natura ſuoq; nutu debiliores, vitioreſ ac denique algidior-

Fœminæ

res. Intus igitur præ suo algore seriùs discernuntur: quoniam discretio hæc concoctio est: calor autè est, qui apprimè cõcoquit, & quod calidius est, id cõcoctu nimirum facilius extat. Ad foris ob sui lâguorem debilitatémue ocysimè ad ætatis vigorem & senectam deueniunt. Etenim minora omnia, vt etiamnum in artis operibus, sic in naturæ, citiùs optatum finè attingunt. Cæterum quò nihil instituto operi desit, noscèntes tantum meminerint partuum sancitas ab antiquis, quorum semper cura fertior, industria felicior, affirmationes à nobis interim dici. Nec eos deterreat interturbetq; quòd Straton peripateticus & Diocles Carystius de hac ipsa re alio quàm asseruimò modo senserint. Quippe quum concepti corporis fabricam per septenos dies (ad Platoniam septenarij maiestatem alludentes) hac obseruatione dispensent: vt hebdomade prima, genituris intra inchoandi hominis monetam locatis, genitiuum humori folliculum, artifex natura primū circunder. Secunda crebras extimam conceptabuli superficiem cruoris guttas passim gestare putant. Tertia hebdomade deforis introrsum verti eas, demergi q;. Quarta humorem ipsum ita coagulari, vt inter carnem & sanguinem liquida

A adhuc soliditate concretioneq; conueniat. Quinta (partu mense septimo maturaturo) in humoris substantiam humanam, magnitudine quidem apis (ita tamen vt in illa breuitate & vniuersa membra & designata totius corporis liniamenta consistant) figuram integrè confingi. At si nono à conceptu mense absolutio futura sit: siquidè scemina fabricatum itur, sexta hebdomade mēbra diuidi, sin masculus septima, arbitrat. Ergò hercule ij neq; pductissimum à nobis præfixum affirmationis terminum, què quadraginta & quinq; diebus, quatuor plerunq; adiectis, nimirum constare proposuimus, quibus septimā hebdomadem planè cõflare affurgereq;, cuique liquet. Neq; breuissimum (quamquam quinta hebdomas ab ijs minimus terminus tradatur) pessundāt interimuntue: quādo quidè haud perpetuò profligata hebdomade affirmari cõtenderint. Sed & quum iam media esse ceperit, id ipsum cumulatissimè factitatum iri, neq; inficiantur, neq; per quā exigua nictatione abnuant.

Ex quo euenit, vt trigesimo quoq; sole hominem fingi rerū natura, vel secundum horum monita aptissimè patiat. At miror equidem eos non modò credidisse in vtero scemellam paulò ocys mare effingi: verū etiam

etiam prodidisse, quod quan-
uis vanum nec sine contactio-
ne proferendū existimauerim,
ne in hisce quisq; anxie ambi-
gat, attingere tñ quicquid tan-
ti viri in doctrina non spreue-
rint, quàm horum omnium
ignorationis suspicione subi-
re, maluimus. Porro quæ huius
figmenti origo fuerit, & qui-
bus initijs hæc in illis opinio
vsq; adeo exolenerit exarserit-
que, penitus quemq; præterire
reor, præsertim illustrium pri-
scorū Peripatericorumq; prin-
cipium rationibus (quas quo-
damtenus retulimus) contrari-
um prorsus commōstrantibus.

Quorum decreta post quàm in
summa (vt fas est) autoritate, et
esse & haberi cœpère, illorum
masculi septima hebdomade
fabricè, fœminæ verò sexta, per
inde atq; puerilium deliramē
torum commenta confestim
pessum ière absoluerēq;. Nec
dū tamen, quoties quinta heb-
domade ista membrorum desi-
gnatio fingitur, mēse septimo:
quoties verò sexta vel septi-
ma, nono mēse partum matu-
rari satis constare in apertoq;
esse volumus: quod sanè mu-
nus quum mēbratim historia
decurret nobis scrutandū
pēsiculandumq; re-
linquimus.

A 1 QVO TEMPORE ANI-
ma corpori infundatur. 2 A quo
creatur. 3 Immortalis ne, & an unæ
omnibus sit. 4 Cur nouæ indies a-
nimæ creentur. 5 Quo nam modo
ad concumbentium libidinem momen-
tis singulis, & qua cæli parte procre-
tur, quæue in corpus descendat, qua e-
tiamnum corporis parte ingrediatur.
6 Quo pacto animæ conueniat, mo-
dò in terras descendere modò ascende-
re. Curq; si cælestes sunt, inuitæ à terris
discedunt. 7 Cur defunctorum animæ
non redeunt. Et nunquid in corpora
nostra quicquã agant? 8 Quo tempo-
re infans in utero moueri, quo sen-
tire incipiat, quo usu enutria-
tur, increscatq;.

C A P V T . I I I .

SEd iam cælestibus hinc au-
spicijs, ad cæleste illud, quo
hoc ipsum sumus quod i-
psi sumus, an fortè verius dixe-
rim, quod ipsi propriè sumus,
feliciter accedamus. Id autem
rationalis ex diuino intellectu
consistens anima est, cuius pro-
fectò originem de cælo mana-
re apud eos, qui vera nouerint,
indubitata esse sententiæ per-
spicuum est. Proinde huic solâ
eâ dū corpore vtitur perfectam
beatamq; esse sapientiã cōstar,
vt natalis sui principia penitifi-
simaq; exordia ac prima respici-
ciēs, nec se quæritans extrâ, vn-
de orta sit, de quo tam vbere
prodierit fonte prorsus reco-
gnoscat. Hinc ea Delphici ora-

culi ad beatitudinē quo itinere perueniret cōsultenti sanctissima vox: Cognosce teipsum. Quo quid præstantius, quid felicius, quid denique animulæ hoc in teterrimo carcere beatus esse queat, non facile quis expresserit: quandoquidē hoc ipso duntaxat, quadam quasi humanorum fuga solis sese diuinis inferat, sola hæc, tanquā nihil sit aliud intueatur, ac quo ad licuerit incognoscat. Tenas cupiditates nō reprimat modò, at penitus obliuiscatur, succedere nec sciat nec queat: ac demùm ita se supernæ & diuinæ menti societ, vti perpetuum cum ea, imitando, tædus constantissimè asseruet. Quas nempe solas deferati, & ab omni huiusce mundi aspergine pressæ pureque deterfi animi virtutes (vt pote quæ non plūbo inherentes statuas, nec crescentibus triumphos laureis, at stabiliora quædam impendioque viridiora atque cultiora præmiorum genera nemine diffidente desiderent) beatū facere quem præterit? Quomodo & alia quempiam via (modò ne vana admodum auri adulatione nactum) nomenclaturam hæc ex æquo adipisci, fieri quī potest? Is sanè in cælum in eorumque cœtum qui iam vixerint, & corpore laxati splēdidissimo candore elucentem Galaxiam incolant, latissimā

A cuius iure optimo viam præparari, ratio in medio constituta efflittim suadet. siquidem animæ quibus incubuissent virtutibus, post corpus euectæ, quum nec corporea, puro virtutum fragrantissimoq; fomite penitus irrigatæ, eluione rentur, atq; sordescerent: nec cælestem, quam perperim respectu cogitationibusq;, dum vel adhuc corporibus tenerentur penè possederant, vnquam descenderant, faustissimè reportantur. Hinc profectæ, huc quod ne dum reliquerant, habitaculum reposcentes, facile reuertuntur. Inde in corpora labuntur. ijs illo, quæ promeretur redditio est. O terq; quaterque beatæ. Cæterum quo tempore hæc corpori infundatur, variæ opiniones extiterunt. Nos eam sequemur, quam veram magis esse arbitramur. Itaque postquā in mulieris vtero ipsa feminalia recrementa, & quod à viri corpore antè defluserat, affirmatricemque vim secum ab viri anima traxerat, & quod à muliere, à cuius anima adæque vim eandem hauserat, per has ipsas vires diebus circiter quinque; & quadraginta, sic sunt affecta, vt sex primis diebus lac euaserint, mox tribus ab ijs lineata: sequentibus sex continuo sanguis: duodecim alijs caro informis. Bis nouem reliquis figurata. Quibus tamè plerunq;

Anima
tio à I

Quo tempo-
re anima cor-
pori infundatur.

Origine
Augu

runq; adduntur subtrahuntur-
que soles. Tunc anima rationa-
lis à sublimi Deo creatur, crea-
taq; infunditur. Exindeq; cor-
pus in omnib. officiorum fun-
ctionib. suis, anima hac guber-
natur ac regitur. Nec obstat
quod ante cōpletam hāc affor-
mationem fœtus animæ fun-
ctionibus, tum quia alebatur
augebaturq; tum quia præsen-
tiscebat, perfrui visus est. Quā-
do quidem operatiōes hęc, quę
ante cæterorum membrorum
concreationem, animæ cuius-
piam cordi infidentis esse vi-
debantur, nō ab anima quapi-
am, at à formatrice vi, spirituq;
gignitio proderint. Sed qua-
lis nam obsecro isthęc animæ
creatio? an à Deo qui omnium,
quęq; sunt, quęq; esse viden-
tur, & princeps, & prima ori-
go & est, & vocitatur sine me-
dio: an fortassis vt Plotinus, &
Proculus, alijq; Platonicorum
nōnulli ab angelo cōcreari ar-
bitrandum. Nobis herclè Dio-
nyssium Areopagitam, Orige-
nem & Aurelium Augustinum
præcellentes Platonicos, ani-
mam à Deo vnico procreari ra-
tos, ea nimirum ratione fretos
magis sequi libuit. Quoniam
anima ex nihilo fit, non enim
quū simplex fit, ex rebus vllis
prius existentibus procul posi-
tis, deinde in vnū coactis gene-
rari quiuir: hoc siquidē ex plu-
ribus partib. cōponi, non parti

A bus carere apertissimè esset fa-
teri. Neq; ex materię viscerib.
fomiteq; prius informi, subin-
de afformato, quippe quæ su-
pra materiam fit, eruitur: quare
ex nihilo fieri annuere cogi-
mur. At post nihilum è vestigio
iplum simplex & absolutū esse
sequitur, qđ esse Dei propriū
est cunctis tribuere. Quando-
quidem quod naturæ alicuius
particeps euadit, eā ipsam na-
turam absolutam producere
nequeat: quia quod tale ali-
quid secundum participatio-
nē existit, id quod absolutè ta-
le est, sequi operæ precium est:
imò etiā sit per illud, quicquid
iplum est: quia si hoc illud gi-
gneret, certè quod est posteri-
us, & rem seipso priorem, & sui
ipsius causam, quinimò & se-
ipsū cōcrearet. Quoniā aut quā-
tum ad essendi naturā attinet,
quicquid sub Deo est ipsius es-
se particeps & creditur, & est:
sequitur vt res nulla Deo subie-
ta, ipsum esse producere vale-
at. Quo fit, vt anima à Deo non
etiā ab angelo procreetur. Sed
forsitan adhuc quispiam ambi-
get, animam à Deo inquiring
ceu opifice primo, primi etiam
num Platonicici creati cōsense-
rūt: proindeq; angelum huius-
ce instrumentum creationis es-
se cōcedūt. Etenim opinio hęc
ideo absurda censetur, quoniā
instrumēto natura hęc inest, vt
ipsum ab alio motum, moueat

Animæ crea-
tio à Deo

em-
po-
na cor-
funda

Origenes.
Augustinus.

Obiectio

aliud, subiectū aliquod afficiat, formaq; principalis agētis per tēporis interuallū in subiectū traducat: at creatio neq; subiectum exigit, neq; motu, neque temporum impendijs absoluitur. Rursus quum inter nihil & ipsum esse infinitam (tum quia in nihilo nulla ad esse ipsum proportio est, tum quia hac maior distantia vlla aut excogitari nequit) distantiam esse conspicuum sit: quam sanè & proportione & sine carentem, vna ea vis quæ nullā ad alias vires proportionem obtineat, quæq; sine careat, transcēdere possit: creationis profectò opus immensam exposcere virtutem constare putandum est. Quid autem absurdius, quā ad id exequendum, vim (quæ in Deo immensa est) in angelo (cuius natura terminata sit) prius terminari, exinde verò opus illud quod ad immensam spectat virtutem, peragi? Quare à summo sine medio animula Deo & procreatum itura est, & procreatū itur. Hinc barbarum quendam Dinantem, Manichæosq; ride re licebit, qui Dei portiones quasdam, animas nostras vel Deum ipsum esse crediderint. Quandoquidē neq; Deus possit, aut in multas discerpi animas, summa ac simplicissima vnitate diuidi nequeunte, aut plurium animarum materiam fieri, ne animab. vilior euadat,

A néue subiecti vicem primus actus gerat. Deinceps verò nō ab re fuerit an ea ipsa mortis immunis sit addubitare. Animam certè mortis neutiquā pacem esse testimonio sit, quoniam ex se mouetur: quod ex se mouetur, semper mouetur: quod autē semper mouetur immortale est, anima igitur mortis expers euadet. Ad apud eum animæ immortalitas, qui eam ex se moueri non refellerit, hac ratiocinatione constare poterit: cui quidem Platoniorum pariter atque Stoicorum assensio accedit. E diuerso Aristotelis sententia est, qui ad eò non acquiescit vt animam non solū ex se haud moueri, sed ne moueri quidem penitus asserere et rationibus monstrare conetur: contra quas, Platonis sectatores incœptum quo tam validā præceptoris finitionem saucia tentauerat, subruentes sese accinxerint. Etenim me tam mei immemorem, aut ita animatum, quo vel Aristoteli ex ingenio meo penitus resistere vel Platoni adesse putem, nemo quisquā arbitretur: interim tamen nostra, sectæ vtriusq; ad id communem rationem afferre, interest, Animam per intellectum totam, in naturā suam totam, quando querit, inuenit consideratq; se ipsam, per voluntatem in eandem sese affectando, sese amando, remeare inclinet.

*Anima im-
mortalis.*

ret.

ret. Quin etiam & per intellectum in intelligendi actum, cum se intelligere deprehendit per voluntatem in voluntatis actum, volente se quicquam velle, reuoluitur: quod autem ita in se per operationem conuertitur, & per essentiam reflecti (quando non minus cuiuspiam substantia ab corporis eluueiq; operatio immunis habeatur) quid prohibet? Quo verò cuiusvis rei conuersio fit, illinc & perfectio: igitur quæ in se vertitur anima, ex se est. Ex se inquam triplici præcipuè ratione. Secundum formam primò, quia per aliam formam non formatur: alioquin nõ ad se, sed ad illam recurreret. Secundum fundamentum deinde, quia nõ sustinetur ab alio: non enim innititur alteri forma ea, quæ sibi innititur, quando ad se ipsam adnititur. Postremò secundum simplicitatè, quia ex partibus haud constat. Nam quo pacto ea partium superficie forma explicatur, quæ in suum centrum penitus replicatur. quod autem ita per se est, semper esse quis hiscat? quãdoquidè quod esse desinit: aut quia à formatrice causa derelictum, aut à fundamento desertum, aut in partes dissolutum ideò desinit. Id verò quod in se ipsum reuoluitur refluitque: quia sui forma, à formatrice causa non relinquatur, quia in se ipso manet: à fun-

damento nunquam deseritur, quia indiuiduum in partes haud quaquam dissolui potest. An præterea vna omnibus hominibus, an multiplex sit dubitatio nem non mediocrè habet. Multiplex profectò hominis rationalis anima in multis corporibus fit, quod ex hominum opinionibus affectibusq; contradictorijs liquidò compertum esse potest. Etenim tanto contradictoria inuicem magis quàm contraria aduersantur, quãto inter esse atq; non esse, quàm inter esse tale atq; tale, pugnantia maior extat. Et ob eam rem, si in subiectum idem contraria congregari nequeant, longè minùs contradictoria id posse existimandum. Hinc vsu euenit vt nostrum quisque in se ipso planè experietur, mentem suam haud vnquam rem vnã vnã affirmare prorsus atque negare, velle penitus ac nolle. At in diuersis hominibus eidè rei simul assentiri, & dissentiri, velle & nolle, gaudere simul & dolere, obuium atque inuentum facillimum est, quare non eadem anima hinc & ibi, quando & non mens eadè. Cæterum si vna esset, quoties eandem rem duo intelligerèt, toties absurda sequerètur. Esto enim quod phantasia tua aurum excogitet, mea quoq; aurum: percontabimur, an vnã in vtriusq; nostrum speciem, vnãq; auri intelligentiã capiat: an spe

An vna omnibus anima.
Obiectio.

cies geminas, geminasq; intelligētiās: an potius speciē vnā, intelligentiās binas: an è diuerso sese res habeat. Diuisionis pars prima ea ratione refellitur: quoniam mente eodem intelligendi apud te, nunc & apud me, aurum concipiente, desineret quidem, ea vna mens pariter apud me aurum considerare, quum primum id ipsum apud te deprehendere desierit, cuius contrarium in confesso est. Accedit ad hæc, quòd momento eodem, vna illa mens, vna specie, vnoq; intelligendi actu, de auro vno, adeò se cum ipsa dissentit, vt apud me aurum, & spernendum diiudicet & aspernetur: in te verò preciosum adiudicet & affectet. Tanta in iudicijs & affectib. ab vno, quatenus vnū est, principio p̄dire repugnātia nequit.

Quamobrem, cum neq; intelligentiæ neq; speciei, longè minus simulachrorum diuersitate, vtpote quæ in intelligentijs prius, priusq; in speciebus quā in iudicijs & affectibus differentiam pareret, euariatio cōsisteret: ob id cum illæ desierint, & hæc ipsas deesse, ecquis ibit inficias? Confugies ad hoc, vt à duobus illis simulachris, vnā quidem in mēte speciē proficisci, atque hanc eatenus geminas ad discrepātes terminos intelligentiās directas parere annuas tibiq; cōsingas. At quis

A adeò mentis expers dixerit imaginum variantiam speciebus, quā intelligentijs propiorē (quippe quæ illis citima sit) intelligentiās quidem differentes, species verò minimè diuersas moliri? Nec defuere, qui à geminis auri simulachris, geminas quoq; menti species tribui asserere audeant. Quod idè aures percellit, quoniam si simulachrorum conuariatio tantam, quæ in speciebus diuersitate parere suppetat, vim obtinet, quando tamen hæc diuersis substātijs hæserint, quātò magis è specierum differentia, differentiarum intelligentiās, quippe quæ eidem mentis essentiæ cohæreant, proficisci concedi par est. Quin etiam nū sciscitantibus nobis responsuri sunt, an alterutra species seorsum ab altera, intelligentiam gignere queat nec ne? Si nequit mens rem quampiam, ni illius imagines in ipsa geminentur cernere, minimè compos erit, quarum proculdubio altera superflua censenda est. Si potest vtraque, actum suum exercet, geminiq; à geminis speciebus intelligēdi actus cōcreabuntur, non igitur à geminis vnus. Non etiam defunctos arbitror, qui à binis imaginib. binas auri intelligibiles formas, exindeq; binas intelligentiās fieri confiteantur. At nos percontabimur, an se ipsis species

cies eę abscedat (quod fieri nequit, alioquin eas specie discrepare fateantur, necesse esse) an per subiectum in quo sunt (Minimè gèrium, quandoquidem vnicum esse contédant) an per aliquid peregrinũ: haud quaquã. nihil enim aliud hoc esse posset, quàm vel ad auri imagines, vel ad ipsam auri rationẽ, aspectus. Profectò attinente ad auri rationem aspectu, utpote quæ vna sit, non distabunt: minus multo ad auri simulachra respectu: si quidem eatenus forma intelligentiæ cõferre, quatenus simulachrorũ aspectu absoluitur inter omnes conuenit. Age imagines formæ illæ respiciant aspectuq; dissentiant, aut aspectibus aspectus adijciendi sunt, atq; de posteriorib. æquè ac de prioribus litigandũ: aut certè in geminis, mentes geminare operæ precium est. Diutius fortassis quã decuerit cum ijs de mète differuimus, qui mète se priuant, quãdo eam ab humana mente segregant, quæ nihilominus vsq; ad eò illi familiaris extitit, ut neq; nos mentè sine mète adsciscere valeamus, neq; illi mentem sine mète respuere. Porro ijs non Mauros solum, qui vnã omnium animam crediderint: verum etiãnum Auerroicam mentem confutasse multiplicem in multis commonstrãntes arbitramur. Talis quanquã ex sua (per quã

A vna est) specie non euadit. At ex Deo animarum corporumque conciliatore, non quia in corpore diuisa, non quia ex materia uti corpus constet, non quia ex corpore ortum traxerit, vnde igitur? Nisi quia diuina volũtate corporis comes fit: quãdoquidẽ Deus simul initiũ (haud tamen principium) idẽ vtrisque præbeat, ob id neque naturam eandem, neque exitum similem. At initium ut antea diximus idem, & ob eam rem numerum eundem tradidit. quo fit, ut animę affectus ad corporis naturam (quia initiũ comitatur corporis) augeantur. Verum cur nouæ quotidie animæ à Deo creantur? Nune constructo mundo cunctas simul animas, quemadmodum cunctos in mũdi exordio procreauit angelos creare quiuisset? Id ita effectum, quia alioquin Deum agere dedecebat, censemus? Nam si diu à corporum vinclis (quippe quæ ingenuè quanto præciosior sit vita soluta, quã corporeæ indigestæq; moli iuncta iudicassent) solutę vixissent: corpora neutiquã (quatenus intellectuales sunt) vnquam ingredi voluissent. Neque enim Deus vel angelus liberam animæ voluntatem cogere volunt: neq; secus quàm persuasione mens mouetur. Quũ igitur nõ simul, sed p successiões atq; vicissitudines

*Cur nouæ
quotidie ani-
mæ creantur.*

corpora in terris eius nutu generetur, hinc Deus in dies animas parit. Quinimò id ipsum rationi etiamnum consonat. ut sicut sphaerarum animi seu Angeli per temporum moras ante sphaeras proprias concreati haud extitère: sic quoq; nec animæ nostræ ante propria vehicula. Quamobrem & si cum corpore non desinant, cum corpore saltem incipiunt. Adde quod Deus perpetuò Angelos illuminat. quare sicut superiores formare mentes nunquam desinit, ita infimas mentes creare haud cessat: perpetuam illic formationem molitur, hic assiduam creationem. Decet imensam Dei potentiam: de-

Obiectio.

Deniq; quum animæ multæ sint, corporibusq; incipiant scrupulus restat, quo nam pacto Deo ad concumbentium libidinem, momentis singulis, singulas animas procreare cõueniat. Minimè malum concubitus (utpote qui ad bonum suoapte ingenio institutus sit) sed moderationis in concumbentium animis defectus, malum cõsetur: ex quo generatio-

A nem proficisci, ecquis excors crederet? At ex corporis concubitu omnium consensu generationem fieri dilucidè constat: cui generationi sublimis Deus non ad coëuntium libidinem, sed præscriptam providentiæ legem, quæ & numerum, & tempora concumbentium ab rerũ initio videt, in ævo animas distribuit. Qua insuper cæli parte (quippe quæ à Deo cælicolæ sint) animulæ eæ procreantur? Furor profectò, furor est, in ijs quæ cùm indiuisibilia atq; materiæ prorsus immunia sint (qualis rationalis anima cõfenda est) nullo situ clauduntur, situm quærere. Nam sicut ubi-
B cunq; sol fulget, ibi & radij mittuntur: sic ubi cunq; Deus adest, animus mittitur atq; creatur. At quamam cæli parte in corpus descendit? Porro quũ Deus extra locum, loco omnĩ adsit, atq; insuper anima minimè loco claudatur, momentoq; creetur & adsit, neq; eam propriè descendere dicendum est, neque qua parte descendat percontandum. Sed nobis tantisper vna cum priscis confabulari liceat. Igitur si Platonice credimus, Cæcro præcipuè descendere, vicissimq; per Capricornum Cancro oppositum ascendere arbitrandum. Atq; ob id illam hominum, hanc Deorum ædem appellitant. Nam ter quaternis vniuerso elemen-

Qua cæli parte anime procreantur & descendunt, & rursum ascendunt.

tis

r s diducto, tercioque eorundē
 quaternario ordine præpos-
 tero (terram vltimam constituen-
 te) ad nos conuerso, atque cæ-
 teris in medium redactis, in
 terram, tam ima quàm sum-
 ma postremitate desinente,
 Martia sphaera ignis, aer Io-
 uis, Saturni aqua, cælum verò
 (quod & aplanes vocitetur) ter-
 ra habeatur operæ precium est:
 in qua Elifios puris animis de-
 putatos fore campos, antiqui-
 tas posteris intelligendum reli-
 quit. Hinc Pythagoras primùm
 nascentibus lactis alitum offer-
 ri ratus est, quòd primus eis mo-
 tus à lacteo orbe in huiusce vi-
 tæ inferna delabētib. inchoet.
 Hic Zodiacum Cancro Capri-
 cornoque tropicis signis inter-
 festus ambiendo cõplectitur.
 Quo sanè Cancer lacteusque
 sese contingunt, anima descen-
 dens tereti (quæ sola diuina
 est) in conum defluendo, for-
 ma, producitur haud secus quã
 à puncto linea suboritur: ex pũ-
 cto enim suo quod est monas,
 in diadem, quæ prima sit detra-
 ctio pertendit. Ob id nimirum
 essentiam hanc & indiuiduam
 & diuidua Thimeus non iniu-
 ria expressit. Quoniam si diui-
 næ eius naturæ simplicitas co-
 giteretur, diuisionis cuiusuis igna-
 ra reperietur: sin per corporis
 membra diffusa, diuisionis ob-
 noxia deprehenditur. Nec e-
 quidem de nihilo, aut de vana

A adulatione veniebat (vt mea
 fert opinio) quòd prisci descē-
 suræ animæ ac trepidanti, no-
 uam ebrietatem, ebrietatisque
 comitem obliuionem, in regio-
 ne quæ inter Cancrum & Leo-
 nem extat (sydereo illo Liberi
 patris cratere illic locato, in-
 fluēte sylua, indicante) obrepe-
 re fabulosè confinxerint: quan-
 do Theologi quoque animam
 cùm ad corpus prima sui per-
 ductione trahitur, ingruentem
 sibi hylem nouumq; materia-
 lis alluuiionis potum (nò qui-
 dem purissima parte, quæ ne-
 ctar Deorumue potus esse fer-
 tur, sed turbidiorē, quã anima-
 rum potum lethæumque flu-
 uium veteres vocitauere deli-
 butam) illic primum periclitari,
 diuinarumq; rerum, quarum
 quum in cælo erat cõscia, illic
 primùm obliuisci, proculdubio
 suspicati sint. Atque idē cùm
 à simplici indiuiduoque natu-
 ræ fonte, per ædem hanc ad ter-
 renum corpus, caducam regio-
 nem, mortalitatisq; sedē (quæ
 vita vulgò existimatur) detru-
 ditur, eam mori, quod non ex-
 tingui, sed ad tempus obrui in-
 telligi volunt. Quum verò ani-
 ma morte sursum accersita ab-
 soluitur, atque ad veras naturę
 diuitias, ad propriamq; liberta-
 tem per Capricornũ reuertitur,
 vitæ non nisi à sapientib. depre-
 hensæ, cæteris eam mortem fal-
 sò opinantibus, faustè restitui,
 B b

cæli
 anime
 ceantur
 descen-
 sur-
 tendūt.

Andarvis.

prodidere. Ex quo iure euenit, vt hanc Deorum, hominum ædem illam, cognominent. Eadem solis etiam nū portas Phisici eatenus nuncuparunt, quatenus in vtraq; solstitio occurrente, solis vltior accessio inhibetur, per quas profectò de cælo in terras meare, & de terris rursus in cælū remeare (vt retulimus) animulæ facillè creduntur. At tamen falluntur, qui hic secundum situm, ascensum descensum ite intelligunt: at quoniam Luna Cancrī domina generationi proxima est: Saturnus contra, Capricorni dominus remotissimus: hinc per Cancrum, id est, lunarem vegetalem sensualemq; instinctum, animas descendere opinantur: per Capricornum verò, hoc est, per Saturnum, intellectualēq; institutum ascendere aiunt. Etenim Saturnum prisca mentē, qua sola superiora peritur, nūcuparūt. Accedit ad hæc, quòd Capricorno Saturnoq; arida vis est, qua dum spiritus ad intima contrahunt atq; colligunt, ad contemplandū assiduè prouocant ac illiciunt. Contra lunaris humor spargit atq; dilatat, & animulas circa sensilia distrahit. His itaq; rationibus per Capricornum animas ascendere, per Cancrū descendere non immeritò autumant. Insuper quum corpori infundatur quæ illius parte ingreditur? Dei ius-

Quæ corpore parte animæ ingreditur.

A fu hæc ipsa in medium cordis punctum (quod est corporis cætrum) sano intellectu primum infunditur. Exinde per vniuersa corporis membra, calore, spiritacea substantia, succis sese diffundit. Quòd si egrotatiõe media hæc soluantur, extemplò se, vt ita dixerim, colligit, atq; vnde primum effluerat, in cor refluit. Cordis calore, quod proprium illius vehiculum censeatur, oblitterato, cor ipsum tandem deserit: non secus quàm oculo clauso solis lumen quod illi influxerat, integrum effluit, quod non etiam euanescit aboleturq;: sed suum perpetuò solè sequitur. Quo autem pacto animo sempiterno conueniens sit, vt modò descendat in corpus, modò ab illo abscedat ascendatq;: & quorsum ludus hic in tribuēda corpori vita & auferenda? Vitam corpori impartit eiq; includitur, vt singula incognoscat, vt singulares formæ cum vniuersalibus concilientur, vt cū radius diuinus, tum etiam eius formulæ in Deum reflectantur, vt anima sit beator, vt inferiores animæ vires ad effectum progrediantur, vt mūdus ornetur, vt sublimis Deus colatur. Eidem vitæ auferit, ne diutiùs à meliorib. propter viliorum operum ministeria, muneribus vacet. Atqui vt stellæ ad sibi à Deo iniunctam officij functionem explēdam, oculis

Quomodo animæ conueniens sit modò in corpus descendere, modò ascendere.

Cur anima inuita corporibus dunt.

oculis nostris modò moriùtur, modò occidunt: spiritus quoq; non parù multi, nouis alsidue corporib. fabricatis, oculis nostris modò sese obijciùt, modo sese subtrahunt. sic hominù animæ, aliàs in corporibus apparent, aliàs delitescunt, in cælosq; cælestes euolat. Sed cur si cælestes sunt à terris pariter atq; corporibus iam inuitæ discedunt? Primùm non omnes inuitæ, sed plurimæ sponte ac libentissimè decedunt: ob id apud Getas Thraciæ populos puerperia lugebantur, natiq; deflebantur: funera ex aduerso veluti sacra lusu cantuq; celebrabantur: noscentes & ipsos eam vitæ conditionem esse, vt mori plerunq; etiam optimi portus sit. Subticeo philosophos religiosos, milites & alios complures: subticeo Christianorum primitias: subticeo quòd non vniuersi emorientes lugent: lugent autem nascètes omnes, & quasi inuiti à lachrymis terrenum hoc iter tanquã exilium infeliciter auspicàtur. Demum in ijs qui mortem formidant horrentq;, non tota, vt ita dicam, anima expauescit: siquidem pars ea quæ abscedendo in melius pergit, non modò semel, haud in vita decedit, verù & quotidie sponte discedit: vnde Philosophis neutiquã terribilis mors, quinimò familiaris atq; illis domestica est, neq;

A qualis post obitum puri animi habitus futurus sit eos latet, quando talem fermè quotidie in summo contemplationis fastigio experiantur. Quid enim aliud per philosophiam agūt, nisi quòd animam ab corporis affectu rationemq; à sensib. ingenue seuocant. Quod totum, vt Platoni placuit mortis mediatio est, quãdoquidem mors, animæ à corpore liberatio sit, hinc præmijs futuræ conditionis perfectè ad integrumq; auspiciatis, aded ab interitus metu eorum cogitatio abest, vt ad moriendi desiderium promissæ beatitudinis cælestisq; habitaculi maiestate vltro ardentissimè animentur. At ea animæ pars quæ corpori duntaxat alendo atque tuèdo tributa est, inuita abit. Quoniam abeundo naturali quodam officio vacat, atque amicum suum deserit. Adde quòd plurimi cruciatum, qui in discessu sentitur magis, quàm discessum metuunt. Nonnulli suis operibus visionem non meruisse diuinam putant, ac propterea pœnam & mœstitiam vaticinantur & timent. Plerique huiusce vitæ blandimenta, quibus protinus ab initio (cupiditatum dulces insidias sub rationis iugo minime domantes) irriuntur, ægrè relinquunt, ac ided in discessu dolèt. Ex quo factù irur, vt animas, quas in se pnas cor-

Mors.

Cur anime
inuitæ à cor-
poribus disce-
dunt.

modo
e cõue-
sit mo-
corpus
adere,
ascen-

Cur non redeunt animæ.

poris vsus corporeæque pestes effecerint, atque in pecudes quodammodo ex hominibus reformauerint, pariter & corporis absolutionem perhorrescere, & quum necesse fuerit, nõ nisi indignatas cũ gemitu pelli sub umbras credi par sit. Cur non redeunt animæ? Redeunt sanè quàm plurimæ si priscis fidem adhibere cogamur. Argumento sunt, Gabinus, qui quum ceruice Sexti Pompeij iussu recisa, vixque coherente tota die in littore exanimis iacuerit, occiduo iam profligato tẽpore, atque in supremam tempestatẽ declinante, Pompeium, ex carisũe aliquem ad se ab inferis remissum, nonnullaq; renunciare iussum accedere, gemitu precibusq; exaggerata multitudine periit. Ex amicis pleriq; venere, multa is nunciauit, veritatis indicium reliquit, quod peractis mādatis protinus expiraturus esset. Idq; ita vt retulit euenit. Corfidius natu maior seclusa, quæ inter mortuos aut viderat aut audiuerat, applofis manibus concinuit. Seq; à fratre iam pridem extincto, quo in loco aurum nullo conficio defodisset demonstratum venisse, & alia pleraq; retulit. Mox expirauit, aurum vbi dixerat repertum est. Vnus è viginti viris agros diuidentib. Capuæ feretro elatus, pedibus domũ incolumis remeauit. Simile

A quid Aquini obtigisse proditur. Romæ quoque Corfidius matereræ cõsors funere locatus reuixit. Aniola Consularis in rogo vitæ restitutus fuit, flammaque prævalente rediuuius crematus. Identidẽ Lucio Lamia prætorio viro accidisse fertur. Nam & Celium Tuberonem prætura perfunctum, à rogo relatum fuisse fama est. Proindeque ijs atque innumeris alijs exemplis animas remeare antiquitas (fortè falsi conscia) sibi persuaserit. Ad eodẽ adhuc attonita verustas fuit, vt incredibilia etiam nõ dictu affirmaret. Platonicis sub alijs quidẽ figuris eas redire putant. Sed re vera quid opus est veteranum & emeritum militem ad pugna redire? neq; secundum naturã reditus est, quoniam omnes redirent, quod si cõtra naturam, stultum est reditum quærere. Nunquid in corpora nostra quæ animæ defunctorum agant? Nihil profectò rationem phãtasiamq; nostrã cogitationibus, visionibus, signis quotidie eas commouere inhihet: nos autẽ plerunq; vnde veniant ignorare, nõ vnquã id ipsum incognoscere solemus. Indicio est Arabs Auenzoar, qui à medico nuper defuncto, per somnum, optimum oculo suo ægrotanti præsidium accepisse exarauit. Plato eorum animas, qui occisi sunt, interfectores hostiliter insequi

An defunctorum animæ quicquam in corporib. uiuẽtib. agant.

Arabs. A.

Gemin
ni, por

sequi prodidit. Hinc fortè contingit, vt occisi hominis vulnus, iacente etiamnum cadauere, in eum qui vulnerauerat, si modò ille cominus vulnus ipsum inspexerit, sanguinè rursus eijciat, quod quidem Iudices vsq; in hodiernum diè obseruauère. Idq; exemplo duorum familiarium firmatur, qui cum Megeram aduētassent, alterq; ad cauponem, ad hospitiè alter diuertisset, huic in somnis ille (quippe cui interitus à caupone pararetur) vt subueniret, eum orare visus est. Qui primo nempe somno perterritus surrexit: dein quum se collegisset, idq; visum hec tē facièdum duxisset, recubuit. Tū dormienti illi idem rogare visus est, vt quoniam sibi viuo non subuenisset, suam saltem mortem haud inultam pateretur. Seq; à caupone interfectum, in plaustrum coniectum, atq; desuper sterfus iniectum denunciauit, vtq; manè ad portam adesset, priusquam plaustrum ex oppido exiret, petijt. Hic eo somno commonitus, manè bubulco ad portam præstò affuit, ac ex eo quid in plastro esset, quæsiuit. Ille perterritus fugam arripuit, mortuus erutus est, caupore patefacta, pœnas dedit. Ob hæc nimirum geminas somnijs portas, ex ebore falsis, è cornu veris deputatas esse verustas adstruxit. Nam vbi quiete som

A noue ab corporis functionibus paululum liberè introspectantis animæ aciem interiectum, nexuq; colligatis naturæ obductum velamen ad verum vsq; vel se ipsa, vel alia quauis anima duce, quadantenus admiserit, de cornu existimadum est: quippe cui fors ea sit, vt tenuatum visui quaq; versum peruiū sese obiectat. At vbi identidem obtutum quā mox repulerit, eburneum censetur: quando & huic ita corpus natura densatū sit, vti quantumlibet attenuatum nullo visu ad vltiora redente penetretur. Neque ab re est, quod Simonides quū ignotum quendam humauisset, haberetq; in animo nauem conscendere, ne id faceret ab eo quem humi dederat, moneari visus est, alioquin naufragio periturum: redijt Simonides, cæteri naufragio interempti fuère. Magnus hîc diuersisque refertus documentis locus obiter inuitaret, vtrum ne aliqua quiescētis animi præscita sint, quaq; ratione fiant, anfortuita (vt perquā multa) res fir? Et hercule si exemplis agatur, illic & paria fient. At quanquam id vnum à vino & à cibis proxima, atq; in redormitione irrita esse visa propè cōuenire palàm sit, cæterorum fortassis contrariam esse rationem, non eam inficias. Quandoquidem & per somni quietem & aliā quanuis

à corpore alienationē sensib. sopitis, phantasmatumq; nubibus expulsis, animum aut sua-
pre natura suiq; speculatione (quod Platonici facile dabitur) aut Demonum præsignatione, aut superiorum corporū impressione, aut diuinæ virtutis Angelorū ministerio illuminatione (quod recēiores Theologi indubiè asseuerabunt) ple-
raq; , futura quasi tūc illa in super-
nismuminib. præscripta oculata fide intueantur, vaticinari vel exijs apertissimè inclaret.

Socrates.

Tū quia Socrates à falsis in iudiciū accusatorib. tractus, futuram iudicibus primò pœnitentiam prædixerit, accusatoribus ruinam, ciuitati seditionē. Exindeq; suæ interneconis diem à nunime per quietem mōstratum præsignauerit. Tū etiam quia Theramenes in carcerem coniectus, venenumq; absorbens, Critiæ sibi aduersario citimā mortem vaticinatus fuerit, quæ vt renunciauerat, euenit. Quidā etiānum Rodius no-
uissimam vitam agens, sex æquales nōminauit, atque qui eorum primus, qui secundus, & qui deinceps vitam obiturus esset, prænunciauit. Itē Eudemio Cyprio graui admodū morbo laboranti in quiete, egregium facie iuuenem visum auspicantēq; eū breui reualiturū, paucisq; diebus tyrannum Phere Thessalię oppidi Alexā-

Theramenes

A drum aboliturum, atq; Eudemium ipsum quinquennio post domum rediturum, paulò post conualuisse illum, Tyrannum interceptum fuisse, Eudemium peractò quinquēnio mortem obiisse, prouidēq; eius animam in patriam remeasse Aristoteles prodidit. Sed & Calanus Indus iam iam spiritum emissurus ocysimam Alexandro regi necem auguratus est. Pherecides quoq; Syrus Ephesis diem obiens suam, contra Magnæseos victoriam vaticinatus est. Mille deniq; id genus vaticiniorū sunt, quæ ijs quidni miraculo esse possunt, quibus intellectū (vt pote corpori repugnantem) vltro corporalia, sponteq; sua dispicere abditum est. **B** Etenim intellectus tūc sincerè discernit claretq; maximè, vndeque sibi futurorum agnitionē asciuerit, neq; difficile, neque impossibile arbitrandum. Quā verò mens ipsa corpori aduerferetur, Xenocratis, Origenisq; testimonio, qui sibi quo libidinis incendia penitus exstinguerent, virilia exusserint, cuique palam fiet. Nec non & priscorū sacerdotum Magnæ matri Saturnoūe consecratorum, horū illi sese castrabant, ij se excarnificabant. Ceterum non ne & Christianorum primitiæ, adeò ijs impendio maiora horribiliaq; factitarunt, vt mundum nihil miratum aliud magis cō-

fer? Mitto in præsentia tanquã aliunde petendum explorandumq; , quod egredientes animas, genij demonesq; (quos sibi protinus ab electionis vsu, mores eligendo, interim vitæ duces elegerint) ad communẽ omnium iudicem cunctas ducunt. Sententia lata priores abeunt demones. Malasq; malus violentusq; dæmon trahit: bonas autem omnipotens & immensus Iupiter lætè atq; tranquillè perducit: eæ apud cælicolas cælites perenni gaudio tenentur, illæ apud inferos, vtpote quæ Lethæum fluium, Phlegethontem, Acherontem, Cocytum, Stygem, Vulturem immortale iecur tondentem, B Tatalum, Ixionem, Sisyphum, Phlegyam (quæ omnia illic fabulosa persuasio esse credidit) in semetipsis olim periclitatæ sint, irrevocabili quadam lege torquentur crucianturq; . Nec cum Platonicis hoc loco, eas aut proprium oberrare cadauer, aut noui corporis non humani tantummodo, sed & ferini quoq; , electo, moribus quos in animali libèter exercuerint congruo genere, habitaculum ambire: omniaq; tandiu perpeti malle, quandiu cælum (quod vel ignorando, vel dissimulando deseruerint) ingenuæ euadant, arbitrandum est. Quanta & hæc ipsa mystico quodã sensu sanctæ fidei dogmata effli-

A tim adoleant. Deinceps verò de motus tempore infantis differendum est. Mari quidem scemellæque promiscuum hoc atq; indiscretum est: vt si affirmationis tempori, eius duplũ adijciatur, ex ijs exurgente tempore, motus cõpotes euadent. verbi gratia. Triginta dierum spacio affirmatus (vt de vno quod exemplo suffecerit edisseramus) ijs sexaginta adiectis, nonaginta (tres constituentes mentes) soles consurgent, hoc ipso mouebitur tempore: & sic varijs pro affirmationis varietate temporum impedijs motus compos fiet. Partuum motionum tempora, vel imperitis, B facili atque indubitato modo ita monstrata sint. Verum quia intelligentibus plerunq; , quibusdam comprehendendis rebus (quippe quas ratio non satis attingat) non minus priscorum autoritates, quàm eorundem debilis vanaq; ratiocinatio, conferunt. Maximum hinc enarrationis nostræ patrociniũ ordiemur, quod Hippocrates quoq; , quum libro de pueri natura, puerulum dierũ triginta tractu, scemellam quadraginta & duobus confingi & pronunciauerit & sanxerit: huic quidem quartum sui motus mensem, illi verò tertium præsignauit. Vnde ter triginta replicata tertium afflare mensem: ter autem duo & quadra-

Quo tempore infans mouetur.

ginta, quartum paulòue plus, neminè (modò ne excors) præterit: quæ singula nostræ illi computationi (imò verò peritiorum) magnopere quadrant. Nam etsi fabricationis temporis triplicitati puerperij motio nem attribuimus, non tamen in ipsis (quod dixi) temporum articulis: at assiduè paucis pòst diebus (quibus seriùs) interdù antè (quibus præcox) id ipsum euenire còtenderim. Quod apud Hippocratem ita esse haud dubiè in confesso est. Attamen nihil in ijs certi affirmare, nec meã ego in plerisq; eorum fidè obstringere ausim. Quin potiùs ad autores (qui de dubijs rogentur omnibus, modò ne tanto maiore eorum diligentia, vel cura vetustiore, eos sequi fastidio sit) relegabo: quandoquidem & mares circa quadragesimum solem, fœminas circiter nonagesimum moueri, complures diligentissimè exploratum habuère. Nemo etiamnum id paruum ac modicum existimauerit, autorem alioquin eruditissimù Macrobium Hippocratem septimo mense nascituris, septuaginta dierum spacio motù fieri annuentem cirasse. Halyabas autor grauisissimus partum & sexagesimo & septuagesimo octuagesimoq; sole, duplato duntaxat fabricationis tēpore, sese vibrasse testimonio est.

A Verùm autè (vt ingenuè fateamur) cuiusq; motionis tēpus, opus ingens occultumq; diuinitatis non extimo, vt pleraq; puberenus tactu visuiue, sed fœmineo internoq; prænosci potest: proindeq; quasdam adhuc summas tractauimus, plura mox & distinctius. Nunc enim quadam autorum omniù mixtura monita exhibentur, quoniam huiusce rei interpretatio nem mens egressa, legentium animos per omnes recessus, omniaq; latibula veluti manu ducere festinat. An eodem quo diximus tēpore duntaxat persentiscat. Antè sanè quã mouere (quanquã tristius atq; sensu hebeti admodum obtusoq;) infantem præsensisse (credibile nempe) proditum est: ob id quòd actio hæc incertioris partium dearticulationis, certioris illa indiga sit: hæc inualidius robur, validius illa exigit. Infans per umbilici annexù (vt antea retulimus) & alitur & augetur. Etenim umbilicum, què in putamine contentæ venæ complent, quasi radicem in vtero obtinet hoc ipso sanguineù, vtpote de quo vitam aptissimè mutuetur, alimentum haurit. Nam umbilicales venæ vndiq; laterum tenduntur, fissæque per minutissimas fibras vsquequaq; per vrerum sparguntur, ac passim disseminantur, et quæ eæ desinunt acerabula inchoantur

Quo tempore
re fœtus in
utero sentiat

choatur, in quæ, veluti in mammas, sanguinea alimonia à natura puerperio reponitur, quæ dū colligitur, sensimq; ex multis cōsistit, acetabula quasi corporis pustulæ turgent. Quare quandiu infans minor perstiterit, nec vberiore admodum alimentarij sanguinis copiam fugere quiverit, conspicua maioraq; visuntur: at eo aucto confidunt atque exolefcūt. Ad exitum proficiscēte longè minora (adeò vt obrutus aciem planè effugerint) subinde redduntur. Quo tandem perfecto postremò, antiquitate, cui nihil scire negatum, omniaq; figmentis velare licuit, commento Saturni laneo vinculo per annū

A alligati, ad diemq; sibi festum soluti præmonente oblitterantur abolenturq;. Cæterum per id tempus nono peracto mensē, partuque magnopere aucto, & fabrica propemodum cōcepti corporis absoluta, ad alendum & increscendum, eidem permanans ab vtero cibus minimè suppetit. Accedit ad hæc quòd quum sui impatiens effluendo sit, alieni appetēs hauriendo efficiatur oportet. Quare de cruento alimento, quod dulcissimum sit, trahit, pariter atq; de lacte pusillū exhaurit, donec in lucem edatur.

B

LIBRI II. FINIS.

DE MENSIBVS MVLIERVM, ET HOMINIS

GENERATIONE, IACOBI SYLVII ME-
dicæ rei apud Parisios interpretis Regij
commentarius.

*Denuò per Alexandrum Arnaudum di-
ligentiſſimè caſtigatus.*



EXCREMENTVM
animalibus viuipa-
ris aut inutile est, i-
demq; humidum ac

Lib. 9. meth.

*Generatiõis
principia.*

*Lib. 1. sanita-
tis tuendæ.*

*Lib. gene.
cap. 1.*

*Aris. sect. 4.
probl.*

*Sang. mēstru-
us unde.*

*Lib. gen. 2.
ca. 4. Aph.
39. lib. 5.*

ficcum, & quod addit Galenus
vaporosum: aut utile, etiam tri-
plex cum Galeno, sanguis men-
struus, fœmininum semen, &
masculinũ: tria hæc duo gene-
rationis ipsorũ primordia, po-
tius quàm tantũ duplex cum
Aristotele sanguinẽ menstruũ
& semen fœmininum rem vnã
affirmante. Est verò tam se-
men vtrunque quàm menstru-
us sanguis excrementum utile
& benignum alimenti vltimi
partium, illud spermaticarum,
hic sanguinearum. Semen nan-
que, & seminalis ipsa sangui-
nis portio omni ex parte cor-
poris secretio est. Venę item &
arteriæ alimẽto expletæ, quod
reliquum est præ frigiditate in-
coctũ in vterum transfundunt,
quo modo marisca quædam,

Aut alia sanguinis p̄fusio. Huc
pertinet quod scribit Galenus,
commune esse omnibus ani-
malis partib. humores aliquos
generantibus vtilis aut sibi-
ipsis, aut partibus alijs, aut ge-
neratiõĩ, aut fœtus nutritioni,
vt humores ipsi sint quædã ve-
lut superfluitates partiũ ipsos
generantium. Quantum enim
alimenti ab ipsis alterati fuerit
nutrito corpori exquisitè assi-
milatũ, est nutriens actu alimẽ-
tum: superfluũ verò derelictũ,
humor est partis naturæ simi-
lis, in ossibus quidẽ ros albus
cauernis contentus, in hepate
sanguis, in pulmonis carne hu-
mor spumeus, in articulis gluti-
nosus, in testib. & parastatis se-
men, in mamarum adenib. lac,
in lingua saliu. Quanquã pos-
sis ex eodem loco sanguinem
mēstruum, vt reliquum omnẽ,
hepatis & secundæ in eo co-
ctiõnis excrementum esse, non
tertiae

*Actu nutriens
alimentum.*

*Sang. men-
struus an se-
cũdæ coctiõ-
nis excremẽ-
tum.*

*Avi
Pra*

*Argu
libri.
le m
menst
boren*

*Fœmi
re fri*

*Lib.
cap. 1*

Auicenna.
Practici.

tertiæ (quæ in singulis partib. alêdis obitur) colligere. Id quod Auicennæ & fectatoribus eius (Practicos vulgus vocat) placuisse video: & ob id menses esse rubros, cum albi esse deberent (inquiunt) si partium alimenti essent excrementum. Nam hæc, puta pulmones, cor, hepar, liê, renes, & eadem ratione ceteræ, iisdem authoribus, natura sunt albæ, & ex spermate productæ: quorum sententiam verbis Galeni lib. de fœtus formatiõe facile conuincet.

Argumentum
libri. Cur so-
le mulieres
menstruis la-
borent.

Menstrui sanguinis originẽ abundẽ explicauimus: nunc dicendum nobis est, cur id fœminarum potiùs, quàm marium est excrementum: & in fœmineo genere, cur mulierum maximẽ. deinde quando, & quando mulieribus excernitur, & quibus largius, quibus parcius, quibus item rubra sint menstrua, & quibus alba. Postremò quæ nam mulieribus ex menstrua purgatione integra, utilitas accidit. Fœmina in omni genere rerũ cũ sit (vt Hippocrati placet) frigidior mare in animalibus, ob id plus appetit, minus coquit, parciorem triplicis substatiẽ dissipationẽ sustinet, ob corporis totius densitatem, ex frigido corporis habitu naturali & acquisitione productã. Præter victũ enim largiorẽ crudiorẽq; vitã quoq; agit sedentariã magis, præsertim ipsa mu-

Lib. 3. histo.
cap. 19.

lier: hinc fit vt fœminis quã maribus. sanguis sit nõ modò nigrior & crassior, sed etiã largior, si æquæui sint & æquẽ sani, cæteri que adsint paria. Quin & fœminis ipsis plus est sanguinis parte interna, minus parte corporis summa cõtinetur. Sed omnium fœminarũ maximẽ mulier sanguine abũdat: & quæ mēstrua appellamus, plurima fieri in mulierib. solët, quòd victu, quàm cæteræ fœminæ, vrantur non largiore modò, sed humidiorẽ & excrementosiorẽ: præterea otiosa fit præter cætera. Postremò nihil aut minimũ eius excrementi in corporis munimẽta absomit: cùm animalia cætera hoc materiẽ superuacuum vertant in corporis alimẽtum, & quædam item in corticem, alia in squamam, alia in pennarum frequentiam. Et terrestria animal parietia in pilos, & corpulentiam, & vrinas multas & crassas hanc vacantẽ materiam transferat. Ob id hæc purgatio mulieribus inter fœminas plurima euenit, equabus minor: et vaccis menses quoque fiunt, vt equabus sed minus, & canibus menstrua septem diebus mouentur. Fit & cæteris animalibus viuiparis hæc menstruorũ purgatio, sed nulli æquẽ (vt dixi) ac mulieri. huic aut circa annũ ætatis decimum quartũ, quæ menstrua vocantur (quod est sanguis quasi recens occisi

Soli mulieri
menses dant
Practici.

Lib. 5. histo.
cap. 20.

Ibid. cap. 18.
Tempus quo
fluere solent.
Lib. 7. histo.
cap. 1.

Lib. 1. gene. animalis) erumpunt plurimis, A
cap. 20. cū vbera ad duos digitos pro-

minent, & vox in grauiore mu-
tatur: quo tempore ad vsum ve-
neris maximè incitantur: sunt
enim per id ætatis nobiles. Qui

*Menses fæcili vito
prolongant.*

Menstrua
12. anno.

Lib. 2. gene.
cap. 4.

Alba men-
strua, quib.

ibid. & li. 1.
gene. ca. 20.

busdam tamen etiã 12. & 11. an-
no proueniunt: sed hæ sunt vi-
tæ breuioris, vt quibus erūpunt
tardius viuunt diutius. Quid,
quod puellam annorū nouem
vtero gestasse visam scribit Sa-
uonarola, & à se visam aliã Io-
annes Capella senior, medicus
Francisci Regis vndequaq; do-
ctissimus mihi coràm affirma-
uit? Postquam igitur excreme-
tosus hic sanguis collectus est,
menstrua moueri incipiunt: at
si concoctum id non est, crudū
aliquid paulatim secernitur,
quamobrem quæ alba vocan-
tur menstrua, paruis adhuc &
admodum puellis proueniūt,
& magis si cibo vtantur humi-

*Alba mēstrua mō-
do et rōpōgall-
mānt paruis post*

Quando mē-
strua desināt

Lib. 7. hist.
cap. 5. Ibid.

diore & crudiore. Hæc autem
alba incrementū corporis im-
pediunt, & puellam extenuāt,
si frequenter & immodicè mo-
uentur. Desinunt autem men-
strua plurimis circa annū qua-
dragesimum, quod tempusque
excesserunt, menstrua ad sexa-
gesimum seruantur, quo tem-
pore etiam nonnullæ pepere-
runt, sed vltra hoc tempus nul-
la potest menstruam purgatio-
nem protrahere. Nam princi-
pium & finis mulieribus pro-
lis recipiendæ & maribus præ-

bendæ, est menstruorum & fe-
minis emissio. Sed neque cū
incipiunt statim prolifica sunt,
neque cū desinunt, & iam
pauciora & infirmiora sunt.

Ibidem.
Lib. 7. hist.
cap. 2.

Conceptus tamen mulieribus
à profluvio menstruorum sua
natura contingit: & quæ his ca-
rent, steriles magna ex parte
exigunt. Verum fieri potest,
vt aliquæ etiam sine horū pro-
fluvio cōcipiant, videlicet qui-
bus tantum humoris colligi-
tur, quantum his quæ purgan-
tur restare solet, quanquam nō
tanta copia, vt & foras possint
profluere. Nonnullæ, etiam
dum profluunt menses, concipi-
unt, postea autem concipe-
re nequeunt, quibus vulua sta-
tim à purgatione cōprimitur.

Conceptio.

Hoc negat
Aetius ex
Ruso li. 16.
cap. 54.

Quo in loco rectè adiectū est,
Magna ex parte. Nam & virgi-
nes, quibus nondum menses
fluxerunt, compressu concipe-
re possunt: & quæ pepererunt,
sive lactarunt siue non, concipi-
ere possunt, priusquam men-
strua purgatio repetat: paucis
tamen id accidit. Sed hæc ad
rem propositam parum perti-
nent. Desinunt quoque men-
strua ante hos annos sæpe ex
morbo aut acuto, aut lōgo, mœ-
rore, timore, victu parciore, la-
boribus auctioribus: citissimè
in pinguibus corporibus ces-
sant, nec prius tamen anno tri-
cesimo quinto, nec ferius quin-
quagesimo. Rarò enim sexage-
simum

Quare ante
tempus men-
strua desināt
Aetius li. 16.
cap. 4.

Nutrici
utero g
tibus f
possunt
fes.

Lib. 1. 8
cap. 19.
ne.

Lib. 7.
cap. 2.

Lib. 7.
cap. 11.

Lib. 7.
cap. 3.

finum annū purgationes menstruæ attingunt. Ad tempus vero non omnino sistuntur lactantibus, & utero gerentibus, non tamen omnib. Nam plurimis nutriticibus etiā ordinatas purgationes fluxisse vidimus, & multis utero gerentibus. ambabus tamen multi sanguinis & natura, & ex victu pleniore.

Quid, quoddam mihi visæ quæ ad iustum tempus fœtum non ferebant, nisi præter has purgationes, vena quoq; cubiti secta, sanguinem minuerent, à cuius copia animo linq̄i, & suffocari se pronuntiarent? Absurdum igitur nihil est à conceptu menstrua effluere (nam etiā post conceptum aliquandiu prodeunt, quanquam parè, nec semper) sed morbidum id est, quamobrem paucis & rarè accidit. Quæ autem magna ex parte fiunt, ea maximè secundum naturam sunt. Adde quoddam quibus prægnantibus menstrua vsque ad postremum gerendi tempus eueniunt, hæc parua pariunt & non vitalia, aut infirma. Et quandiu lac emanat, quamuis purgationes magna ex parte non fiant, quibusdam tamen laetantibus fiunt. Quæ præterea purgationes quibusdam accidunt mulieribus cum conceptum ferè sunt ordinatæ, & per tempus quoddam accedunt, vt triginta dierum, maximè si concepta fœmina est, quadragin-

ta si mas. A partu etiam purgationes eodem dierum numero sequi volunt, non æquè tamen exactè, per dies scilicet triginta si fœmina, per quadraginta si mas editus in lucem est. Menstrua enim nullo circuitu certo describuntur, tédunt tamè moueri decrescente mēse & luna, idq; ratioe recta. Corpora enim animalium frigidiora sunt, dum aër continens talis euadit, mensium aut coitus & fines frigidissimi sunt propter lunæ defectum. Medicorum tamen vulgus, per singulas lunæ quadraturas purgari mulieres volūt: iuniores quiddè per primam, seniores per postremam, ætate medias per alias, idq; frequentius & promptius rum à natura; tū à medico menses mouente obseruatum prædicat, hoc etiam carmine addito, Luna uetus uetulas, iuuenes noua luna repurgat. Quoddam igitur hunc sanguinem mulieres ferè singulis mensibus, si sanæ sunt excernunt, menses & menstruas purgationes appellarūt: vt Græci *μηνια ἡμέτερα*. Et tempora etiam vocat vulgus, quoddam ferè stas temporibus prodeunt, alij etiam malam septimanam, quoddam effluxiones vocat septem numero dies fieri solent. Sunt qui flores vocat, & alba menstrua, albos flores: quoniam (inquiunt) vt flos fructum antecedit, sic mulieres antè nunquam concipiunt, quam

Lib. gene. 2.
ca. 4. & lib.
7. hist. ca. 2.
Menses lunæ
sequuntur.

Menses, seu
mēstrua pur
gationes qua
re.
Tempora.
Arist. lib. 7.
hist. cap. 3.

Flores.

. hist.

ptio.

egat

ex

i. 16.

4.

Nutricib. & utero gerentibus fluere possunt menses.

Lib. 1. gene. cap. 19. in fine.

Lib. 7. hist. cap. 2.

Lib. 7. hist. cap. 11.

Lib. 7. hist. cap. 3.

menfes fluxerint, vt affirmant Parctici propè omnes. Quamquam concipere etiã ante mēstruam purgationem antè ex Aristotele probauimus: cū sanguis ipse qui vacuatus est, conceptum per se non faciat, sed per accidens: quia vasorum oraiam sunt aperta, neque sanguis adest largior, qui semen copia strangulet, quæ duo si adsint, sine hac purgatione concipi potest. Nec tantum, nec semper, semel singulis mensibus fiunt hæc purgationes, sed quibusdã frequentius, alijs rariùs. Multis enim ex desiderio coitus (quod ætas iuuenilis, aut longa veneris abstinentia excitat) mēstrua sæpe ter in mense citantur. Ad hæc paucis menstrua singulis mensibus mouentur, sed vno intermisso plurimis. Quandiu & ad quot vsque annos mensēs mulieri fluent, diximus: per quot autem dies singulis purgationibus fluere solent, dicendum est.

Quibus vniuersim & breui tempore, hoc est, biduo profluunt, feliciores sunt, quàm quibus paulatim, & in longum tēpus protrahitur hæc purgatio, septē numero diebus fieri consueta: laborant enim omnes, & corpus habet graue, quādiu affluit humor. Multis etiã strāgulatio fit ab vtero, quib. eruptioni propinqua sunt menstrua, donec erūpant, his tamen tan-

tum strangulatio hæc contingit, quæ per venas & arterias à vasis spermaticis ortas, in vteri fundum, sed etiam latera, orificijs desinentes purgantur: vt post audies in generatione huius strangulationis. Virginibus enim, & his quæ à conceptu purgantur, si sanus est fœtus, fluunt mensēs per venas et arterias in vteri collum à vasis crurū reflexas: ferè autem fluunt à tribus diebus vsq; ad septimum. Fluunt mensēs largiùs & frequentius, & contra parciùs & rariùs multis mulieribus, non tamen minùs inde sanis, quàm quibus medio quantitatis & minori modo fluunt. Quæ enim venas habent latas, & hepar multum sanguinem generans (quale ferè est magnū, & ideo voracibus familiare) hæc si alimentum et multū, et frequens, & plenius nutriens ingerant, & vita adsit otiosa, & somnus longior, aer pluuius, austrinus, & mox à cibo balneum aut frictio quantitate mediocris, mēses habent largiores & frequentiores, præsertim si iuuenes sunt & fusce, debiles, aut veneri assuetæ, aut causæ adsint aliæ, sed paucæ aut imbecillæ purgationem mensium immodicam facere consueta, vt cibus humidus, & aer, & alia post dicenda: nisi crassus, lentus sit sanguis, aut per alias partes vacuatus, nares, sedem, gulam, asperam

*Quæ aut purgatio
non mensis
sunt.*

Lib. 7.
hist. ca. 2.

Ibidem.

Per quot dies
fluant mē
ses.

Lib. 7.
hist. ca. 2.

Ibid. cap. 3.

Ibid. cap. 2.
Quibus strā
gulatio ab
vtero acci
dat.

Menses lar
giores et cō
trā, quibus.

Lib. 2
cap.

Actius.
cap. 4.

Actius libro
16. ca. 52.

Sang.
strui di
tia in q
tate.

ram arteriã, sectam venam, aut alia larga fiat vacuatio, per sudorem, alui fluorem, puris vomitam, pustulas omnes in cute efflorescentes: aut febris acuta, aut longa superuenerit. Corpulentis autem mulierib. multum menstrui in corporis alimentum transit, & in coitu can-

Lib. 7. cap. 57. te efflorescentes: aut febris acuta, aut longa superuenerit. Corpulentis autem mulierib. multum menstrui in corporis alimentum transit, & in coitu can-

Lib. 16. cap. 52. didæ natura plus euaporant quàm fuscæ: parciores igitur his menses fiunt, præcipuè si accedat euacuatio ex victu parcio-

Actius. lib. 16. cap. 52. re, parum nutriente, vacuatione quauis, labore, cura, mœrore. Corpulentas appellare viderur, quas Aëtius omnino viriles scribit, fuscas, cõpactas, neruis robustas, venosas, lumbis & natibus ampliorib. pectore & humeris latioribus, & pilosis. Quæ item natura sunt obesæ admodum, quia venas habent angustas, in his etiam paucum sanguinem, & qui ferè in adipem absumitur, ob id omnium rarissimè concipiunt, & si concipiunt, fœtus graciles & admodum imbecillos pariunt: igitur & menses paucos, vt graciles ex morbo longo, vitu tenui, laboribus, intemperie calida: contrà graciles natura, sed victu impinguante saginatae, & benè carnosæ, largiores profundunt. Nec solû quantitate diuersa est mensium purgatio ratione alimenti & ætatis, sed genere. Nam iuuenibus sanies tantum loturæ carni-

Lib. 2. his. cap. 19.

Actius. li. 16. cap. 4.

Sang. menstrui differentia in qualitate.

recens mastatarum similis, & ea largior fluit: hoc est, sanguis incoctus, aut quia concoctus nondum est, aut quia in ferum degenerauit. Senib. aut crassus, niger, paucus, & qui facile vel in corpore concrevit: ætas media & firma medium tener. Adhæc purgatio menstrua ad ætatis vsq; vigorem augetur, florente iã ætate æqualis perueerat, vel parum aucta aut diminuta: ætate iam declinante paulatim minuitur, donec omnino desinat.

An igitur largiùs aut parcius fluant menses mulieri, ex ipsius ætate, habitu, vitæ conditione, alimentorum quantitate, & qualitate, victuq; reliquo & morbis, alijsq; affectib. coniectabis. Vere autem, vt in pubertate largiùs fluere videntur, ob sanguinis in corpore tunc redundantiam, virium robur, & cœptum tunc fieri humorum motum: ætate etiam, vt ætate florente largi sæpe menses fluunt, ob ipsius acrimoniã & tenuitatem (iuuentus enim ætatum, vt ætas anni partium est biliosissima) Quæ igitur mulieres pro sanguinis mēstrui multitudine purgatur tempestiuè, hæ ceteris sunt saniores, fecundiores, castiores, & veneris minus appetentes: cum verò sistuntur, aut parcius fluunt, ægrotant, salaces sunt & infœcundæ: aut si generent, imbecillos,

Mensium uaria quantitas unde sumenda. Ver. Hip. lib. de nat. h. & aph. Actus.

Menses temperatissimi sunt in rebus.

Lib. 2. gene.
cap. 4.

aut morbidos gignunt: si immodicè fluât, alij sunt affectus, de quibus postea. Seruat enim corpora integra menstruorum etiam alborum secessus cum modicè sit (suus autem cuique modus est) quia corpus ab excrementis vindicatur, quæ ipsi sunt ægrotandi causæ: sed si nõ fit, aut immodicè fit, damnum euenit: aut enim morbi oriuntur, aut corpus emarcescit & extenuatur. A quibus autem causis immodicè fiat, vel non fiat, postea dicitur. Nunc scire operæ precium est, mulierem immodicè sanguinis aut profusioni, aut retentiõni obnoxiam, cæteris sanguinis morbis minus infestari quàm viros. Paucis item mulieribus sunt varices, aut mariscæ, aut sanguinis è naribus profusio, & quod eorum acciderit detrimentum, in menstrua decumbit. Nam hæc ob id parciora sunt, quemadmodum si sanguis per aliũ vacuetur meatũ, vel naturæ sponte, vt per vomitum, sputum, sedem, meatum vrinarium. vel secta à medico vena, vel à foris corpori violenter occurrantibus diuisa. Qui verò morbi mēstruam purgationem immodicè factam præter extenuationem sequantur, post dicitur: qui verò suppressam, nunc dicantur. Sunt autem ferè hi, grauitas corporis totius, os vteri à duro tumore clausum, & inde

Cur parciore
quæ mistra.

Qui morbi
suppressos
menses sequantur.

A oris ipsius dolor grauis, qui in coxam lateris affecti transit, vnde & crus ipsum claudicat. Si autem diutiùs suppressi sunt, nec corpus à medico est vacuarum, tumor præter naturam in ilibus interdum exoritur, ostendens internam partem aliquã inflammata: nonnullis autem phyma in extrema ilium parte oritur, vt & viris eadem in parte, qui suppuratus aliquando longo tempore vix sanatur.

B Vterina suffocatio & peruersio. Dolor vehemens vteri, imiventris, lumborum, colli, sincipitis, oculorum quoque radices infestãs, & palpebras & reliquum capitis, spinæ, corporis aggrauans. Febres ardentes & vrinæ nigricantes cum rubra quadam sanie, similes loturæ carniũ recēs macularum, cui fuliginem miscueris. Vrinæ etiam & stercus quibusdã supprimuntur, aut ægrius exeunt. Sanguis per alium locum vacuatus, phlegmonè, aut erysipelas alicuius partis: quorum malorum nullum integrè purgatis accidere solet. Suppressis mensibus à vasorum hos vtero inferre consuetorum obstructione vel compressione, dispositio nascitur in vtero similis phlegmonæ, aut erysipellati, aut scirrhi, aut cancro, quibus totum corpus compatitur. Nam hepatis & aliorum viscerum tumores sunt similes, re-
gurgitan-

Tumor in ilibus.

Phyma.

Vteri suffocatio quæ incommoda pariat.

Actius
cap. 5.

Aph.
lib.

Suppres-
nis mē-
struam
Aph. 57.
lib. 5.

gurgitante in hæc sanguine illo: & hydropes, cordis palpitatione, & fyncope, fitis vehemens, deiecta appetentia, nausea, singultus, ructus, coctio imbecilla, & sæpe deprauata, quomodo grauidis (ob id multæ grauidas se falsò putant) tussis, dyspnœa, phthisis, epilepsia, paralysis, apoplexia, cephalalgia, mœror sine causâ manifesta, & si diu & multum sint suppressi menses mania, & melancholia vulgò dæmoniaca putata, scotoma, arthritidis interdum, vel saltem podagra ex aph. Mulier podagra non laborat nisi menstrua defecerint. Color fœdus & liuidus faciei & corporis reliqui, impetigines totius, furûculi multi, horripilatio & horror inæqualis, inquietudo etiã sine febre, febres ardentes, & cætera ex lib. 6. cap. 6. de l. affect. paulò antè scripta: et præter hæc Veneris insatiata cupiditas, titillatis à sanguine retento & putrente partibus ad vterum pertinētibus, sterilitas ob sanguinis, seminis, atq; adeo vteri corruptionem, sæpe etiam mors hîc succedens. Hæc symptomata sæpe accidunt præcipuè otiosis, & benè nutritis, & quæ coitus & pariendi consuetudinem omiserunt: quorum cum vel adest vel imminet, aliquod, menses moue, aut venam seca. sed præstiterit horum præcautionem, vel curationem fu-

A sius describere: quam in rē non mediocriter pertinet prænotasse suppressionis huius tum causas omnes, tum signa. Menses suppressio aut naturalis est, vt à conceptu, à partu si laetât mulier, à senectute: aut præter naturam, cui nunc incumbimus. Huius autem causæ continentis & proximæ sunt, sanguinis ipsius quantitas vel qualitas, viarum per quas vacandus est angustia vel obstructio, facultatis vasorum expultricis imbecillitas vel retentricis robur. Quæ verò mulieres nulla ex suppressis mensibus molestia huiusmodi, vel totius corporis, vel vteri, vel aliarum quas nunc dixi partium, afficiuntur, his etiã natura sterilibus, menstrua purgatione omnino carere, naturale est. Sanguinis mestruum quantitas auctior & paratior, ex æquo menses retinet: illa quòd præcopia vijs hæret, easq; obstruit: hæc quòd inopia nihil vrget, neq; vim expultricem sollicitat, tutior multo, & minus insalubris quàm prior. Porro sanguis paratior fit ab alimento pauco, aut multo qui dem, sed parum nutriente: magis si accesserint frequens inedia, labor plurimus, aër calidus, sudor largus, vel alia vacuatio, præsertim sanguinis per nares, hæmorrhoidas, vel alium meatum: ira, mœror, vigilia, & cætera corpus siccantia & inanien-

Lib. 6. symptomatum.

Actius li. 16. ca. 52.

Quantitas.

Sanguis paratior unde.

Actius li. 16. cap. 52.

Apho. 29. lib. 6.

Suppressionis mensium præter naturam causæ.

ria siue per se, siue etiam per accidens. vt cum facultas hepatis sanguifica est imbecilla, etiam si multum & plenius mulieris alimentum sumatur, paucum tamen sanguinem purgationi menstruæ permittit: nec minus cum in mamas lacte implendas auertitur, aut in sanguinis fontes per immodicum timorem, aut in corpulentæ mulieris corpus nutriendum absumitur, vt antè diximus.

Febres mensis sistunt.

Morbi omnes mensium materiã adimunt.

Sanguinis copia unde.

Quapropter & febres omnes menstruam purgationem per se sistunt, præcipuè calidiores & sicciores: per accidens verò, id est, sanguinis à calore tenuationem, interdum promouët. Nec febres solæ, sed morbi omnes tã acuti, quã diurni menstruæ purgationi materiã adimunt, humores vrendo, vel cogèdo, & quòd per illos corpus antè nihil, aut malè nutritur: ob id alimentum vltimi alimenti benignũ ac vile, non secernit, vt nec per mœrorem longum, magnum timorem. Sanguinis copia ex alimētis multum nutritibus, & his multis, ac frequētib; in natura inculpata & multi sanguinis, præsertim si accedant causæ reliquis prædictis etiam contrarię, orium, aër temperatus, sudor nullus, aut paucus, nullaq; alia vacuatio sensibilis vel insensibilis. His verò sanguis multus menstruæ purgationi est semper accom-

modatissimus: præterquam dũ multitudine obstruit, aut crassitie, aut lentore, quæ qualitates illi accidunt ex cibis crassis & glutinosis (quorũ catalogũ docuimus in victu incrassante & impinguante) causis omnibus multum refrigerantibus et siccantibus per se, aut caloris validi interuentu, vt in febrib. Viæ per quas vacuantur menses, sunt vasa in vteri, vel colli eius capacitatem orificijs suis (cotyledonas vocant) desinentia, & vteri collum. Has autem obstruit pròptè sanguis, vt dixi largior, crassior, glutinosior, quod sepe post abortũ accidit: nisi & abortionem potius faciat sanguis huiusmodi cotyledonibus infarrus. Angustiores autem reddunt vteri corpus solidum, durum, densum à natura, vel acquisititiõ affectu, & vitiosa vasorum à natura cõformatio, et colli vteri cõtortiones, horum omnium siccitas, carnis obésitas, partium vicinarum tumor aliquis præter naturam comprimens, & meatus capacitatem intercipientis. Acquisititiõ vteri densatũ affectus à potu immodico & intèpestiuo frigidæ, & esu fructuum crudorũ & immaturorũ à valenter siccantibus & astringentibus, præcipuè suffitis, aut vtero sepe metrenchyta iniectis. Idè efficiunt sed tardiùs victus ratio sicca, & astringēs tã calida

Vteri colli obstruunt.

Via per quas vacuatur menses.

Via mensium angustiores unde.

Vasorum pultrix cultas u imbecilla.

calida quã frigidã: omnium ce-
lerrimè frigus vehemens, diu
parturiendo in aère frigido, vè-
toso, receptum in vterù etiam
dum fœtus grãdiores eduntur.
Collù vteri obstruunt calli, hy-
perfarcofes, mēbranæ ipsi à pri-
ma conformatione innatæ, a-
deps multus. Cicatrices autem
vcleribus vteri aut vulneribus
(vt quæ à paulo per ceruicē vte-
ri, lapsis in eum mulieribus ali-
quãdo accidūt) inductæ, ora va-
forum omnino claudunt: ob id
menses abolent, ac sterilitatem
accerfunt, nec curari vlla ratio-
ne possunt.

Cū facultatis omnis robor in
partis ipsius probò sit tēpera-
mento sita, eiusdē imbecillitas
in tēperamento malo seu intē-
perie, sed insigniore quavis col-
locãda venit. Vasorù ergo vteri
expultrix facultas imbecillior
est, ab insigni aliqua intēperie
recēti, quæ & relatu mulieris, et
tactu partiù, & signis vteri cali-
di, frigidi, humidi, sicci, in steri-
litate dicēdis, patent. Tamet si
vasa illa paulo humidiora, pro-
mouēdis mensibus commoda
nō nihil vidētur. vt sicciora pau-
lo retentricē firmant magis, nō
vasorù tantum, sed aliarù quo-
que partiù. Hæc verò facultas
mala aut non expellit, aut de-
prauatè expellit, ad loca scilicet
alia, vt nares, ventriculum,
hæmorrhoidas. Hæc autē men-
sium suppressio ab vtero profe-

A Ita intelligitur, non quæ ab in-
signi venarù hepatis obstructio-
ne aliquãdo accidit. Duas tan-
tum causas priores suppressio-
nis mensium, tanquã frequen-
tiores Galenus recēset in Aph.
Dum ora vasorum ad vterum
pertingentium aperire, & san-
guinem extenuare scribit sco-
pos esse sanandę suppressio-
nis mensium.

Suppressos intempestivè mē-
ses, quanquam mulier ipsa a-
bundè possit docere, quòd vi-
delicet consuetum his tem-
pus aliquandiu præterierit, ta-
men signis quoq; plurimis de-
prehendere potes. Primù sym-
ptomatis illisque plurima dixi-
mus mēses suppressos cōsequi
consueuisse, & præterea istis.

Lac in mammis mulieris nec
gravidæ nec puerperæ: quod e-
tiam mammæ durefcentes o-
stendūt. Nulla aut paucissima
mensium excretio tempore cō-
sueti: & ante id tempus per bi-
duum, aut triduum, post id ve-
rò diutius symptomata prædi-
cta exacerbantur. Mēsis quo-
que suppressis mulier ab his,
quia non transpirant, putrenti-
bus & acribus titillata, Venerē
magis appetit. A cuius autē hu-
moris cum sanguine misti co-
pia, crassitie, lentore, mēses si-
stantur, signa require singulo-
rum in Simiotice: præter quæ,
causas frigidas solas, sed magis
cū materia pituitosa ostēdunt.

Vteri collum
obstruentia.

per quas
atur mē

mensium
stiores

Vasorum ex
pultrix fa-
cultas unde
imbecilla.

Apho. 36.
lib. 5.

Signa men-
su suppressio-
rum.

Aph. 19. lib.
5. Alia signa
suppressionis
mensium.

Frigus ad fundum vteri ab ipsa perceptū, & stupor, tardus mensium, & eorum albicantiū descensus. Venus nec appetitur, nec delectat, & in ea præcipuè pituitosæ saliuę largior affluxus est, viro ipsi copia, & sæpe ob putredinem acrimonia molestus, quæ & melancholico succo sunt communia, præter pituitæ affluxum. Cōtraria, melancholiā, & bilē flauam vstione crassatā (nā tenuis ciet, non sistit) ostendunt, & præter veneris appetentiā, & magnā in ea voluptatem, feminis quoque celeris excretio est: & labra sicca, & sæpe scissa, & mensiū fluor cum morfu, & rosione.

Hip. libro de mulieribus.

Apho. 36. e. in eisdem.

Menses decolors unde.

Actius. li. 16. cap. 5.

Sanguis quoque dum prius fluctabat, aut secta nunc vena, exceptus linteo, aut arena, vmbra siccat, colore albedo pituitā, flauo bilem, fusco melancholicum sanguinem significat: & pāno exceptus mox per ipsum spargitur, si tenuis est, & aquosus. De quibus est aphorismus, Mulieri menses decolors, neque per idem semper tempus venientes, purgationem indicant esse necesseriā. Decolors autē sunt à pituita, & bile vtraque: à pituita autem crassa, & humore melancholico tardius cōsueto, à pituita tenui, & bile flaua, citius fluunt. Virginibus autem annū decimum quartū attingentibus, si mammæ pruriant, pestes, lumbi, caput do-

leant, bilis aut pituitę vomitus adest, leuiores decoctis purgationem iam instantem matu- rabis. Si menstrua plura fiant, accidunt morbi: & si non fiant ex vtero morbi contingunt. Mulieri sanguinem vomenti mensuris superuenientibus solutio. Mensuris deficientibus sanguinis fluxus è naribus, bonum. Quin ex quauis alia parte tunc fluere, aut sponte naturæ, aut opera medici, salubre est.

SUPPRESSORVM MENSIVM curatio à copia sanguinis.

MORBUS ex repletionem curat vacuatio. Mensium suppressio affectus est repletionis, vacuatione igitur est curandus eius materia quæ repletionem facit. Ea autē sanguis est, aut purior sed largior: aut crassior & glutinosior, isque vel sua substantia, vel mista ei crassa & lenta alia materia pituitosa, vel etiam melancholica. Quæ causa suppressorum mensium, quia est frequentissima, ob id prima, & fusius à nobis expugnanda est, victu præcipuè contrario ipsi causæ: tenui scilicet, si à multo sanguine supprimatur, tenuare, si à crasso, incidente & tergente si à lēto: præterea medicamentis humorem hunc vitiosum apparatus & expellentibus (de quibus mox dicetur) aut potius ante

Vene sect

Apho. 23. lib. 5.

Libro 1. cap. 52.

Act

Vitus idoneus suppressis mensibus

Gordo

Scarificatio Cucurbitula

Vene sectio.

Libro 16.
cap. 59.

Actius.

Gordonius.

Scarificatio.
Cucurbitula.

ante hæc phlebotome, si vires & ætas cōsentiāt. Secabitur autem vena malleoli, aut poplitis, vt totius plenitudinem minuamus, & sanguinem vterum versus trahamus. Quòd si copia sanguinis est largissima, vt in plethoricis mulieribus, periculumq; est, ne is affatim deorsum tractus venas vteri vehementius impleat & infarciat, venam brachij dextri internā secuisse prius cum Aëtio, & Practicis ratio est (qua, opinor, causa in pituitosa muliere vomitū consulit Aëtius libro 16. cap. 55.) quanquā hæc alioqui secta menses supprimat. Si multus tantum ad vterum vasa obstruit, sectis tibiæ venis ad crura deriuatus obstruere desinit. Vtrāque autē venā malleoli, aut poplitis secuisse, & die primo paucum sanguinem ob virtutē copia oppressam vacuasse, secundo largiorem ipsa iam exonerata, quanuis ob fibrarum cruris vtriusq; vasorum cum vtroque vtero communione sit rationabile, tamen dextri cruris secuisse suffecerit, ne tot phlebotomis ægrā fatigemus: multo minus cum Gordonio vtrāque iecorariā secueris, deinde vtriusque malleoli venā. Quòd si venæ sectionem ægra mollis, & formidolosa metuat, aut eā ferre nequeat, aut vacuationi iustæ sit impar, malleolos, aut poplites leuiter scarifica; aut si

A ne id quidē liceat, furas, coxas lumbos & cucurbitulam affige, & vacua pro scopis vacuationum: nisi quòd sanguis ex venis tibiæ, quàm brachiorum missus mensura eadem, vires magis deicere putatur. Si neq; huiusmodi remedia sit latuta, fricabis asperius, & durius, & diutius partes supnas in plethora, deinde infernas: citra plethoram has solas, & vinculis dolorificis sæpe repetitis, sanguinem ad vteri venas præcipitabis. Si frictiones has ferre nolit, foue dictas partes aqua calente, cui aromaticæ res incoctæ fuerint, de quibus postea. An verò lunę quadraturas cum medicorum vulgo, in sanguine mulieribus mittēdo obseruasse sit ex vsu: vt prima scilicet ac secunda iunioribus, tertia & quarta senioribus mittatur, experiendū tibi relinquo, nisi omnib. cum Aristotele luna decrescēte secare malis, aut potius biduo aut triduo ante rēpus fluxiōis cuiq; mulieri cōsuetum, quando menses nō his solūm, sed alijs quoq; remedijs mouere tentandum est. Cū autem primus mittendi sanguinis scopus sit, vt ipsius redundantia corrigatur, si is est paucus, vel natura vel victu tenui: vel quia fluxit multus per hæmorrhoidas, aut alium quemuis meatum, aut etiam vulnus: vel quia insignis aliqua præ-

frictio.

Fotus.

Luna quadraturæ.

Mittendi sanguinis scopus. Quando non mittendus sanguis.

cessit vacuatio per aluū, vomitum, vrinas, sudores. venam in suppressis mensibus ne seca, cū nullum ab his symptoma insignne impendat, quomodo nec in multis virginibus, nutricibus, multū laborātibus, cū victu parco & immodico siccatīs, vt vteri vulneribus indutās cicatrices habentibus. Quibus omnibus non sanguinis misisione solū in suppressis mensibus abstinendum est, sed neq; menses ipsi remedijs alijs mox scribendis sunt sollicitandi, ceu nulla ex his noxa impēdente. Vbi his communibus auxilijs adiuta natura, ac præterea purgātibus, si his est locus, nihil tamen mouet, proprijs vtendum est, quæ essentiæ tenuitate, & calore sanguinem magis fluxilem reddant, & ora venarum in vterum, & eius collū desinentia aperiant, expultricemq; vasorū vim ad opus suum non nihil excitent, ac substantiæ quadam proprietate vterio familiaria sint. In quorum vsu mitiora primū sunt experiūda, quia affectus non vrget, quibus victis mediocria sunt miscenda, vel etiam sola, & perse tentanda: quæ si non sufficiant, valentiorum aliquid addendum est: quibus solis vtendum erit, cū affectus est maximus, aut inualida fuerint cetera omnia: sed in eorum classe moderatiora quoq; deliges, ne

Menses mouentia medicamenta.

A febres excitent, aut vlcerent vetriculum, si sumantur, aut vterū si balano, pefso, clystere vterino immittantur, vel sufficantur. Tutius autem vmbilico, pubi, ilibus eadem admouētur. Porro menses mouent clementer, radix graminis, radix & semen rusci, alparagi, pētaphylli, adiantum vtrunque, phyllitis, cichorij, ac intybi, & rumicis genus omne, papauer rhæas, eupatorium, brasica, malua, lactuca agrestis, hyperici folia, flores, semina, ex his oleum. Semen orobi, lupini, phaseoli præcipuè rubri, cicer rubrum, lens. Ficus passæ, amygdalæ amaræ, ouum anatis. **B** Mediocriter, radix, folia, flores, semina raphani, raphanidis, myrridis, erucæ, nasturtij, sij, gallitrichi, ocimi, chelidonij, melissophylli, agni, pæoniæ viriusque, allij, cæpæ, porri, cherophylli, apij, petroselinij, anethi, anisi, ameos, cari, dauci, fœniculi, libistici, fileris, seseleos, saxifragiæ, betonicæ, peucedani, mei, leucioiorum, capparis, crithmum, gingidium. Radix ireos, rubiæ, aristolochiæ omnis præsertim rotundæ, gentianæ, enulæ, asphodeli, eryngij, centaury vtriusque Diosco. pseudo dictamnus, agaricus, cortex radicis mori. Absinthiū, abrotinum, arthemisia, partheniū, mentha, calaminthe, polium, origanum, pulegiū, phu, asarū, fatu-

Menses mouentia clementer.

Que mediocriter mouent menses.

Lib. 17
55.

Que uisissimè mouent menses.

fatureia, thymus, hyssopus, serpillum, maiorana, rosmarinus, falua, smyrnium, stachys, coniza, scordium, hypericum, heliotropium, marrubium, chamædryes, chamæpitys, panax, mercurialis, anemone, vrtica, thlaspi, lunaria, ruta sicca, præsertim agrestis, sabina, flores sambuci, chamæmeli, caryophylla, stæchas, crocus.

Semina prædictorum multorum præcipue, & lithospermi, lolij, melathij, cumini. Baccæ iuniperi, lauri, hederæ corymbi. Aromatica, iuncus odoratus, calamus aromaticus, amomum, cinamomum, cardamomum, cassia, xylobalsamū, agallochū, spica nardi, costus, cyperus, asarum, zingiber, galāga, schœnu anthos, nux moscata, caryophyllum, piper, cubebe. Moscus, ambra, castorium, vnguis odoratus, cesypus in lana suppositus, bitumen, sales, nitra, sulphur, alumen scifsile, sandaracha, gagates lapis. Aloë, & ex ipsa hieræ logadæ Rufæ. Terebinthina, myrrha ad fabæ magnitudinem, & ex hac trochisci, styrax, cetauriū, bdelium, opopanax, ammoniacū, sagapenum galbanum: horum singula ad vnciam vnam propinat Aëtius. Opos cyrenaicus, & parthicus, & ad erui quantitatem potus, idem. Valentissimè menses cient, bryonia, eleborus vterq; pyrethrū, cycla-

A mini radix, cucumer agrestis, & ex eius fructu elaterium, turbith, staphis agria, sinapi, siliquastrū, colocynthis, thymelæa, tithymalorū genera, lac ficuū, scammonium, euphorbiū, cantharides, fella. Et ex horum multis cōposita, mithridatiū, theriaca, tryphera magna sine opio, diacalaminthe, diatriōn pipereōn, syrupus hyssopi, diacalaminthes, artemisiæ.

Dies igitur tres, quatuor, plures, ante tempus purgationis consuetum, vbi communia auxilia prius scripta non mouerunt menses, hæc per se, cum alijs tenuioribus si crassiora, crassioribus si tenuiora, frigidioribus si calidiora, mitioribus si valentiora, trita molliùs crassius, in corpus recipiuntur, vel admouentur. Recipiuntur per os, per collum vteri vnciæ duæ succi raphani syluestris, extracti cū vino infusionis asari, sumptę menses mirè mouent. Et trochisci galliæ moschatae, trochisci myrrhæ, aut rubiæ, cotulæ fœtidæ, sagapeni. Per os puluere per se cum liquore vires ad vterum ferente, pilulis, electario, trochiscis, apozemate, syrupo: tuncque quātum eorum vehementiē in via ad vterum lōgiore fractum iri præsumimus, antè est addendum. Per vteri collum, glande, pefso, metrenchyta, suffitu. Nā

Composita.

Tempus.

Modus.

Cautio.

ses mo-
iv clemē

medio
cient
s.

Lib. 17. ca.
55.

Quæ valen-
tissimè men-
ses mouent.

*Glandiū con-
fectio.*

ducit. apho. 28. lib. 5. Hæc verò A nocte non dimittēda in vtero, aut ipsius collo, ne phlegmonem, aut febrem excitent, aut vlcerēt: ob id glandes, & pessos ligari filo valente volunt, vt tēpestiue retrahi possint, nisi sint moderata, tunc enim nocte tota tenenda, & aliquoties iterāda. Glandes fiunt his liquore aliquo coactis in glandis formā, & impositis. Quin & mercurialis, & aliæ similes herbæ tritæ, in glandis formam coactæ, imponi collo vteri possūt: rutiū autem linteo raro inuolutæ, ligatæ, sic vt cūm libet, retrahi possint, imponuntur & radices multæ in balani formā concisæ immitti possunt, vel B pessis qui ferè digitos sex longus sit, sub crassitie digitali, filo quoque ligandus: neuter in virgine vtendus, multò minus per metrenchytam illi infundendus est. Ex radice igitur rubiæ, tapfi, maluæ, altheæ, iridis, apij, enulæ, fœniculi, & alijs crassioribus purgatis, superficie derasa, vel in dictā magnitudinem circuncisa, deinde illita oleo liliorum, iasinini, costino, euphorbij, vel simili: vel oleo cui & vino res menstruæ sint incoctæ ad vini consumptionem, cui puluis horum inspergatur, deinde filo ligatæ, collo vteri immittātur. Possunt radices hæ antè sub cineribus coquēdo molliri: coctæ itē teri

possunt, & alijs misceri in pessiformam. Possunt radices hæ & pessis alijs, ex lana, vel bombace ad digiti formam inuoluta, loco olei illini succo herbarum menstruarum, aut felle aliquo, aut terebinthina, aut mucagine seminis altheæ, aut melle, & deinde inspergi puluere aliquo menses ciente. Fieri potest ex melle cocto & pulueribus, quomodo balani Hedricæ. Possunt fieri ex styrace, ladano, sagapeno, ligno aloes vt sæpe fiūt. Valētiores sūt ex galbano, ammoniaco, bdellio & similib. pistillo calido in mortario calido emollitis, in digiti formam coactis, cui formæ puluis scammonij inspergatur, panno tenui & raro regatur, ligeretur, hora vna teneatur. Ante sumptionem mouentiū menses, & pessos, balneo & suffitu, & pedibus aquæ calidæ impositis, sanguinem deorsum trahe, & ora vasorum aperi, & corpus totū. Metrenchyta infundere vtero potes succi artemisiæ, vel matricariæ, vel similis, vel herbarum menstruarum decocti vncias sex cum pulueris melanthij, vel alterius drachmis tribus. Admouentur forus, infessus, balnea, sacculi, suffitus, olea, vngueta, cerata, cataplasmata, emplastra, ex materia prædicta constantia, post totius vacationē, & materiæ præparationem, ex sumptis incidentibus,

Pessi uarij.

Balneum & suffitus. Actius libro 6. cap. 15.

Fotus, infessus, olea &c.

ribus, tenuantibus, tergetibus, & menses cientibus auxilijs: quæ etiam in vsu, & mox, ab vsu horum auxiliorum sumi possunt vtiliter. Admoueantur vero hæc manè præsertim ante cibum, diebus circiter octo ante tempus purgationis expectatum. Mox igitur à balneo, aut in seffu, aut potius in his, sumat triphery magnæ sine opio dra. j. cum vino albo tenui, calente, vel cochlear vnū pulueris diacalaminthes, diatriōn pipereōn cum vino ventriculo vacuo bis in die: hora circiter vna in balneo, aut in seffu sedeat mulier super sacculum prædictis medicamentis fartum, & sacculo artemisia pleno fricet muliebria, & crura interna: & pessum etiam tum contineat: post lecto tradatur, vngat in venterem, & lumbos vnguento ex prædictis composito.

In seffus.

In seffus in decoctum rerum prædictarum, vel eo decocto forus, aut suffitus per infundibulum in vteri collū receptus, circum probè testā muliere, ne vapor in caput elatus, capitis faciat grauitatē: aut odore tetro, vt castorei, galbani, opi Parthici, offendat: id quod etiam per internū corpus ferri prohibet aqua frigida, vel posca ore retenta.

Ardorem in muliebribus, & vteri collo, aut etiam vtero ex horum acrium vsu excitatum

A mitigabis butyro recenti infuso, & oleo rosato, aut cerato Galeni refrigerante. Si verò suppressis mensibus conceptus est suspectus, accipe castorij, leminis ami, apij ana drag. vnam, ttita creta, cum vino diluto pota si grauida es, foetū calefaciet ac roborabit nulla omnino noxa, si non concepisti menses mouebit. Facienda etiam quedam sunt, vt menses moueas præter ligaturas dolorificas tibi arum ad articulos, phlebomen, cucurbitulas. Sternutamenta enim mouere potes nasturtio, sinapi, struthio, pipere, elleboro. Ad hæc iuuat equitatio durior, aut alia vectatio succussatoria. Si omnibus his auxilijs menses non fluant, idem opus repetere, etiam tertio, si opus, diebus circiter octo ante tempus purgationis consuetū.

Si pituita, aut succus melancholicus, vel alius crassitie, lentore, copia sanguinem remoratur, is humor paratus expulsioni purgetur, vena secetur. deinde sumantur, admoueantur cætera, vt abundè diximus. Vitentur omnia pituitam, vel humorem melancholicum gignentia: sumantur etiam cum alimentis, tenuantia, & incidentia, menses mouere solita. His verò auxilijs non modò suppressos, sed multò facilius parciales aut rariores menses promouebis, atque etiam foetum

*Rassis ex Se.
rapione.*

*Sternutamenta.
Equitatio, aut uectatio durior
menses mouent.*

mortuum, & quæ à partu vacua
ri solent, si pigra cessent, detur-
babis: & mulierum morbos om-
nes frigidos, humidos, sana-
bis: adhibita tamen cautione,
ne vsu multo calidorum huius-
modi & siccorum, præsertim
vehementium, febres incēdas.
Nam qua ratione ex suffitu aro-
matum impendentem capitis
grauitatē vites, antè dixi. quæ si
improuisa tibi ex calido ipso-
rum, vt februm, vapore conti-
gerit, sacculus ex chamæmelo,
betonica, milio calfactus, ca-
piti superdatus, eam digerendo
sanabit. Hæc menses à san-
guinis copia suppressos, aut eti-
am ipsius substantia crassiore aut
glutiniosiore, curant.

*Alia sup-
presorum
mensiu cau-
se.*

Si supprimantur ob oris vte-
ri clausuram, aut duritiem, à
phlegmone, vel alio affectu, is
curandus remedijs ipsi idone-
is, priusquam auxilia menses
mouentia tentes: alioqui vteri
phlegmonē, attracto ad ipsum
sanguine nouo, geminaret. Si
collum vteri obturēt calli, aut
carnis excrescentiæ, aut mem-
brana ipsi collo, vel colli orifi-
cio statim à principio innata,
illa tollantur, hæc pertunda-
tur. Si à calida & sicca toti-
us intemperie mensium ma-
teria est absumpta, vt concipi-
endo fit, mulier etiam si parci-
us purgabitur, victu frigido hu-
mido vtatur. Si obesitas menses
supprimit, victu tenui & atte-

*Actius li. 16.
cap. 58.*

nuate emacietur, & medicamē-
tis etiam valenter purgantibus
vtatur. sæpe enim sola medica-
menti purgantis potio, etiam
alijs menses euocare sufficit.
His quoque, vt pituitosis, me-
dicamenta menstrua sumatur,
ac admoueantur potentiora.
nam imbecilliorum vim con-
temnunt. Biliofos quoq; mē-
ses euocat Aëtius ex vtero, sup-
ponendo elaterium cum cari-
ca pingui, aut cyclaminum cū
vino. pituitam, anemones fo-
tus cum iride & melle, aut lo-
lij prius torrefacti farina cum
modico pipere & melle, aut co-
locynthis cū carica: aquas por-
rum cum melle. Quibus per v-
terum non purgatis, sanguis
per alium meatum excernitur
(quanuis hæ rectè valent, vt
quibus ob alimenti penuriam,
aut dissipationem per labores
immodicos cessant) tamen vt
concipiant, ab eo meatu repel-
latur sanguis, & simul ad vterū
trahatur, ne in partem princi-
pem irruat eamq; obruat.

Et quando menses non sup-
primuntur in totum, sed diu &
stillatim fluunt, idq; indolen-
ter: sæpius cū dolore vteri par-
tium grauissimò, affectus stran-
guriæ in vesica similis, vt ischu-
riam refert mensium suppressio,
& dyssuriam difficilis men-
sium euocatio. Causas verò
habet easdem, sed imbecillio-
res, aut pauciores, quàm sup-
pressio

*Biliofi men-
ses euocan-
tur.*

Pituita.

Aqua.

*Menses diu
& stillatim
fluentes. Ae-
tius lib. 16.
cap. 65.*

Cause.

Curatio

Clyster

Vene se
Cucurbit
le.

Hirudin

Mensium
moder
obserua

Curatio.

pressio mensium: ob id curatio nem postulat eandem, remissa tamen auxiliorum vehementia. Vbi tamen dolor tam vehemens vterum infestat, pessi mēstrui, & quæ in id sumenda prius diximus acria, tenuia, in pressens vitentur: vni sedando dolori magna cura, præcipuoq; studio vacetur, per anodyna femoribus & muliebribus admo uenda ex lana, spongia, vesica, infessu, cataplasmate: metrenchyta etiam infundenda ex feminibus lini, scœnigræci, althea, malua, senecione, oleo, butyro, œsypo, pauca ruta & arthemisia adiectis. Clysteribus quoque in sedem infusis similibus, sed largioribus. Et si vires constant, vena cubiti interna secetur. Si malum est contumax, petini, & inguinibus tres aut quatuor cucurbitulas, primùm leues, deinde si morbus persistit, cum scarificatu affigit Aëtius, vacuatq; moderatè, aut earum loco hirudines iisdē partibus applicat, post quas epithemata, dropacissimos, phænigmos, id est, rubrificãtia, vt materiam ad vicina deriuet, sed id cū præmeditatione faciendum censeo, & corpore multum iam inanito.

DE MENSIVM REDUNDANTIA.

Mensium immoderatorū observatio.

Menses immoderati non solum dierum numero, vt si continenter fluant

A ultra dies quatuor, quinque, sex, septem cōfuetos mulieri, sunt æstimandi, sed potius vacuari sanguinis quantitate tibi obseruanda ex mulieris plenitudine, ætate, natura consuetudine, habitu, viribus, tolerantia, colore. Nam si talia & tāta vacuentur, qualia & quanta vacuari oportet, confert, & leuiter ferunt mulieres: nec antè est cohibendus hic fluor, quàm vires collabi incipiant, & color viuus perdat, symptomataq; eius alia leuiora impendeant, ne grauiora expectes. Si nanque menstrua plura fiant, accidunt morbi, scilicet appetentia prostrata, coctio omnis imbecilla, virium omnium deiectio, totius refrigeratio, decoloratio, emaciatio, ex morbo senium, sterilitas, pedū inflatio, hydrops, bilis feruor, febres biliosæ, hecticæ, cachexia, lipothymia, syncope, mors senibus repentina, iunioribus tandem superueniens. Adhæc cum sanguis tenuior iterum apparet: initio enim à quouis meatu exeat, cum hic nondum latiùs pateat, tenuis est, illo patente amplius crassior, cōtracto rursus, & ad naturalem habitum redeunte, & etiam siccato tenuis effluit. Purgationis menstruæ immoderatoris vt parcioris, & suppressioris, tres causæ cōtinètes statuuntur. Sanguinis quãtitas vel qualitas, vel vtra-

Apho. 58. lib. 5.

Li. 5. loc. aff. ca. 5. & Practici. Auicenna.

Menstruæ purgationis causæ.

que: viarum per quas fit vacua-
tio, laxitas: facultas vasorū retē-
trix imbecilla, expultrix robu-
sta: quę à causis externis & etiā
internis, sed remotioribus, im-
pelluntur, & ferè excitantur.

*Sanguis lar-
gior unde.*

Sanguis enim largior, à victu
pleniore sanguinem præsertim
largum generante, vita otiosa,
libera, & tranquilla, aëre plu-
uio, austrino, aut verno, vt in
suppressis mēsisbus dictum est,
à quibus etiam hæc redundan-
tia sæpe nascitur. Qualitas au-
tem ferè in tenuitate est vel san-
guinis ipsius, vel mistorum illi
ferosorum, biliosorum, pituito-

Qualitas.

*Que sangui-
nem tenuem
efficiant.*

forum excrementorum. Sanguis
verò substantiam tenuio-
rem efficit vsus alimentorum
temperatorum, vel his propin-
quorum, sed tenuiorum: vt vi-
ni mediij, vitellorum oui, pisci-
um saxatiliū, auium monti-
colarum, & in dumis viuentiō.
Serofus autem euadit vsu lar-
go vini albi, & aquæ, & poma-
tij & pyratij veterati, & vretico-
rum: biliosus ex calidis, siccis,
fumendis, admouendis, educē-
dis, faciendis. Pituitosus & a-
quosus & crudus, ex vsu largio-
re aquæ, pomatij, pyratij recen-
tis: fructuum, olerum, piscium
recentium & alimentorum fri-
gidorum, præhumidorum, de
quibus abudè in Diæteticæ scri-
psimus.

*Viarum laxi-
tas.*

Viarum purgationi mēstruæ
destinatarum laxitas mihi in-

A telligenda hic est omnis vaso-
rum apertio, non sola quę in
diapedesi est tunicæ ipsorum
raritas, sanguine tenuato acce-
dente. Porro vasa aperiuntur
anastomosi, diuisione. Anasto-
mosis, id est, orificiorum aper-
tio, fit à facultatis vasorum re-
tentricis imbecillitate, vel san-
guinis ad os ipsorū impetu ru-
entis quantitate vel qualitate
acri, ob salam pituitam, vel bi-
lem alterutram. & aloe largiū
sumpta, & coitu immodico, &
pudendo virili enormiore, vt
medicorum vulgo placet. Quā
quam hæc ora sæpe latius pa-
tent, vel statim à primā confor-
matione, vel ob vteri substan-
tiā laxiorem, aut calidam intē-
periem, vel ob vsum menses
valenter mouentium, vt paulò
post disces. Diuiduntur vasa
vulneratione, contusione, ru-
ptione, erosione. Quorum vnū
quodq; à quot, & quibus cau-
sis fiat, indidem, si libet, repere.
Vasa autē ad vterum pertinen-
tia rarè vulnerātur, nisi ab im-
perita manu obstetricis, aut
chirurgi fœtum mortuum ex-
trahentis. Contunduntur sæpe
percussione, & casu. Rumpun-
tur à copia sanguinis, aut facti
ex eo feruente vaporis, & cum
onus aliquod grauius leuare
conantur: à fœtu quoq; gran-
diore, partu improspere &
difficili, ac etiam abortu, & præ-
ceps periculum interdū affert.

Erodun-

*Li. 5. meth.
Anastomo-
sis.*

*Vasorum di-
uisio fit . 4.
modis.*

*Aetius libro
16. cap. 66.
& Paul lib.
3. cap. 62.*

*Humor
tredo.*

*Motus
poris
mi.*

Eroduntur denique à succo aliquo vitioso & mordaci, ut sanguine corrupto, vel mistis alijs humoribus acerbis & mordacibus, ut pituita falsa & nitrosa, bile alterutra, præsertim putredine & adustione iã maligniore: ut interim omittam qualitatem humorum etiam venenosam. Putrescunt autem hi humores vel in vasis ipsis, vel in vteri corpore, ut per tumores in eo præter naturam, quibus ruptis ulceratur & vterus, & sæpe vasorum in ipsum pertinentium & orificiorum tunicæ. Quinq; verò causas caloris autentioris (à quo sanguis feruet & sæpe, ut humores alij), corrumpitur) libro primo de differentijs febrium, & libro de causis morborum Galenus abundè expressit: sufficiatq; in rem præsentem nosse sanguinem, & varia excrementa per nares, vomitum, deiectionem, hæmorrhoidas, vrinas, sudores, cutis vitia, pforam, lepram, impetiginem, furunculos, & huiusmodi vacuari solita, nunc si in vasis pigra cessant & putrent, menses immodicos commouere, non quantitate sola, sed etiam qualitate acri per putredinem quæ sita. Idem symptoma non leuiter excitant motus corporis & animi: dum sanguinè mouent, maximè si deorsum moueant: ut ira, gaudium, cursus, saltus, tripudia, præcipuè si accesserint

quæ deorsum euocent: ut lotio calida tibiærum, vincula earundem ac frictions, & sumpta admotaq; cætera menses vehementiùs mouentia: quorù vsui immodico, aut intempestiuo ferè succedit largius hoc mensium profluuium. Expultrix facultas vasorum corporis totius robusta, quatenus hoc excremento corpus vniuersum purgat, bono est, quatenus impetum sistere nequit, & succum etiam vtilem partibus nutriendis expellit, malo est: ob id astringi fluxio tunc debet, cum vires deijciuntur. Retentrix eorundem facultas imbecilla, ab intemperie natia, aut acquisiticia insigni curatu difficilis. Quæ immodicè per vterum vacuantur, sequitur fœdus color corporis, pedù mollis tumor, virium corporis prostratio, appetentia cibi, & coctio vitiosa, & cætera symptomata omnem sanguinis immodicam profusionem per hæmorrhoidas, vel alium meatum sequi solita: ut hydrops, conuulsio. Plethoram, aut solius sanguinis copiam, præter totius, & vasorù tumorem, ostendunt præcedens victus ratio sanguinea, & sanguinis in corpore redundantis signa alia, nobis in Simiotice fusiùs scripta, uti & bilis alterutrius, & pituitæ cuiusuis.

Apertum vas declarant vul-

Ee 3

Vasorum facultas.

Signa menstruorum superfluorum. libro 6. loc. aff. capite 5. Aph. 3. li. 5.

Signa causarum.

Humorù putredo.

Motus corporis et animi.

meth. Tomo.

um di. t. 4.

libro 66. 1 lib. 62.

Erosio.

nera, contusiones, & quæ præcesserunt ruptionis causæ. Ero-
sio autè mali est succi omnino
soboles, vt pituitæ falsæ, bilis
alterutrius præsertim malignio-
ris, & magis retorridæ: quibus
calor, graueolètia, pus, & mor-
sus, ac rosionis sensus comes
ferè adest in particula sentien-
te: & gingiuæ, ac labra præser-
tim superiora findi solent à va-
poribus inde ascendentibus.
Ora immodicè patentia natu-
ra, cum vteri corpore calido &
laxo ferè coeût: si acquisititi-
us est horum hiatus, aloë & simili-
ter calefaciètia, siccantia sæpe
sunt sumpta, & admota, quæ
menses violentiùs eliciâr. Si à
fundo vteri fluit sanguis, ni-
gricat magis, quàm si à partib. ori-
ipsum vicinis. Et si magnū vas,
aut parua plurima aperiantur,
assatim erūpit sanguis: si imbe-
cilla est retentrix facultas gut-
tarim, sed cōtinenter distillat,
vti & ab erosioe paulatim fluit,
& cum maximo dolore. Si
per eclipsin solis aut lunæ fluât
menses, sisti non possunt Apu-
leio Platonico, neq; si iã diu flu-
xerunt, quia vasorum ora occal-
luerunt. id quod sæpe accidit
propter mulierum verecundiã,
maximè si cacochymæ, aut po-
tius cachectæ fuerint, ac etiam
vetulæ & excrementosæ: nisi
sæpe purgentur, & victu euchy-
mo succi malignitatē emédēt.

Fluor mensium criticus, aut

A corpus plethoricū expurgans,
non sistendus donec sit quan-
titate præter naturam: id quod
mulier decolor, & se ipsa imbe-
cillior declarat, & sanguis iam
vt initio tenuior, vt antè dixi-
mus. Vbi mulier decolor &
imbecillior euadit, ob largum
sanguinis profluuium, primū si
vires adhuc valent, venam cu-
biti dextri, & cū vulgo etiã sini-
stri internã secabis, paucumq;
sanguinè vacuabis, si multi san-
guinis est mulier, aut si vitiosus
succus est sanguini mistus. què
etiam postea purgabis medica-
mento idoneo, sed astringète:
vt bilè flauam, fumaria, tamar-
Indis, rhabarbaro modicè asfo,
myrobalanis citreis etiam pa-
rum assatis. pituitam verò cepu-
lis. Quos humores sanguinem
ex tenuitate fluxilè magis red-
dentes, si facilè vomat mulier,
purgantibus vomitorijs vacua-
re præstiterit. His remedijs
plenitudinem & cacochymi-
am vacuabis, & sanguinis im-
petum in cōtraria reuelles, præ-
sertim si simul brachia fricabis,
& vinculis dolorificis ligabis,
ab axillis (addit Aëtius & ingui-
nib.) exorsus, & cucurbitulas
sub mãmis maximas affixeris,
vel leues tantū, vel etiã quorū-
dam sententia cū scarificatu. Il-
las Aëtius dorso, & sub axillis
affigit in fluxu rubro. Si deniq;
apertis vasis astringètia, empla-
stica, & si opus est, caustica ad-
hibet

Curatio.

Lib. 16. ca.
66.

Summe

Prognosti-

ca.

Aph. 59. li.
5. & li. 1. de
Glauc. Li.
16. cap. 56.
Sauonarola
Lib. 16. cap.
68.

Vita

hibet maximè alimenta, sed etiam medicamenta quæ communia sunt omnis hæmorrhagiæ auxilia, post vacationem sanguinis si redundat, aut pituitæ liquidioris aut bilis tenuioris mistæ sanguini. Aër igitur sit temperatus, aut tepidus, si ab aquosiore pituita sanguis est tenuior aut fluentior, cæteraquæ; victus ratio sit modicè calida, sed sicca, crassa, & glutinosa cibaria cum modico cinamomo, mentha, vino crasso, Pontico vratur. Si pallida aut flaua bilis tenuè reddit sanguinem, aër cum sumendis alijs sit frigidus. Phlebotomes & scarificationis loco, quidam purgatione, & per cucurbitulas reulfione, & alterantibus frigidis, sunt contenti. Ambabus autem causis (quæ sunt frequentissimæ) vtiliter sumentur post idoneam totius vacationem lac ignito chalybe, aut lapide vstulatū, deinde coctum cum farina tritici, hordei, fabarum, orizæ, amyli: lens excorticata, cum aceto bis cocta, brassica bis cocta, panis hordeaceus, mica panis posca madefacta, oryza cū posca, farlotū, pyra, cydonia, mespila, sorba, corna, oxalis, portulaca, cymæ rubi iuri incoctæ; assa vtēda, sed facta plātagine, portulaca, omphacio, vua, thus, aut oxyachate. Vitandū est vinū præsertim tenue & generosum, & maximè bilioso

A sanguine. Nā crassum ignito auro aliquoties vstulatū, & aqua pluuiæ ferrata dilutū, in pituitoso sumitur, idquæ; magis cū vires sunt imbecillæ. In vtroquæ; posca tepida pota, & cum pane ipsa madente salubris. Cibus & potus sit parcior: imò, si vires ferre possint, vnius aut alterius diei ieiunium imperandū, præsertim pituitoso. Nam inedia picrocholis est aduersissima, ob facultatis coctricis imbecillitatē in ventriculo & hepate, quæ viscera etiā admotis sunt roboranda astringētibus: & ille, in pituitoso profluuiio calentibus modicè, hoc in bilioso refrigerantibus. Ventriculi siquidē intemperies frigida, pituitæ, hepatis & venarum calida, bilis ferè est causa. Vitentur etiam aromata, & maximè crocus, cæteraquæ calida tam actu quàm potestate, menses præsertim & vrinas mouentia: quæ in pituitosis mēsisbus malè quidā imperat, ob rationem in admouēdis mox scribēdam. Coitus, & reliquis vehemens animi & corporis motus, præcipuè descēsus scalarū, & saltus, & tripudiū, quod sanguinem nō modò mouēt, sed deorsum magis mouēt. In pituitoso tamē sanguine parū calentia sumantur, & partes supernæ exerceantur, & totius frictio etiā multa fiat & sudor moueatur, etiā bilioso saluber, nisi mala alia

Aetius libro
16. cap. 69.

Gale. libro
Meth.
Alia vitāda.

Sauonarola.

In pituitoso
sanguine su-
menda, & sa-
cienda.

afferrēt quę sudorē promouēt, somnus diurnior & profundior vtriq; est saluber. Omnia in sputo sanguinis, & hæmorrhoidū fluxu immodico sumi necessaria etiā huic immodicę purgationi menstruę, & fluxui muliebri rubro sunt salubria.

Medicamenta simplicia.

Medicamenta autē partim sumēda, & immittēda vtero, partim admouenda imo ventri, lūbis, māmīs, tum astringētia: et ea vel frigida, vel parū calētia, tum emplastica sunt vsu celebriora. Dipsacus, plantago omnis cum semine, portulaca, semperuiuum, sideritis, stratiotes, polygonū mas, solanū, hippuris, lentisci, myrti, pyri, pruni, vلمي, quercus, rubi, canisrubi folia, & ex his vt radicib. & fructibus sequentib. succus. Radix nymphę, symphyti maioris recens, aut siccata, spodium Arabum, santala, malicoriū, ba-laustium, & rosa & eius semen, flos cydoniorum & cydonia, pyra acerba vel austera, dactyli, & similes fructus. Nux cypresi, galla immatura, glans et eius calyculus, rhus, ribes, oxyachāta, myrta, vua omphax, semen vuarum, ceratia, papauer etiā nigrum, hyoscyamus, coriandrū siccū, acacia, hypocisthis, opiū, lycium, sapa, etiam vux acerbæ, ladanum, acetum etiā infelsibus miscet Aëtius. Thus, mastiche, tragacātha, etiā assa, gummi Arabicū, succinū,

Lib. 6. cap.

63.

Lib. 16. cap.

63.

A caphura, aridā myrrham supponit & propinat Aëtius in fluxu muliebri rubro. Cornu ceruistum & lotum, ossa pedum veruecinorum vsta, lepusculus vstus, stercus asini siccatum collo vteri inditum, coagulum hædi, vel leporis, vel cerui, vel vituli drag. tribus cum decocto cydoniorum sumptū, sanguis draconis, bolus Armena, sphragis Lemnia, pissasphaltum, id est, mumia, lapis hæmatites, corallius margaritæ, conchulæ à S. Iacobo exportari solitæ vstæ, tritæ, potæ cū decocto astringente: antimonium, pompholyx, alumen quoq; etiam scisile, gypsum, chalcitis chalcanthū, auripigmentū, charta vsta, vbi putredo vterū obsidet. Alia etiā calidiora, substantię tamē proprietate menses etiam diurnos sistere plurimis sunt probata: vt drag. vna spicæ Indicę, vel seminis pæoniæ grana rubra duodecim, vel sulphuris, vel corticis ouorū vsti, vel picis naniū, vel stercoris asini, vel cineris stercoris caprarum cū vino vstulato: vel aqua plantaginis, aut pluuia trib. matutini sà ieiuna muliere sūpta. Puluis dipsaci cū ouo forbili sūptus, succus porri potus à ieiuna, vel scorie ferri tenuissimè trite, aceto & aqua rosarū horis 24. macerate igni siccate, scriptula duo sterilib. rātū dāda, quia fœcūdis steriles facit. Vnguis odorat9 p se suffitus,

Auicē.

Quę substantię proprietate menses sistunt.

Actius libro 16. cap. 66.

Signa c. rum so. rum.

lùm mortuæ videntur, sed

Ollis dura quies oculos, & fer-
reus urget

Somnus, in æternam clauduntur lu-
mina noctem, vt ait Poe-

ta: tamen quædam triduo mor-
tuis similes reuixerunt, ob id
ante triduum non sepeliantur.
Cùm autem clementior est hu-
iusmodi suffocatio (multæ en-
nim sunt eius differentiæ, pro
causæ efficientis differentia, &
magnitudine) omnia hæc sym-
ptomata sunt mitiora: quip̄ &
horum quædã desinunt, & no-
ua quædam accedunt. Quædã
enim sentiunt & mouentur, &
integrè ratiocinantur, sed ani-
mi defectiōe & respiratiōe la-
borant: aliæ mouentur quidẽ,
sed inuitæ, & epilepticorũ mo-
re brachia & crura contrahunt,
dentibus strident conuulsis tẽ-
poralibus musculis, neruorũq;
distentione vexantur. Aliæ sum-
mo caro, hoc est, sopore profun-
dissimo præhenduntur. Cau-
sis verò mali huius solutis cor-
pus firmari, malè rubere, maxil-
læ aperiri, oculi attolli incipi-
unt, & plerisq; humor aliquis
ex vtero effluit, quibusdam e-
tiam crassum: plurimumq; se-
men cum labore & voluptate,
quali per coitum foras excerni-
tur, titillatis præsertim obstetri-
cum digito in vteri collum cū
odoratis & relaxantib. immis-
so: intestina immurmurant, vte
rus paulatim laxatur. postremò

A ægra mulier exurgit, intelligit,
sentit, mouetur. Si suppressis
mensibus, vel odore iucundo
attractus, vel flatibus turgens,
aut odore infrà terro & ingra-
to impulsus, sursum ascendit
vterus, idq; multum, sympto-
mata sunt suffocationis proxi-
ma, suspiriũ, vertigo, scotoma,
capitis dolor, cibi fastidiũ, nau-
sea, ructus, intestinorum crepi-
tus, præsertim si flatus est cau-
sa. Grauitas quoq; & compres-
sio, tanquã à rotũdo aliquo cor-
pore, supra vmbilicũ sentitur.

Vteri ascensus
Gancius in
præcipita-
tione.

Si in latus peruertitur anti-
cum, posticum, dextrum, fini-
strum grauantur, dolent, tumet
vel ilia, vel pecten & vesica, vel
intestinum rectũ, quorsum scili-
cet vterus vergit. Tuncq; os v-
teri sæpe adeò peruertitur, vt si
coeat mulier, sperma vterũ in-
gredi nequeat, quia os vteri re-
cto situ collum vteri non exci-
pit, quod digito obstetrix faci-
lè deprehendit. A femine reten-
to & corrupto malum hoc fie-
ri cognosces, si symptomata
hec sint tum grauia, tum repen-
tina magis, hoc est, si repentè
dyspnœa, & mox apnœa præ-
hendant, crura sursum contra-
hat, aliquid ab vtero ad ventri-
culi os attolli præsentiat. Ad-
hæc si mulier est virosa, sed iam
diu continēs: aut virgo quidẽ,
sed veneris appetens, & corpul-
enta, multi sanguinis, victus ra-
tione calida humida, flatulen-

Peruersio u-
teri.

Idem ibidẽ.

Signa causa-
rum.

ta vtens, idq; in otio, & cum venis irritamētis, ac cetera prius dicta concurrant, & menses non sint suppressi.

Quando à mensibus retentis.

A mensibus autem retentis esse hoc symptoma cognosces, quādo sunt leuiora, mēses præter consuetudinem suppressi, perseverāte victus ratione omnino eadem, mammæ tumentes lacte ex sanguine in ipsas regurgitante, corpus totum graue, oculorum, colli & partium aliarum dolores. Licet rarò à mensibus retentis & corruptis hysterica hæc symptomata fiāt, præsertim insignia. Si autē menses hi sint melancholici, mœror & timor præpollent: si pituitosi, corporis pigrities, albedo, multum sputum, symptomata minùs vehementia: si biliosi, vehementissima, & motus promptior. Suffocatio ab utero similis epilepsiæ, & apoplexiæ, & lethargo: quia hi quatuor affectus repente præhendunt: sed epileptica mulier rarò recordatur eorum quæ illi acciderunt, non audit, nō intelligit, habet ferè, præsertim cum valens est epilepsia, spumam in ore: menses nō habet suppressos, & coitu crebro offenditur: nihil ab utero ad os ventriculi tolli præsentit, sed indidē, vel alijs partibus ad cerebrum, si per consensum est, & alia habet signa epilepsiæ propria: apoplectica sine respiratione est, si fortis est apo-

Vterina suffocatio quare similis epilepsiæ, lethargo. Epileptica mulier.

Apoplectica

A plexia, & sine reliquo motu, & sensu, & gemitu: lethargica semper cum febre est lēta, vna tantum capitis parte dolet, in qua scilicet tumor est: pulsu est magno, vndoso, præfocata raro & conuulsorio: suffocata autem ab utero sæpe vocantes audit, & responder, quando malum scilicet mitius est, quando & recordatur, & sæpe aliquid retinet spirationis, ac febre caret, nisi vteri phlegmone symptomatibus proprijs manifesta affuerit, & cætera signa his cōtraria ferè habet. Præter hæc, suppressi menses, aut excerni solitum, vel incitatum semen, retentum est: estq; in ea crebro spasmus, lipothymia, imò & syncope. Suffocata ab utero multæ in accessione vehementi & longa moriuntur, in contraria euadunt. An verò viuant notis antè scriptis deprehendes. Morituram verò spuma in ore, & longa & multis ac magnis & diuturnis symptomatibus dictis, maligna accessio prænunciat, cōtraria reualituram. Suffocatio vterina seminalis est tanto acutior, & periculiosior quàm menstrua, quantò semen prolificum est tenuius, ac in generatiōe actuosius, & efficacius ipso sanguine mēstruo. Suffocata ab utero si coeāt, proptè concipiunt. Quæ viris accidunt symptomata ex retento semine & corrupto, rariora sunt,

Lethargica.

Suffocata ab utero.

Gal. lib. loc. aff.

Suffocatio pituita tri.

Quæ signa mortem prænunciant.

Curatio suffocationum.

Situs.

Prognostica virorum symptomata ex semine retento.

sunt, & multò mitiora, quàm mulieri: quod illi labore corruptionis magnam partem dissipat. Grauidæ licet diu menses suppressantur, tamen symptomata hæc nunquam aut rarò aduehunt: quod horum parte puriore fœtus in utero nutritur, reliquum crassius in vasis uterû pertinētibus ad secundarum in in partu expulsionem seruatur integrum, aut non ita corruptum nisi aliunde, ut ex febre, magna putredinis occasio accesserit.

Suffocatio à pituita putri.

Suffocatio à pituita putridæ uis, & mensium ac feminis annos egressis, ut sexagenarijs, septuagenarijs, est familiaris: & iuuenibus, visu prauo, ut potu largo & intēpestiuo aquæ, vini: esu fructuum crudorū utentibus. in hisq; vel in capitis dolorem duorū, triū, aut quatuor dierū, vel cynanchen, vel peripneumoniam, vel spinæ, vel genurum tumorem, magna ex parte degenerat.

Suffocatio ab utero, quia symptoma est graue & periculofum, ei, etiam neglecta in præsens causa ipsius, est succurrèdū. Mulier igitur spina recta collocetur, ut facilius spiret, laquei pectoris & ventris soluantur, voce alta nomen eius ad aures in clametur, pili temporum conuellantur, manus & pedes primùm sursum, post in medio & imo vinculis dolorificis vinciantur, & simul pannis aspe-

ris, ob id dolorificis, & calore valētius reuellētibus. fricetur asperius, etiam cum sale & aceto acerrimo: plantis illine oleum laurinum, aut nardinum.

Frictio illitus.

Cucurbitula leuis pectini, inguini, internæ coxæ, suræ affigatur, & post accessionē, internæ coxæ cum scarificatu. Si autem in latus alterum inclinat uterus, opposito inguini, & femini etiam leuis applicetur.

Cucurbitula.

Suffiatur per infundibulū uterû, casia, cinamomo, amomo, calamo aromatico, xylaloe, pipere, caryophyllis, ladano, opo Cyrenaico (Benioin vocat) thymo, lauēdula, calaminthe, arthemisia, pulegio, ambra, moscho, alipta moschata, gallia moschata, & similiter suaueolentibus aromatis, quæ utrumque deorsum alliciant, mulieri diligenter circumtectæ, ne horum suaueolentia nares attingat, fœdis odoribus (ut mox audies) suffiendas. In sedem, & potius in uterū metrenchyta immitte decoctum calaminthes, arthemisiæ, & similiū flatus discutiētium, & vaporem à semine venenosum: balanum, aut pessum ex ladano, zingibere, theriaca, mithridatio, gallia moschata & similibus, collo uteri immitte si corrupta est: si autem virgo est, sedi aut potius collo vesicæ, ut vires eorū utero inter hæc duo cōsistenti tradatur: aut si nubilus est, nec mo-

Suffitus.

B

Injectio.

Coeitus qd est medicina.

Obstetrici quid faciendum.

Ganerijs.

Sumenda.

Expia. in sancto

nialis nubat. Nam omnia hæc A
 remedia vincit mariti concubi-
 tus, quod propè vnicū est per-
 fugium, si grauida (vt sæpe fit)
 suffocetur ab vtero: huic enim,
 vt cæteris, remediū id & præ-
 sentissimū est, & tutissimū.
 reliquis enim abortionis me-
 tu, cum præmeditatione mul-
 ta vtendum est. Obstetrix quo-
 que indicem, & medium digi-
 tum oleo nardino, moschatelli
 no, de spica, lilij composito, ma-
 ioranæ, & cæteris odoratis illi-
 tum, aspergat dictorum aroma-
 tum puluere, vel hoc prius cum
 his oleis probè permixto in vn-
 guenti consistēciam, inunctum
 digitum in collū vteri penitissi-
 mē immittat, si corrupta est, ac B
 fricādo titillet id collum, & v-
 teri os & partes vicinas: & fo-
 ueat manu pannis ex decocto
 præcedēti calentibus, vt semen
 corruptum, vel alius humor ve-
 nenosus malorū causa, effluat.
 quo vacuato vterus descendat,
 & à suffocatione mox mulier
 reualecat. Moschi scrupuli
 duo, galliæ moschatae dragma
 vna cū oleo liliorum mista, col-
 lo vteri efficaciter illinūtur. Su-
 mat si fieri potest cum mulsā,
 vino, aceto scyllite, anisum, ari-
 stolochiam, artemisiā, asarum,
 agaricum, betonicam, crocū,
 dictamnū, pæoniæ semina
 quindēcim rubra aut nigra (qd
 est quorundam secretum reme-
 dium) pulegium, rubiam, amy-

gdalas amaras, ipsarum oleū,
 cyminum, & si qua potest su-
 mere ex odoradis. Os apertū
 & nares, suffiantur odore terro
 galbani, sagapeni, ammoniaci,
 castorij, opi Parthici (asam fœ-
 tidam vocant) vnguis odorati
 (blattam Byzantium appellāt)
 bituminis puri, candelarum se-
 paccarum recens extinctarum,
 pennarum perdicis præcipuè,
 aut vulturis, aliarumq; auium,
 pilorum hominis, canis, hirci,
 pannorum, fultorum, corij ve-
 teris, vngularum, cornuum, &
 similiter fœtentium dum vtun-
 tur, & mox, sed parū diu, clau-
 dantur, quo vapor is vterū sua
 fœtitate trisatum descendere
 coget, & spiritū animalē & vi-
 talem velut sopitum experge-
 faciat, à quo vterus deturba-
 tur, & vapor venenosus resolu-
 tur, ac per expultricem excerni-
 tur. Galbani aceto dissoluti, ca-
 storij ana vnc. semis, sulphuris
 vnc. vna mistis, nares magno
 successu suffiuntur Ganerij.
 Sternutamentum moue im-
 misso in nares puluere tenuissi-
 mo piperis, sinapi, castorij, stru-
 thij, ellebori. Vomitū immissa
 faucibus penna citasse multis
 salubre fuit. ac postremò sinci-
 put vtere oleo de spica feruēte,
 vel alio cerebrum roborante, si
 cætera vincantur. Cerebrum,
 cor, os ventriculi roborantur
 sumptis & admotis cuiusq; re-
 medijs, modò non sint suaue-
 olentia:

Suffitus.

Præca

Que gigni p bent.

Semen nunt.

Vitand

Sternutame ta.

Vomitus.

Victus.

olétia: syncopes remedia vsurpétur, vt vinum paucum, quod tamen in præcautione fugiendum est, vt mox audies. Faciē aqua rosarū, vel posca asperge.

Præcautio.

Cauebis autem ne suffocatio aut fiat, aut reperat, si causam eius prohibebis, aut sustuleris feminis scilicet aut mensū ex retētione corruptionē. Nubat igitur, aut si nō liber ac nō licet, vitu quotidiano sumantur frigida: vt lactuce, portulaca, pisces, aqua, acētum, panis hordaceus, & similia. Culcitra folijs salicis, vitis, nymphæ plena incubetur. Semen gigni prohibent, & genitum cohibent, diacymnum, diatriōn pipereōn, diacalaminthes. Semen agni, rutæ, mēthastri, calaminthes: aut siccarum ipsarū puluis sumptus, & recentes hæ lumbis substratē, siccando semen absumunt: in viris tamen promptius, quā mulieribus. Sic vsus frequens laconici, aut balnei aquarū medicamentosarum. Vitanda est ad libidinem incitatio ex veneris apprehensione, impudico sermone, virorum formosorū aspectu, vino generoso, carniū præsertim calidiorū aut crassiorum esu largiore, ex cæteris semen vel augmentibus vel promouentibus, & sanguinem augmentibus vel crassantibus. vtatur semen cōsumentibus aut supprimentibus, quæ in gonorrhœa fusiùs declarantur. *Victus*

Que semen gigni prohibent.

Semen absumunt.

Vitanda.

Victus.

A in vtraq; causa fit tenuis & tenuans, non autem melancholicus & crassus. Sed in semine corrupto venam ne seca, in suppreffis mensibus seca, vt in horum prouocatione scripsimus. Graueolentia odoret, bene olétia muliebrib. admoueat. Vomitus in vtraq; causa cur probat Auicenna non video, quod per ipsum tractis ad os ventriculi & cor materijs putribus, syncope & suffocatio augeatur. Intus & foris vttere tenuatibus, quæ materiam, & vapores venenosos minuât, aut foras dissi pent, aut saltem deorsum reuelant. Si crassa erit materia & létata, acētū scyllites, oxymeli scyllites, syrup. de radicib. artemisia, & similia eam tenuent, incidunt, tergeant.

Auicenna.

DE VTERI PRÆCIPITATIONE.

Vteri procidentia est, cū ipsius fundum, aut latus aliquod in collū, aliquando foras egreditur. Sunt qui etiam ascēsum vteri, vt dixi, præfocantem, & eiusdem in latus aliquod peruersionem, præcipationis nomine comprehendant. Sed hoc æquius Auicenna, Sauonarola, & alij multi, quàm illud. Causa mali huius continens est membranarum, quæ vterum vicinis partibus connectunt, abruptio, vel laxa-

Causæ.

*Ligamenta
unde abru-
yuntur.*

tio. Abrumpunt hæc ligamen-
ta putredo, & vehemens ten-
sio ex violento motu, qualis est
vociferatio, tussis violenta, ster-
nutamentum vehemens ac fre-
quens, partus cum violentia
citus, cohibitio anhelitus in
partu difficili, abortu, pellen-
dis secundis, aluo pigra, tines-
mo, dysuria, & ceteri motus, in
quibus diaphragma, & muscu-
li octo epigastrii vterum com-
pressu deturbant, vt pondere,
suppressorum mensium copia,
fœtus grauis, vtraq; ratione a-
quarum in ascite prouentus, vt
in tympania etiã flatuũ, obste-
tricis manus violenta in extra-
hendo partu, & muliebrib. Cef-
spitatio, lubricatio, cursus ve-
lox, chorea saltatoria, saltus ab
alto in crura præsertim diducta,
aut lapsus similis, grauis pôde-
ris leuatio, percussio. Ligamē-
ta vteri laxantur, aut humore
multo, præsertim pituitoso (vte-
rus enim velut quædam mulie-
ri est cloaca) imbuta, aut partu
crebro, vel alia ex causa, vt æta-
tis declinantis imbecillitate
exoluta, aut paralyfi ex diutur-
na fessioe super lapidē, aut sta-
tione in aqua frigida, aut eius
crebro potu, aut aliorum frigi-
dorum contactu multo, ex mœ-
rore item ac metu vehementi
& repentino, & causis alijs in
paralyfi declaratis. Ad latus an-
ticum, posticum, dextrum, fini-
strum peruertitur, non modò

*Ligamenta
unde laxen-
tur.*

*Vterina per-
uersio.*

A ex vasorum eius lateris pleni-
tudine, sed ex ligamentorum
eiusdem lateris tumore aliquo
præter naturam, vel opposito-
rũ laxatione, paralyfi, putredi-
ne magnas phlegmonas, aut vl-
cera putria sequente. Peruer-
sio itē hæc, vt sæpe, sursum acci-
dit ex feminis virilis appetitu
quodã. Principiò sanguis plu-
rimus erumpit, deinde dolor
magnus partium quibus con-
nectitur, ilium, lumborum, of-
fis sacri, hypogastrii, pudendi
subsequitur, in quo grauitas &
tumor oui forma, sed magnitu-
dine varia, pro affectus vteri,
colli eius amplitudine, visui et
tactui apparet. Stercus & vrina
B sæpe supprimuntur, à tumore v-
teri rectum intestinum, & vesicæ
collũ comprimente. Febris
interdum comitatur, interdum
cõuulsio ex partis frigore. Gra-
uitas ceu glomeris fili in pu-
dēdo muliebri sentitur. Si liga-
mēta vteri humore multo im-
buta laxataq; sint, indolēter ex-
cidit, præcessit victus ratio hu-
midior, vt esus largior fructuũ,
pisciũ recentiu, vita otiosa: &
pudendũ humore multo sem-
per madet: præcipuè in coitu.
Si ligamenta putria sint, sanies
putris & virulēta simul effluit.
Recens vteri procidētia si repo-
natur, ætas sit adolescens aut
florens, hæret & permanet, æ-
grè tamen si veterauit (quando
nec dolet, nec conuelli pericli-
tatur)

*Libro 6. loc.
aff. capit. 5.*

*Signa et sym-
ptomata.*

Actius.

*Prognosti-
ca.
Auicenna.*

*Vterus
tris.*

Curat

Situs

Fotu

tatur)reponi quidē potest, sed
 mox leui ex causa relabitur,
 præsertim etate iam prouectio
 re. Quantū vteri corporis pu
 tre iudicaris, excidendū est au
 denter, cū superuixerit mulier
 cui probè totus putris excisus
 fuerat. Si ob ligamentorū pu
 tridinē procidit vterus, insana
 bilis est. Plethoricā mulierem
 secta vena cubiti interna, caco
 chymā purgatione vincenti hu
 mori idonea, sed blāda, ne ma
 terias ad vterum deturbent, va
 cuabis: & aluum, si dura est,
 clystere molli subduces: si flati
 bus distenditur, discutiente: v
 rinam quoq; nisi sub id tēpus
 multa satis est reddita, fistula
 vrinaria euocabis, ne intestini,
 & vesicæ (inter quæ situs vteri
 est naturalis) renitens tumor,
 vterum ob loci angustiam re
 poni prohibeat, aut iam reposti
 tum rursus comprimendo præ
 cipitet. Mulierem deinde supi
 nam collocet obstetrix, nati
 bus & cruribus elatioribus, ac
 diductis, mox vteri partem pro
 lapsam foueat aliquādiu tepen
 te vel oleo vel butyro, vel adipe
 gallinæ, vel maluæ, altheæ,
 feminis lini, scœnigræci decocto
 vbi pars hæc emollita videbi
 tur, astringentiū, & aluminis de
 cocto ex vino austero foueri
 potest: deinde oleo cydonino,
 aut myrtino illitā, insperge pul
 uere gallæ, balaustij, malicorij,
 glādis, nucis cypressi, rosarum

A rubrarū, mastiches, acaciæ, hy
 pocisthidos: aut illine his pulue
 rib. oleo aliquo astringēte exce
 ptis, postremò sensim ac molli
 ter reponat, vel elatis, diductis,
 & succussis cruribus, & cluni
 bus, vt in calculo vrinam sup
 primēte docet Galenus: vel ma
 nu gracili oleo mastichino, vel
 alio, præsertim astringente &
 graueolente inuncta: vel pessa
 prælogo ex lana linteo puro et
 tenui inuoluta, quæ prædictis a
 stringētib. circūliueris: pessa su
 perda lanam, vel spongiam,
 vel linteum, vel stupam vino
 austero cui anstringētia priora
 sint incocta tepente imbutam:
 pectini quoque eadem ex vino
 simili, aut posca calente impo
 nat: ilibus item, vmbilico, aut
 sub mammis cucurbitulas le
 ues cum multa flamma affigat.
 sunt qui lumbis quoque, & è
 regione vmbilici affigi velint.
 Tunc quoque digitis in os alti
 us immisis vomitum irriter,
 vt sursum reuellat vterū. Quam
 rem etiam iuuant vincula ad
 brachiorum articulos dolorifi
 ca, & his multò magis odores
 iucundi, ambra, moschus, gal
 lia moschata, alipta moschata,
 naribus cōtinenter admoti: scē
 di verò & tetri muliebribus, ob
 id taurino vel bubulo stercore
 vterum efficaciter per infundi
 bulum suffies, & ammoniaco,
 sagapeno, galbano, opo Parthi
 co (quam asam fetidam vocāt)

illitus.

Cucurbitu
le.

Vincula.

Suffitus.

Vterus pu
tris.

Curatio.

Situs.

Fotus.

6. loc.
pit. 5.et sym
tta.

li

a.

Vnguentum.

per se, aut vrina foetete solutis, mulier tamen sit circūtecta, ne hic vapor foedus nares attingat. Ex iisdem, & similibus vnguenta, cerata, emplastra internis coxis admoueri possunt, ex terebinthina, ladano puro, mastiche, spica, caryophyllis, ambra grisea, moscho bono, & similiter odoris emplastrum rotundum nõ tectum, vmbilico, & lumbis: è regione vmbilici, lana succida aceto incocta vntri imposita, vel sacculus ex methastro super tegulam ignitam assato, & vino austero pauco interim, si opus est, affuso. Quæ omnia tibi sunt diligenter faciendâ, donec vterum loco suo restitutum, symptomata omnino placata testentur, tuncq; crura inuicem crucis obliquæ forma complicabit. Hac corporis figura ad dies nouem, decem, in summa quiete maneat, topicis remedijs aliquoties interim mutatis, & causas proci-dentiæ omnes dictas diligenter vitet. Victus ratio sit calida, sicca, tenuis, vinum odoratũ, tenue, cibus euchymus. Aluus ne pigra sit aut dura, nec etiam lubrica, quod illa vterum per se, aut cohibitam respirationem præcipitet, hæc mēbranas vterum colligantes relaxet. Lētes excorticatæ cum astringentib. coctæ sumantur: cornu cerui vnti, foliorum lauri siccorũ, myrtorum ana dragmam vnam cū

Victus ratio.

A vino austero sumptam, vterum statim reuocare in suam sedem multi scribunt. Allium etiã tritum, aqua solutum, fotu vterũ repellit: & vrtica recēs trita, emplastro vntri imposita vterum retrahit. Althea cū oleo & adipe coturnicis cocta, huic vteri affectui, & vlceri, & pruritui, & omni tumori, cæteris denique affectibus vtilissimum præsidium putatur. Cinis testæ oui ex qua pullus est exclusus vtero inspersus, pice superlita, loco suo reddit.

In remedijs prolapsi vteri astringētia sint omnia calida cū frigidis ob temperiem nervosam partis frigidæ, sic tamen vt interdum calida præpolleant, interdum frigida, pro varijs indicationibus. Si autem vterus iamdiu prolapsus refrixerit, ante repositionē calfaciendus est fotu, ex decocto foliorum lauri, abrotoni, arthemisiæ & similiũ. Si intumuerit, nec ob id facile reponi queat, antè est eodẽ decocto, vel betæ & cumini fouendus, adiecto sale tenuissimo: & vbi iam detumuerit, resoluta tumefaciēte materia, vt prius loco proprio restituendus est. Aceto, oxymelite, posca vterum cū Aëtio ne attingas, quod acutum vtero, vt cæteris partibus nervosis frigiditate & acrimonia mordaci sit noxiũ Hippocrati, tamen oxymelite, oxy-sachara sumptis, potes materiã crassam

*Adeps coturnicis.**Prolapsi vteri remedia qualia.**Vterus iam diu prolapsus.**Sauona Compositum.**Cataplasma Mesuæ.*

suffitus, & coriorū segmēta cū gallis suffita per infundibulū, aut sedem perforatam. Sabinā aut, & calaminthen, & enulam cum Sauonarola ne sume, nisi pauca frigidis multis mista. Ex his quoq; medicamētis simplicibus cōposita tam sumenda à ieiuna, & hora somni sine cœna. vt condita, sapæ, syrui, electaria solida, & mollia, apoze-mata, catapotia, trochisci, pulueres. quàm admouēda, vel vterero immittenda, olea, vnguenta, cerata, emplastra, cataplasmata, balnea, fomēta, suffitus, pessi, glandes. Sic ieiunis dantur syrui rosarum, granatorū, cydoniorū, myrtinus cū aqua plantaginis aut pluuia, aut fontana aliquoties vstulata, conferua rosarum antiqua, diacodiū, diacydoniū sine speciebus saccharatum, & quæ alia earundē virium leges in libro Mesuē de Antidotis: qualia sunt eiusdem catapotia de bdellio triplicia, & Philonij Perfici scrupulum vnum cū vino, trochisci oxyachantæ, sigilli Lemnij, & vulgaris electri, spodij, coralli sumpti cum vino vstulato, vel vino granatorum, vel aqua decoctionis alicuius predictorum astringentiū, aut ex his distillata, cui hæmatites confricetur donec rubeat: omnem enim hæmorrhagiam sistit, vti & eius puluis mollissimus, prædictis inspersus. Potes ex iisdem opiati me-

A dicamenti formam & cōsistentiā fingere, & electarij solidi & catapotiorū, vt hæc horis duabus ante cibum & cœnā sumantur. Muccago quoq; ex gummi Arabico & tragacātho cū aqua plantaginis extracta ad vncias quatuor, cum pari mensura succi plantaginis mista, & partim cum saccharo rosato pota, partim vtero temperata per metrē chyten, remediū vteri affectib. omniū præstantissimū, iniecta præter cetera efficax à plurimis est persæpe probata. Vidimus quatuor diebus è vulua profluere sanguinem, nec potuisse villo remedio sisti, præterquam succo plantaginis ad cyathum vnum iniecto tandem die quarto. Et porrò id medicamentū, ad ea quæ ex erosione excitantur sanguinis profluvia utilissimum. Rhei Pontici decoctum, aut ipsum tritū, & potioni inspersum, vel corallij dragmas duas, vel loti ramēta aut ipsorū decoctum, post Galenum commendat Aëtius: & spongiā pice liquida irrigatam, in olla vstā, tritam, potam, & vtero iniectā: & vinum dulce in cortice mali granati coctum, colatum, iniectum, lac asinæ in pascuis nutritæ, cremor chondri, aut prissanæ, syrupus rosarum siccarum, oleum rosaceum, iniecta per se vel inuicem mista, præsertim cū fluor cum dolore est. Vnguentū Comitissę vulgò dictū,

Ex libro experimentorum Galeno tributo citat

Gal. lib. 5.
Meth. & li.
6. Simpl. in
arnoglossos:
& Aëtius li.
16. cap. 66.

Vnguentum
Comitissæ.

Sauonarola.
Composita
sumenda.

s cotur

psi ute
media

s iam
prola-

Catapotia
Mesuæ.

solùm lumbis & pectini admo-
tum, sæpe menses sistit, post-
quam totius est habita ratio: vt
etiam cœptū fieri abortum co-
hibere sufficiat. Fuligo vel rasu-
ra fundi cacabi, vel gypsum v-
stum cum oleo myrteo, vel al-
buminibus, vel succo vrticæ
(quam Græcā vocant) vel muc-
cagine seminis psyllij cum suc-
co verbasci extracta, pauco ace-
to, & pilis leporis adiectis, salu-
briter quoq; admoueri imo vē-
tri prædicat vulgus medicorū,
& mammis chelidonium tritū,
aut pannos aceto acri merfos.
Qua verò ratione ex iisdē pes-
si, glandes, suffitus, forus, infes-
sus fiant, ex suppressis mensi-
bus repetere: quanquam huic af-
fectui hæc quatenus calent a-
ctu suspecta sunt, & vitanda po-
tius, quàm vtenda. Nam calidū
vfu crebro sanguinis profluui-
um affert, & refrigerata sunt cal-
facienda, præterquam quibus
sanguis fluit, aut fluxurus est.
Hæc igitur aut remissè tepida
sint, aut frigida, si adhibebun-
tur: & ex aqua aut pluuiâ, aut
fabrorum, aut alia aliquoties
vstulata. Inuidebit autem hora
vna ieiuna, & sub cœnâ. Tibi-
as quoq; frigidæ ad femora vs-
que imposuisse multas iuuat,
præsertim carnosas: multo ma-
gis si aqua sit qualiter prædixi,
& cui astringentia sint incocta.
Eadem merfus pânus lumbis,
pectini, feminibus, muliebri-

Apho . 16.
lib. 5.

Apho . 19.
lib. 5.

Abus identidem appositus.

Si ab eroso vteri vase immo-
deratus fluunt menses, secta
prius vena, tergeantur vlcera
hydromelite, & aloë in vterum
iniecta. Deinde iniiciantur a-
stringentia primùm clementio-
ra, vt galla vsta aceto extincta,
trochisci prædicti, & si opus est,
chalciti vel chalcátho: sed eorū
vi per hydromeli, & astringen-
tium decoctum remissa. Si ve-
rò sanguis aut humores ei mi-
sti, prius per alios meatus, vt na-
res, hæmorrhoidas, vrinâs, su-
dore, cutis pustulas vacuari
soliti, nunc in corpore retenti
& redundantes violentiùs per
vterum ruunt, secta prius vena,
& si cacochymia quoq; adest,
facta purgatione, ad consuetos
vacuationi meatus sanguinis
impetū reuelle, impositis quæ
sanguinem naribus, aut venis
hæmorrhoidib. effundunt: nisi
quòd hæc sunt verèdæ, quia de-
orsum ferunt, quomodo vreti-
ca. Hydrotica autem sanguinē
commouent, & ad fluxū præ-
parant. Si à retentricis vaso-
rum imbecillitate, eam robora
vfu eorum quæ intemperie im-
becillitatis autorem corrigūt.
Sanguinem suppressentia non
pauca remedia scripta sunt in
hæmorrhagia per nares, ex pul-
mone, aut thorace per vri-
nas, per sedem in dys-
enteria.

Ab eroso u-
teri vase flu-
unt menses.
Gal. libro 5.
Meth.

A retentricis
imbecillitate

Lib. 6. sym-
pto. & lib. 6
loc. aff. ca. 5.

Fluxus
liebris
Actius
cap. 6.

Differ
fluxus
bris.

Libro
affec.

Lib. 6.
affec. c.

Fluxus muliebris.

DE FLVXV MULIEBRI
& albis mensibus.

Actius li. 16.
cap. 67.

Est præterea fluxus muliebris dictus, id est, diurna & nonnullis continua, alijs per interualla superueniēs per vterū distillatio, ferē indolēs, vlcerato autem iam vtero, dolorifica, alioqui vtero haudquaquam affecto, sed expurgata per ipsum, vt interdum per renes vniuersi corporis redundāria. Diuersus hic est à menstrua purgatione, quōd in hac sanguis ferē sincerus per dies paucos quantus est vacuandus erūpit: in fluxu autem isto corruptus sanguis nunc ruber, estq; ipsius sanguinis sanies, nunc albus, cremori ptissanæ similis, à sanguine pituitoso excolatus, qualis est sæpius. Nam is fluxus potissimum accidit mulieri laxis carnibus & pituitosæ (vnde albos flores vulgus vocat) nūc à bile amara pallefcit, sæpe à seroso excremento liquidus & aquosus est. Is igitur vbi exquisitè est coloratus, humorem redundantem colore facillè prodit. Si obscurè est tinctus, linteo excipitur, siccetur, aqua pura lauetur, color maculæ in linteo relictus humorem peccantem indicat, vt in menstruis diximus ex Hippocrate. Quod si purus sanguis fuerit, qualis ex dissecta vel rupta vena profluit, obserua diligenter

Differentie
fluxus muliebris.

Libro 6. loc.
affec.

Lib. 6. loc.
affec. cap. 5.

An sit vteri erosio in cervice ipsius potius, quā alia eius parte magna ex parte adueniēs: hæcque per saniem, & tactum digiti cognoscitur, quæ alibi est, per saniem tantum. Falsum verò est, menses à venis colli vteri fluere, hunc verò fluxum à venis ad fundum vteri, cum per vtrasq; ambo fieri possint. Albus hic fluxus fit ab imbecilla coctione ventriculi, & corporis totius: ex mœrore, vel vsu pituitosorum ciborum. Flauus, ab intemperie calida hepatis, & venarum etiam vteri. Inferre solet hic fluxus imbecillitatē, decolorationem, prostratam appetentiam, emaciationem, implacatum mœrorē, pedum tumorem, os vteri aperit & relaxat, & vterum vsque ad muliebrem pudendum sæpe præcipitat. Idem si florenti ætati ruber, declinanti albus contigerit, facillè curatur, quia talis his ætatis est familiaris, aliàs ægrius sanatur. Nulla mulieris molestia affluit frequēter, nisi quōd viris, & sibi, hoc pudendorum madore, perpetuò displicet. Non raro autē ex putredine in corpore, aut vtero, vel ex mista bile flaua, aut seroso excremento acrimoniam acquirit, & partes vteri vrit, & vlcerat, & tandem doloris impatientia & atrophiam enecat. Est postremò etiam ob aliquem vteri affectū aliud ex vtero deprauatū pro-

Sauonarolæ
lapsus.

Cause
fluxus.

Signa.

Lib. 6. sym-
pto.

Curatio Li.
6. loc. affec.
cap. 5.

Cura fluxus
muliebris ru-
bei.

Victus.

fluxum. Vtrunq; conceptum A syrupo cydoniorū, granatorū, impedit: quia semen vel corrū-
pit, vel lubricando elabi compellit. Illud autem muliebre profluuium, intacto vtero, sed adhibitis vniuerso corpori remedijs, sanauimus: victu scilicet tenui & siccante, & vacuatione totius, per phlebotomē, & purgationē. In fluxu enim muliebri rubro sanguinem primum mitte, secta cubiti dextra vena interna: vel cum Aëtio frontis, aut narium, aut scapularum, paritaque vacuatione, paulatim sed diutius reuelle, præsertim cum hæc fluxus differentia in iuuentutem frequentius incidat, auxilia reuulsoria cætera in mensibus superfluis dicta, adhibet. Antequam totius vacuationem, si repellentibus topicis materiam regeris in hepar quidem, hydropem, aut phlegmonem: in neruos vero aut caput, aut ventriculum, harū partium affectus prauos excitat. Post ipsam verò, repellentia remedia in mēsis immoderatis scripta sume, admo-ue pectini, coxis, lumbis, immitte vtero, vel saltē vteri collo, pelsis, metrenchyta. Sic mulierem colloca in lecto nō plumaceo, vt corpus vteri sit sublimius, crura inuicem complicāda, & vterum versus flectenda. Victus sit multum tenuis & siccans, atque astringens: bibat aquam ferratam per se, aut cum

A syrupo cydoniorū, granatorū, si vires multum imbecillæ, paucum vinum crassum, austerum, edat pyra austera, pruna, & cætera in fluxu menstruo imperata. Si verò à pituita, vel bile, vel sero sanguinis fiat hic fluxus, purgetur aliquoties medicamentis phlegmagogis, cholagogis, hydragogis, quisq; scilicet humor sibi familiarib. Vel si purgari nolit, alienorum excretioni per vterum tempus aliquod permittit, & interim victu vtere tenui & siccate, qualis etiam post purgationes necessarius est: calidus in pituitoso fluxu, frigidus aut temperatus in bilioso. Reliquiæ per cutim digerantur frictione, exercitatione per gestationē, vocē, ambulationem, Aërius: aque salse, aluminosæ, vel potius sulphurosæ, bituminosæ balneo, suffitu ex decocto in aqua pluuia, aut fabrorum, aut ferrata, herbarum calentium & aromaticarū magis in pituitoso, minùs in bilioso fluxu: iniectis balneo lapidibus ignitis, post in lecto iterum sudet, repetatur sæpe. Corpus item illine oleo cui incoxeris enulam, pyrethrum, piper, schœnathum in pituitoso: chamæmelum, melilotum in bilioso. Ventriculum, hepar, cerebrum robora sumptis, & admotis his quæ ipsorum intemperie, vel calidā in bilioso, vel frigidā in pituitoso fluxu emē dent,

Fluxus muliebris à pituita curatio.

In utero
ijcienda

Acetum
cet Li.
tione u
cutoru

dent, quorū ille hepaticus, hic ven-
triculo & cerebro ferè acceprus
refertur. Vtatur etiam diebus
aliquot cornu cerui vsto cū aca-
cia, & diatragacantho ex vino.
Loti ramenta idem pollent Ga-
leno, & decoctū corticis eiusdē
Aëtio, & eidē ipsi, corallij, vel se-
minū vuæ dragma vna cum vi-
no nigro, & leporis hēdiue coa-
gulum ad erui quantitatem po-
tea dilutum. In vterum autē
inijciantur quę humores putre-
dine, vel mista bile acres, aut e-
tiam frigiditate insigni vnitatē
diuellentes mulceant, tergeāt,
abluant: vt lac quoduis etiam
amylo incocto in crassatum, hy-
dromeli, cremor alicæ, orizæ,
foenigræci succus: additis pri-
mūm quæ parum astringāt, vt
rthuræ, manna thuris, aloë lora,
absinthio pōtico: & in pituitoso
etiā myrrha pauca, p̄sertim
si vlcerum vteri putriū est suspi-
tio. Aut si valenter astringētia,
vt acacia, hypocisthis, galla, ba-
laustiū, malicoriū addere vis,
parua portione misceantur a-
lijs multis, & largiorib. Misceri
etiam potest oleum rosaceum,
lentiscinum, mastichinū, cēnā-
thinū. Acetum vtero, & neruo-
sis partibus, Hippocrate teste,
noxium, cūm Aëtio libro 16.
cap. 69. non miscuerim: sed po-
tius vinum nigrum, austerum.
Nec tetracharmacum rosaceo
dilutum cū eodem iniecerim,
vbi quæ effluunt perquam fœ-

A tida sunt. Nam putredinem il-
la significant, & forsan cum
vlcere: quorum vtrique tetra-
pharmacum ex calidis humi-
dis mistum est aduersissimum,
si Galeno, & veritati credimus.
Sumantur cremor alicæ, aut tri-
tici, aut hordei, aut lac cum mi-
ca panis, vel amylo coctio-
ne crassatum: & hæc non liqui-
da sed corpulenta magis, nisi
pituita sit crassior: qualis quæ
scirrhus albos facere cōsuevit,
& qualis est ferè albumini oui
consistentia, colore, viribus si-
milis: quam ob id albumineā
appello. Galenus cū Praxagora
vitreā vocauit, quod vitro simi-
lis sit, non perperuō, sed cū
B fufum est, quando est causticū:
cūm pituita hæc sit omnīū quę
in corpore sunt etiam calido,
frigidissima. Carnibus vtantur
auium montanarum, & anima-
lium agrestium, & alijs siccan-
tibus alsis magis, quàm elixis.

DE VTERI SVFFOCATIO- ne, & peruerfione.

ὄστρον νύκτις. id est, vterina suf-
focatio, seu *ἀνοία*, id est, spiratio
proueniens, ob seminis, vel mē-
fium retētionem, & corruptionē.
Addūt Practici vteri absces-
sum, & putrētes in vtero albos,
& alios prauos humores, & ab
his fumos & flatulentos vapo-
res, hanc excitare. Dum enim

Vterina suf-
focatio un-
de. Practici.

cus mu-
ris à pi-
a cura-

In uterum in-
ijcienda.

Acetum no-
cet Li. de ra-
tione vic. a-
cutorum.

Cigallus alla pflumia vterum p̄p̄t
no vterum angf. vob. p̄p̄t

mulier præcipuè iuuenis, & salax, & carnosa, & probè nutrita, multiq̄ue sanguinis & seminis, vel monialis est, vel sponte sua continens, vel marito parum mulieroso nupta, vel marito multū salaci vidua, veneris appetitu tentatur, irritata viri alicuius conspectu, colloquio impudico, osculo, mammarum aut muliebrium contactu, etiā per somnium representatis, semē in vterum emittit largum, quod vel in molā abit (de qua postea) vel ibi aut circa testes corruptum, vapores quosdam venenosos in cor & cerebrum emittit: à quibus symptomata excitantur sequissima, vt in morbis à cane rabido, vel animali venenoso. Qualis putredo, si suppressis mēsisibus aduenit, partes illas principes viroso vapore similiter afficiet, vt in epilepsijs quibusdam accidit. Sed ad hanc noxam vniuerso corpori per vapores huiusmodi inferendam, seminis quàm mēsium vis est multò maior.

Ob id viduis vel solis, vel magna ex parte accidit hæc affectio, præsertim quæ dum nuptæ erant, probè purgabantur, virorum concubitu vti gaudebant, liberos pariebant: nunc his priuatæ, menses vel semen corrumpunt, præsertim si naturaliter multo semine abundat, & vitiosis humorib. suapte natura plenæ sunt, & in otio edu-

A catae, & libidini multæ indulserunt, nunc derepente continere coeperunt. Adhæc viduis quibusdam quârū prius, aut paulò minus purgatis, hæc suffocatio vaporosa accidit, nuptis menses suppressos habentibus non admodum accidit.

Vnde manifestum est semen retentum vitiatumque quàm menses suppressos & corruptos maiorem vim habere ad hoc symptoma in corporibus affici idoneis excitandum per vaporem: per vteri verò inclinationem, errorem, extensionem, peruersionem, contrà. In hac enim vterus vel sursum, vel

B vasorum ad ipsum peruenientium plenitudinē, & suspensionem. Repleta enim vasa, vt cætera omnia mollia in latum & profundum extenduntur, sed breuiora fiunt: ob id ad originem suam venam cauam, & arteriam magnam magis retrahuntur, dum sanguine menstruo replentur, ad vterum quidem per vasa ipsi connexa tendente, sed ingredi prohibito aut quia crassior est, quàm vt per ora vasorum possit penetrare, aut quia ora illa sunt clausa, aut propter etiam causam in suppressis mensibus conscriptam. Igitur in vasis cumulatū sanguis ea extendit: vasa autem per tensionem, & repletionem breuiata, vterum ad

Semen retentum & vitiatum.

Vteri peruersionis & retractionis causa.

Suffocatio ab utero, quibus potissimum accidit.

ad se retrahunt, idq; vel æqualiter, tunc vterus rectà sursum, vetriculū, & diaphragma versus ascendere videtur: vel inæqualiter, tunc antè, vel retrò, vel in dextrum, vel sinistrum, ad partem scilicet vehementius trahentem inclinatur vterus. Hæc autem vteri retractio sursum, vt respirationem crebrā magis efficere possit, quemadmodū cibo, potu, aliāve materia plenior ventriculus, & fœtu grandiore distentus iam vterus, & ascite, aut tympaniā tumens venter totus: tamen nullum horum respirationem repente tollere potest, nec hysterica alia symptomata excitare vterus, præsertim cum perexiguū id sit, quod ascendere videtur, ac multò infra vetriculi fundum, tantū abest, vt diaphragma attingat: quāuis etiam fauces, & partes cæteras, à distracto vtero, vel elato vapore dolētes, vterū ascendere falsò dicant mulieres: & quædā, ceu bolo quodam gulam obstruente, se strangulari. Vteri igitur peruersiones suppressos menses sequuntur, ob plenitudinem vasā, & per hæc vterum retrahentem.

Quæ verò noxæ viduas citra vteri peruersionem, aut mēsum suppressionem molestare solent, ob retentum semen magis euenire putantur. Ceterū pro quantitatis & qualitatis tū menstruorum, tum seminis ra-

A tione, aliās alię symptomatum species oriri solēt. Si enim causa noxia est frigida, vniuersum corpus adeò refrigeratur, vt respiratione, & pulsus arteriarum sensu deprehēdi nequeant. Si crassa est, vel acris, cōuulsionem excitat: si melancholica, mœrorē: animi verò deliquia ob accessionum vehementiam, & maximas refrigerationes, & oris vetriculi vitia. Quid, quòd morbus hic flatuosa refrigeratio putatur? quòd semē in vterum effusum refrigeretur, cerebrōque & cordi frigiditatem, vbi impertitum est, prædicta inferant symptomata: hyeme & autumno magis, vel vtero per tēpus purgationis menstruæ, aut per difficilem abortum refrigerato, vel cum sanguinis menstrui eruptio derepente suppressa est. Iuuenes autem maximè, & salaces, & steriles præsertim per medicamenta redditaræ, huic malo sunt obnoxia. Ex quibus perspicuum est, vterum primariò affectum, sympathetice stomachum, cor, hepar, cerebri afficere. Addit Aëtii- *Lib. 17. cap.*

us sepe vetriculi repletionem *70.* vtero affectum hunc communicare, interdū hepatis, lienificæ causa retrahi vasā, quibus vterus suspenditur.

Impendentem ab vtero suffocationem ostendunt symptomata eadē quę præsentem, sed *5.* leuiora: vt respiratione, & pulsus ci-

Signa et symptomata ex Gal. libro 6. loc. aff. cad. Practi

difficilis, cordis palpitatio. Dolor capitis sæpe cum rubore labiorum, faciei, & oculorū, qui etiam interdum sic claudūtur, vt aperiri nequeant, interdum tristis est aspectus, interdum scotoma, & vertigo, à vapore putri in cerebrum elato & spiritum visorium, & sæpe animalem reliquum perturbante: vnde & delirium leue nunc apprehensionis, nūc ratiocinationis, nunc vtriusq; per quod se cum dicenda tacēda loquitur: interdum stupida, & velut attonita stuper. Caros absolutus, surda est ac muta, vt alrē vocanti non respondeat. Interdū audit, & intelligit, sed respondere nequit. Præsentit aliquando mulier quidpiam ab imo ventre etiā multum dolente ad os ventriculi ascendere. Vterus multis dolet, ac tumet, & hæc erigi non possunt, sed curuatę in ventrē cubant indolentiūs, manu ventri affixa, vteri quem putant ascensum prohibere conantur. Sitis interdum, à putri mensium aut spermatis vapore sursum elato. Crura cæteris partibus imbecilliora labant, quia à cerebro & corde lōgiūs absunt, & parti primariò affectæ sunt propinquiora. Corpus fit pigrū ad actiones, & omnes motus voluntarios, decolor, & pallidum, aut flauum. Quę omnia augentur iam suffocata muliere, vt contractis antrorsum cru-

ribus in spinā sæpe cadat, mortuæq; sit similis: nam plerisque sensus omnis & motus perit, & pulsus tam est paruus & obscurus, vt non sentiarur. Notū tamen mortuæ sunt omnes, quāuis respiratio à vita inseparabilis actio, nulla nobis appareat admouentibus ori, & naribus speculū tersum bene, ac perpolitum, quòd expirationis vapor crassus in respirante velut obnubit, & maculat, nota vitæ certissima, vel carptæ & pexæ lanæ flocculos, aut pennam mollissimam, quæ motu respiratio nem eius testentur, modò assidentium exspiratio hæc mouēs tibi nō imponat, vt cyathus aqua plenus ori vetriculi impositus. Calorē enim habent exiguum in medijs partibus corporis relictum, cuius beneficio seruantur. Hic autem calor internus, quia paucus respiratio ne thoracis, pulmonis actione ad sui custodiam, id est, refrigerationem, ventilationem, nutritionem, nō admodum eget: quomodo neque in animalib. frigidis hyeme latentibus, sed trāspiratione cordis & artierum actione seruata abundē fogetur: vt per hunc vita existat, nulla respiratio per os apparente. Hæc enim propter affectū corpus vniuersum refrigeratum, aut perit omnino, aut tā exigua est, vt sensum omnem fugiat. Plurimæ tamen non solū

Signa uitam significātes.

Libro
uict. a
rum.

Fotus
imi pot
insest.

Relaps
ri curat

Vene se

Cucurb

Haly.

Libro Rat. uict. acuto- rum. crassam tenuare, létam incide-

Fotus uētris imipotior infesū.

Relapsus ute- ri curatur.

Venæ sectio.

Cucurbitula

Haly.

re, & tergere. Ventrem imū mu-
lieris ita locatæ, vino austero,
cui rubus, myrrus, létiscus, ma-
licorium, & similiter astringen-
tia sint incocta, fouere ex lana,
spongia, aut linteis expressis
mallem, quàm infesū cum Aë-
tio & Practicis: q̄ motus corpo-
ris ad insidendum necessarius,
& ipsa insidentis figura, vtero
rursus præcipitando momen-
tum adferat.

Si vterus ob humoris lento-
rem mox relabitur, hunc vrina
fœtente, aut lixiuio clementi
terge, adiecto, si opus est, nitro,
& si lentor est contumax, etiam
fecis vini vstæ portione exi-
gua, deinde cetera vt prius per-
fice. Si ad lateris aliquod præci-
pitetur vterus, tenis eius late-
ris ex plenitudine venis, aut ex
phlegmone membranis colli-
gantibus, venam malleoli op-
positi lateris secabis, & parti op-
positæ cucurbitulam lenem af-
figes, in eamq; decubitus im-
perabis. Folia porri torrefacta,
oleo nucum asperfa, parti ap-
plica in quam vergit vterus, &
locum suū repetet. Si iam diu
totus vterus inter coxas proci-
derit, nec reponi, nec hæere re-
positus possit: si vires valēt fe-
cuiffe, quomodo & putrefactū
præstiterit, aut deligasse, aut
exussisse: quando sic prolapsus
ob incuriam putrescere, aut ob
continuum vrinæ & stercoreis

A illuuiem vlcerari consuevit, vt
interim noxas ceteras à conta-
ctu frigidorum, à compressu &
contusione, & causis alijs extér-
nis, omittam. Si ex recēti per-
cussione, aut casu ab alto exci-
dit vterus, seca internam cubi-
ti venam, vt fluxionem in vte-
rum impendentem reuellas. Si
humore multo laxata sunt vte-
ri vincula, qui ferè est pituito-
sus, appara expulsionem deco-
cto arthemisiæ, ireos, enulæ, cha-
mæpityos, chamædryos, & simi-
lium cum aqua pluuiæ aut fer-
rata, deinde vacuetur agarico.
Si à feminis virilis appetitu tu-
multuatur vterus, nubat. si non
potest, semen muliebre extin-
gue remedijs in gonorrhœa,
pollutione nocturna, & coitu
immodico scriptis. Si collum
vteri peruersum est, dirigitur
digito obstetricis, vel pesto ex
mollentibus, & odoratis factis.

B

DE HOMINIS GENE-
RATIONE, SIVE FOECVN-
ditatis & sterilitatis causis, Iacobi
Syluij Medici libellus.

VIR temperatus in mulie-
re temperata fœcundissi-
mus est, in intemperata
quauis etiam fœcundus, sed mi-
nus quàm intemperatus in mu-
liere intemperiam contrariam
sortita: quòd hîc ex feminibus
contrarijs sese temperantibus
mediocritas quædam fiat,
Hh

*Prolapsus
uteri à causa
procatarcti-
ca.*

Actius.

*Hip. & Gal.
li. de na. ho.
Fœcundita-
tis aut sterili-
tatis in uiro
causæ plures*

cārum ad mediocritatem progressus quidam efficitur. Vir itē ab anno duodecimo ad septuagesimum generat, in fœmina ab anno decimoquarto ad quinquagesimum. Siqui ante hos annos, aut post generāt, in fœminis iuniorib. aut senioribus, rari sunt hī, & corpore benè habito, vt virides crudiq̄ue senes etiam nonagesimo anno generare visi sunt, & pueri anno nono, sed id, vt dixi, & rarū est, & fœtus producunt magna ex parte imbecillos, vt antè pbauimus in menstruē purgationis ratione. Nunc mihi dicendum esset quo ordine, & qua successiōe partes in nobis fermentur, quæ scilicet omnium primæ, & quando, quotoq̄ die absoluantur, & quæ cum quibus, & quæ post quas: sed id ex Hippocratis & Galeni libro de fœtus formatione legi malo, quapropter hac de re plura hīc dicenda non putauī. Generationem impediunt, vel omnino in sterilib. vel diū in infœcūdis, affectus præter naturam nunc viri, nunc mulieris, nunc vtriusque: & hi vel in semine vtriusq̄, vel in sanguine menstruo, vel in partibus genitiuis, aut eis ad generationē necessariō communicantibus. Viri enim semen multo calidius, quā generationi sit ex vsu, & velut torrefactū, aut frigidius & tanquā glaciātū, aut humidius, te-

Que generationem impediunt.

Seminis virilis differentia.

A nuius, aquosius, fluidius, ob id statim ex vtero effluens, quale senum, & valde puerorum, ac nimis puellarum, & ebriosorū, & helluonum, & pituitosorū: aut crassius & siccius est infœcundum: nisi mulieris semini aut tēperato, aut cōtrariam intemperiem sortito, vt calidum frigido, aut contrā, humidū sicco, aut contrā, cōmiscetur, & cōtemperetur. Multus itē adolescentis coitus semen reliquis ætatibus imbecillum, aut corruptum efficit, ob vasorū spermaticorū iam inde cœptā imbecillitatem. **C**oirus quoq̄; cū puella nimis pusilla, proprietate quadam semen corrumpit, vt & morbi cerebri, cordis, vetriculi, hepatis, lienis, renum, vasorum spermaticorum & testium. **P**orrò semen viri prolificum esse oportet album, glutinosum, grandinis modo globosum, splendidum, in aquam subsidens, odore florum palmæ aut sambuci, & muscis in id delapsis expetitum, & vsu iucundum. Sit præterea moderatum: nam parcius, generationi non sufficit, largius ægrè cōcipitur, & malè à paucō muliebri perinitia nutritur. Hæ autē in qualitate & quātitate seminis differentia, à temperatura, aut affectibus alijs, vel corporis totius vel partiū principum, maximè testiuū pendēt. A singulis enim partibus, præcipuè autē à principibus,

Auicenna. Valefcus.

Semen viri prolificum. Aristot.

Testes perficiuntur.

Infœcūdes.

In altera ste etiā diū.

col. of n. f. n. n. Venæ i niles.

Testes semē
perficiunt.

cipibus, semen decidi in initio cū de hoc, & mēstruo sanguine egimus, abūde probauimus. Testes verò cū semen percoquāt, & ornatu vltimo excolant, pro sua quoq; tēperatura, quoad eius fieri potest, afficiant necesse est, hoc est, calidi calidius, frigidus frigidius, humidus humidius, sicci siccius ipsum reddant. Ipsi præterea calidi sicci, & frigidi sicci paucū: calidi humidus multū, & prolificū: frigidi humidus nō ita multum, & id aquosum, crudū, & rarū prolificū, nisi in calido vtero & sicco.

Infœcūdi testes.

Infœcūdi præterea sunt testes phlegmone, aut tumore alio præter naturā magno, & diuturno obsessi, obdurati, insigniter vlcerati, vulnerati, cōuulsi, intra ventrē adhuc conditi, præcipuè ambo (quod multis adest, ac ferè primis coitibus descēdunt) resoluti, & omniū maximè ob hernias, vel causas alias execti ambo: nā altero manēre, fœcūditas perseverat. Excisio etiā calculi imperata, vasis sperma deferentib. (parastatas vocant medici) violatis, aut etiā spermaticis, infœcundos sæpè fecit. Venæ quoq; & arteriæ iuueniles dictæ, post aures sitæ, si vulnere, aut ab imperito chirurgo transuersæ secētur, quia testes cerebri cōmunionē priuāt, vt ab eo nec spiritū animalem, nec seminalē portionem recipere possint, sterilitatē affe-

A runt. Penis quoq; affectus nō pauci, viros reddunt infœcundos, vt dū hic est breuior vel natura, vel ætate, vel corporis totius præsertim imi corpulētia, & obesitate: vel est præfectus, vel frigore insigni, vel putredine corruptus: quoniā is semen in penitiore vteri sinū iaculari non potest, vti nec idem ob ligamenti breuitatē natiuā vel acquisititiā obliquior, & contortus: tamen quendam cui penis rigidus infra tres digitos erat, & alium cui ex cancro incisus erat breuissimus, genuisse scribit Sauonarola, ob valentē vteri attractionē, & reliqui penis iaculationem. **B** Damnatur & penis longior ab omnibus, vt infœcundus, quod (inquiūt) in via tam longa semen antè refrigeratur, quàm in vterum recipiatur. Sed ratio hæc frigere quoq; mihi videtur, præsertim cū in pene calido sit, quē collium vteri calidum vndiq; communit: æqualis autem longè collo vteri fuerit adgenerandū commodior. Ratione meliori damnatur seminis via obstructa, vel angustior natura, aut affectu acquisito, vt partium vicinarum tumore hunc meatum comprimente. Mulier quoq; infœcūda est, propter eosdē affectus præter naturā, tum seminis sui, tum testiculorū in vltimis cornib. sitorū: si videlicet id semen est calidius, frigidius,

Penis affectus infœcundos faciunt. Penis breuior.

Sauonarola.

Penis longior in uitio est.

Aristo. libro 1. animalib. cap. 19.

Mulier infœcūda unde.

Penis fœcundus.

In altero teste etiā fœcūditas.

Penis breuior. Penes masculos inuites.

humidius, ficius, ob simile corporis totius, & præcipuè partium principum, & inter has maximè testiculorum intemperaturam, & affectus alios nuper in virorum testibus abudè explicatos. Sic virago, id est, mulier barbata, audax, vegeta, virilis, voce graui, infœcunda est, quia calor multus sanguinem dissipat. Nec minùs infœcundam faciunt mulierè menstrui sanguinis quantitas, qualitas, vacuationis tēpus: adhæc vteri & vasorū ad ipsum pertinentiū affectus propè innumerabiles.

Virago quare infœcunda.

Menses immodici, et cōtrā.

Menses siquidem immodicè effusi, nō solū in præsens infœcundum mulierè reddunt, sed hydropem, & atrophiam pariunt: pauci autem, alimentum sufficiens semini, & embryo ac fœtui nō suppeditāt, multò minus nulli adhuc si apparuerint, aut iam diu suppressi sint, propter vasorum menstrualium densitatem, obstructionem, occupationē à cicatrice vulneribus inducta, vel causam aliā in mensibus suppressis dictam. Quòd si hi fluant quidē moderatè sed impuri, corrupciores, biliosi, pituitosi, melancholici, serosi, aut non nutriunt, aut malè, & prauo succo nutriunt semen, embryon, fœtum. Haud ita pridem verò menses qualitate bonos, quantitate mediocres fluxisse, conceptui aptissimū est tēpus, vt iā diu antè fluxisse in-

Tempus oportunū conceptui.

aptissimum, nisi si instat hic fluxus, quē tamē facilè conceptū semen sistat. Si enim tunc fluant, vnà & semen præcipitant. Meretrix, si sæpè cum diuersis coit, rarò concipit, quia attritu multo partes fiūt callosæ, & lubricæ, vasa spermatica infirma fiūt: sperma nō emittunt, quia sine multa voluptate cū ignotis coeunt. Vteri affectus præter naturā sterilitatis autores, ferè sunt intēperies osto solæ, aut (quod frequentius est) cum materia, sanguine, pituita, bile vtraque, sero, flatu, semine corrupto: & ea vel in spatio eius cōtentā, vnde mola vteri, ascites, & tympania, suffocatio, peruersio, procidentia, fluor, calculus: vel in corpus eius recepta, vnde tumores præter naturam fiunt, plegmone, erysipelas, herpes, scirrhus, scirroma miliarium, œdema, cancer, & is non vlceratus vel vlceratus, abscessus vterque, vlcera sordida, depascētia, scabiosa, pustulæ, pruritus, phimosis, priapismus, satyriasis, paralysis, obstructio à materia multa, crassa, lenta. Quorū plurimi etiā vteri vasis tum spermaticis tum mēstruis, cornibus, vinculis, ori, & collo cōmunes sunt. His verò duobus & muliebrib. ferè peculiare thymi, myrmecia, verruce, codylomata, rhagades, hæmorrhoides, nympa, os vteri imperforatū, adhæc angustia, amplitudo,

Meretrix rarò concipit.

Affectus uteri sterilitatis autores.

Aph. 5. 5.

Aph. 4. bro. 5.

Vterus dior.

Tumor præter naturam u

plitudo, obliquitas. Intemperaturæ enim hæ omnes seu natiuæ, seu ex victu prauo, aut morbo acquisitæ, dū insignes sunt, vteri facultatem, qua semē trahit, concipit, & retinet, fouet, infirmam faciunt aut proster-nūt. Ob id rectè dicebat Hipp. Quæ vteros habent frigidos & dēfos, calidos, humidos, siccos non concipiūt. Nam frigidi hu-midi extinguunt, & strangulant semen, calidi sicci penuria ali-menti corrumpunt. Cætera eo loco Galenus docet, & paulò antè. Quæ præter naturā crassè non concipiunt vtero, ijs omē-tum os vteri comprimit, nec concipiunt priusquā extenuē-tur. Sic quibus vteri corpus ex-carne est atq; gracilius, quia etiam frigidius, non concipiunt priusquā carnosiores euadant. Porrò vteri humidioris impuritas, non modò semē suffocat humoris copia & cor-rūpit, sed etiā lubricat, & reten-tricem vim vteri prosternit: si verò mulier aut vir mediocri-ter sint carnosī, & obesi, vel ma-cri, possunt cōcipere, si cætera cōsentiant. Tumores præter naturā præcipuè in tunica vte-ri propria, & in ipsius capacita-tē vergētes, quia spatiū semini eximunt, ac embryo & fœtui generationem, si non inchoari, saltem perfici prohibent, vti & vteri breuitas & angustia. Vteri verò vlcera, quantumuis blan-

A do attractu feminis offensa, id protinus expellūt, vt ventricu-lus, intestina alimētum, vesica vrinam, dum in his vlcus inest.

Vteri verò angustū os, & col-lum obliquius, vt in peruersio-ne dixi, aut obstructum carun-cula, membrana, adipe, callo, verruca: aut compressum ab omento largiore, tumore præ-ter naturam in ipsis, aut recto intestino, collo vesicæ, semen in vterum recipi prohibet: mul-tò magis os vteri, aut colli vte-ri non perforatum. Latius au-tem os vteri aut natura, aut par-tu difficili, aut coitu vario, vt in quibusdā meretricib. aut cau-sa alia, aut quia ob labra ipsius callosa & dura, post acceptum semen vniri non potest, conce-ptū prohibet: quia semen mox delabitur, vt his quæ mox à coi-tu surgunt, saltant, vehementi-ùs exercentur, tussunt, sternu-tant: nisi etiam priùs vitalis in eo spiritus exhalauerit. Nam quæ vtero gerunt, ijs vteri os comprimitur, & arctè adeo cogitur, vt ne aciculæ quidem pateat. Hæc igitur vitia v-teri similia, organica, com-munia, generationem impedi-unt, quia semen vtrunq; & mē-struū sanguinè in ipsum recipi prohibent, aut receptum cor-rumpunt, vel mox remittunt, ac expellunt.

Si velis scire an mulier non grauida sit conceptura, pannis

Vteri os an-gustius.

Vteri os lati-us.

Signa fœcum de mulieris, & contrā.

trix ra-ncipit.

Aph. 52. lib.

5.

tus ute-ilitatis es.

Aph. 46. li- bro. 5.

Vterus humi- dior.

Tumores præter natu- ram uteri.

circumtestā subter suffias myrtha, styrace, & similibus aromatis, quorū si odor ad os, & nares peruenit, ex se non est sterilis. lib. 5. Aph. 59. Pessum ex aristolochia cū melle imposito in ceruicem vteri, si saliuā dulcescat, fœcunda est. Spica allij vespere collo vteri imposita, si manē allij odorem naribus, aut saporē ore sentit, fœcunda est. Hęc signa ostendunt tantum mulierem non esse sterilem ab obstructis vteri orificijs, quanquā ob aliā causam sterilis esse possit. Crocus saliuā solutus, aut collyrium magno oculi angulo impositum, naribus odorē, ori saporem suum si repræsentat, fœcunda est: quia venas & arterias iuueniles ad aures à cerebro, ad inferiora vias esse apertas significant. Communes maris & fœminæ affectus generationē impediētes quidā dicti sunt, intemperies corporis totius, partiū principū, & maximē genitalium solæ, & cū materia, tumores præter naturā, solutio cōtinui. Præter hos etiā coitus coitui succedens, & coactus alterutrius, vel vtriusq; concubitus, vt in his qui inuiti, & sine amore iunguntur, inanis est, ac sterilis: vt volūtarius & iucundus, est fœcundus, nisi amor nimis ardēs adfit. Semē diu retentū in vtero priusquā cōcipiat, & vndiq; à toto vtero comprehendatur, vel

A diu à viro retentum priusquā emittatur, quia spiritus ab eo resoluitur, & à frigiditate corrumpitur. Semen viri, & mulieris tempore diuerso emissum, cū simul tempore ad conceptum emitti oportere pleriq; contēdant: ob id quidam oleo liliorum muliebria illinunt ante coitum, vt semē mulieris celerent, aut testes sibi leniter ligant, vt suum morentur, donec mulier suum sentiat fluxurum. Quanquam plurimæ id se sentire negēt, & tamen cōcipiunt. Ea igitur causa fuerit vana, nisi forte vir multò antè emittat, vt iam spiritus exhalarit adueniēte muliebri. Quauis enim semen, vt sanguis, lac, extra sua conceptacula prōptē corrumpatur Galeno, non tamen repētē: quin & semen in vtero dum est, extra sua conceptacula fortasse omnino non fuerit, sed ab vtero mirè experatur, Gal. lib. loc. affect. Sed mirari subit eos qui virile semen ante muliebri emissum scribunt infœcūdum, effusum autē à viris in balneum, deinde à mulieribus post viro- rum egressum in eodem lauanti- bus nulla veneris apprehensione, tamen in vteros fuisse attractū, & eas concepisse: cū credibile nō sit mulieres suum vnquā emisisse sine veneris apprehensione. Hęc verò signa potius fuerint mulierū impudicos cōcubitus hoc prætextu celare

*Sterilitatis
causæ com-
munes maris
& fœminæ.*

*Coitus in-
anis.*

*Valescus
Sauonarola.*

*Genera
etiā hæc
pediunt*

*Galeni
sanit. tu*

Dubitatio.

*Aliæ
sterilit.
sed ren-
res.*

celare conantium. Quæ si recipiuntur, quid mulieri absente diu marito, viduæ, virgini, moniali non liceat? Penis viri inæqualis collo vteri, hoc est, longior, breuior, amplior, gracilior. Aetas maris annis duodecim, fœminæ quatuordecim minor, & illius annis sexaginta, huius quinquaginta maior, raro est fœcunda, aut malè fœcunda, vt initio de mensû & seminis natura probauimus. Obesitas alterutrius, & magis vtriusque, quia genitiuæ partes ob aqualiculum pinguem propenso sequepede extantem, coire nequeunt, & sanguis in ijs, præsertim natura admodû crassus, paucus, & is in adipem assumptus, semen & sanguinem menstruum, duo nostræ generationis primordia, gignit pariora: ob idq; hi venerem parû appetunt, & raro coeunt. Quæ præterea causæ alię vtriusq; cõmunes statuuntur, remotiores sunt, vt aër calidior, pestilēs, labor multus, victus tenuior, balneû ieiunis immodicû, gonorrhœa, venus immodica, gaudiû subitum, iracundia, vigilię longæ, & reliqua omnis vacuatio, quia sanguinem seminis, & mēsum materiam vacuat, aut spiritus calidos, primaria naturæ ad generationem faciendam instrumēta, dissipat. vt contrà, aër frigidior, otium longum, ebrietas, & victus quotidie

A splendidus, potus largior aque frigidæ, esus largior fructuum præsertim viridum, balneum aluminosum, passus, aut eius & veneris insolēs abstinētia, mœror, metus vehemens, longus, somnus immodicus, corpus reddunt frigidius, excrementis plenum, & cruditatibus, ob caloris & spirituum penuria frustratam cõtionem. Ob id calidiores prius infœcundi, transitu ad aërem frigidiorum & reliquas salubres causas refrigerantes, fœcundi euaserunt: frigidiorum contrà. Ceteri ad proportionē, quam vim non occultæ aëris proprietati, aut corporum cœlestium in aërem vel animalia influxui, genitiuarum virium cum quibusdam, sed manifeste huic qualitatibus mutationi acceptam refero, vt & sterilitatē *Sterilitatem adferunt.* ex opio, hyoscyamo, cicuta, mādragora, & similib. narcoticis: quæ viri testibus aliquandiu illicita, aut pessio muliebribus indita: æquius caphura, squama ferri, vermes noctu lucentes sumpti, tota sua substantia steriles facere creduntur, vt fascinatio, incantatio, sortilegium, dæmonis alicuius ope malefica, si sub quibusdam horoscopis nati, dæmonibus imperant, vt Ptolemæo visum est quarta *Ptolemæus.* parte quadripartiti cap. 3. Quam & caphura frigiditate, & squama ferri calore & siccitate, steriles facere possunt, vt

scus
marola.Generationē
etiā hæc im-
pediunt.Galen. initio
sanit. tuendæAliæ causæ
sterilitatis,
sed remotio-
res.

tatio.

omnia quæ feminis materiam absumunt, ac dissipant: aut cōgelatum, & velut glaciātū excerni prohibent, & si excernatur, quia extincto spiritu & calore velut exanimatum est, prolificū fuerit nunquam. Vir si vxorem cū priore marito fœcundam implere nō possit: aut mulier, si ex marito cum priore vxore fœcundo non concipit, quanquam sterilis ab omnibus vterque iudicatur, tamen iudicium potest esse falsum: fieri enim potest, vt prius iuncti temperati fuerint, aut cōtrario præditi temperamento, ob id fœcundi: nunc verò iungantur cū corpore similiter intemperato, & ob id non generant. Certiora hæc plerique iudicant. Vir meiat sepe super virentem malam aut lactucam, & mulier super aliam, cuius herba siccabitur, sterilis est. Vir dies circiter nouē, aut plures, permeiat furem vase captum, & mulier alium, in cuius fure vermes citius nascuntur, sterilis est. Frumentum, vel hordeum, vel fabæ exceptæ vase à viro permeantur totidem diebus, aut septem diebus viri vrina maceantur, & alia semina à muliere similiter, cuius semina germinabunt, generare potest. Hæc tamen Auicennæ parum probantur. Semen viri aut mulieris aquæ innatans, est infœcundum. Causarū huiusmodi plu-

Sterilitatis iudicia.

A rimarum signa aut sensib. sunt perspicua, aut ex notis temperaturæ toti, vel partium principum, aut hominis illius relatu cognosci possunt: vt feminis vtriusque & mensium temperatura, & qualitates reliquæ, & quantitas, & tempus excretionis. Ad hæc testium amborum, & vteri, & penis affectus plurimi sunt notissimi: quorundam tamen notæ nunc à nobis scribentur, aliorum tota simul natura & curatio, vel antè scripta est, vel post absolutam generationis rationem explicabitur. Testes viri calidiores ostendunt in venerem iam inde ab adolescentia propensio, cū subito penis rigore subita feminis (quod etiam calidius, acrius, & mordax sentit ipse, & mulier) excretio, fœcunditas, præcipuè masculorum generatrix, calor in his tactu perceptus: offensio à calidis prompta, modico frigore iuuantur genitiuæ partes, & his proximæ ad umbilicum vsque, & media femora: pilis plurimis celerrimè vestiuntur, flauis aut nigris citò, præsertim si humido & sicco sint temperati, aut non adeò resiccari. Si calidiores, & sicciores, simul præter dicta signa, semen quoq; crassius est. Si calidiores & humidiores venerem minus prædictis appetūt, & vfu eius immodico minus læduntur: abstinentia verò veneris læ-

Signa.

Gal. in arte medica, & alibi.

Tres calida, & frigida testium, ut aliarum partium differentie.

Gal. in sanit. & method.

Testes di.

Testis liebric perat vteri note.

Testes frigidii.

duntur: si multò calidiores sint ac humidiores, semen habent largius, sed partes genitiuas minus hirsutas. Frigidiorum testium signa sunt contraria. Si frigidiores & humidiores, verecundus est inter mulieres, penis illi tardè & rarò arripitur, venerè tardè exercere incipit, nec ea delectatur: semè tenue, aquosum tardè in coitu excernitur, frigidum à muliere sentitur, infœcundum vel omnino, vel fœminas gignit: partes genitiuæ & his vicinæ, aut glabræ, aut pilos tardè emittunt, & eos tenues. Frigidiorum siccorum signa sunt eadem, sed semen parcius, & crassius.

Testium muliebrium temperaturæ. Vteri calidii notæ.

Hæc testium virilium temperaturæ signa, ad muliebres testes et vteros quadantenus transferri possunt: ex quorum natura seminis vtriusq; vires maxime pendent. Vterum enim calidiorum præter reliqui corporis, præsertim imi calidioris, notas, vt audaciam, iracundiam, sitim inexpletâ, ad omnia propertitudinè, &c. pulsus celerè, vrinam flauam, &c. declarant, menstrua pauca, crassa, calida, flaua, aut ex adustione nigricantia, cum dolore, & morfu frequenter vlcerante prodeuntia, inordinata. Salacitas inexpletâ, celeris excretio feminis, quod etiâ calidius, & titillans magis ipsa sentit excernendo: pili in pectine, & cruribus citò

nati, multi, crassi, flauis, nigri.

Frigidiorè, corpus reliquum, præsertim imū frigidum, vt lumborū, & natium, & imi ventris angustia, & stupor, præcedens victus refrigeras et pituitosus: menses ob crassitiem à frigore concretam suppressi, aut rari, tardi, crudi, albi, aut albicantes, non rubri: interdum fluxiles, & aquosi à liquidiore pituita, veneris odium, spermatis pauci & frigidi excretio tarda, & voluptatis expers: os vteri contractum: pili in pube & cruribus tardi, rari, exiles, pallidi aut albicantes. Frigidiorum & humidiorum, corpus reliquum molle, & tactu frigidum, aliosum, fluxus muliebri, aut saltè perpetua vuluæ humiditas in coitu plurima, viro etiâ molesta, semen aquosum continere nequit. Menses multi, fluxiles, aquosi. Vteri facultas retentrix ob humiditatè imbecilla: ob id fœtu paulum grandescente facile abortiunt, vt Hippocrates ait in Aphorif. Frigidiorum, & sicciorem menses pauci, rari, crassi, semen paucū, coitus appetètia quàm proximè maior, collū vteri & utriusq; os etiam in coitu siccū, & ob siccitatè à frigiditate auctam rhagadibus obnoxium.

Frigidus uter.

Frigidior & humidior uterus.

Frigidior & sicciior.

Mulier puerpera sanior quidem est, sed imbecilla & citò senescit, sterilis còtrà est valerudinaria, vegeta diu & florès. Si

Prognostica

*Auic. cap. de
signis sterili-
tatis.*

*Aph. 72. li.
5.*

*Aph. 63. li-
bro. 5.*

mulier post mēstruā purgatio-
nē humida manet, in vtero lu-
bricat semē. Quæ vteros habēt
calidos, frigidos, humidos, sic-
cos, non concipiunt, vt dictum
est, nisi ex cōtrario semine. Nec
qui viri semen habent calidū,
frigidum, humidum, siccum ge-
nerāt, nisi in cōtraria vteri tem-
peratura. Sterilitas ex occæ-
catis cicatrice orificijs vasorū
in vtero, vteri paruitate, penis
breuitate, longitudine, insana-
bilis: ex lapide execto curatu
difficilis, nisi roborantibus par-
tem emenderetur. Os vteri du-
rum, callosum, compressum,
quia claudi exactē nequit, con-
ceptum impedit, aut si clauso
eo conceptus fit, partum, quia
dilatari nequit, suppressit. Du-

rum autem fit, aut à tumore præ-
ter naturam, vt dixi ex Hippo-
crate, Quibus os vteri durum est,
&c. aut à frigore ex mora lōga
in aqua frigida, aut sessione lō-
ga super lapidē: aut à cicatrice
post continuitatem solutam:
à partu difficili, vel à defloratio-
ne puellæ iunioris, à balano pe-
nis enormiore. Quæ duos aut
tres mēses à venere abstinent,
cōcipiendo aptiores euadunt,
& viri aliquandiu continentes
generando.


*Iacobi Syluij, medicæ rei interpretis
Regij, de Mensibus mulierum, &
hominis generatione, Cō-
mentarij*

F I N I S.

RERVM AC VERBORVM

TOTO HOC DE GYNÆCIIIS

opere, præcipuè memorabilium, Index.

A		
	B GAS quid 542 a	ἀγρία unde dicitur 57 a
	544 b	Agrippas unde dicatur 623 b
	aborsus 274 b	alanthoides uaria nomina 714 a usus
	aborsus 25 b eius cura	ibid.
	26 a b	alratice quid 187 a
	aborsus causa triplex 513 b	alimentum actu nutriens 772 b
	aborsus prohibitio 30 a	almisdach instrumenti forma 707
	abortus 513 a	alius fluës sistēda ne fiat abortus 583 a
	abortus quo tēpore frequentior 579 b	alui suppressio 572 a
	abortus futuri signa 25 a	annios quid 57 b
	abortus aborsusq; differentia 577 a	annij uaria nomenclaturæ 713 a usus
	causa 578 b	714 a
	abortuum numerositas 577 a 589 b	amor nimius conceptionem prohibet
	abortiuum dare nefas 25 a	859 b & 464 a
	abscessus 429 a eius signa ibid. si rum-	amuleta & alia remedia contra abor-
	patur quid agendum 431 a	tus 588 a
	abscessus in matrice ut curādus 129 b	anatomie fœtus 55 b
	in intestinis 130 a in uescica ibid.	anastomosis 888 a
	acetabulum 676 a	Anathonis Philosophi conceptorium
	acetabula quid 510 b	21 a
	acetum utero & neruosis partib. noxiū	androgynos 650 b
	825 b	animal sine spiritu & escis quandiu su-
	adulescentulæ facilius concipiunt.	perfit 624 a
	691 a	anima quo tempore corpori infunda-
	Aegidij uersus de fœtus generatione	tur 738 a 740 b à quo creatur 738
	488 b	a 741 a an una omnibus sit 738 b
	ægritudines mulierum per stricturam	746 a qua corporis parte ingre-
	quæ 82 b per fluxum ibid. & 83 a	diatur 755 b
	æstuarium ad pituitam 361 a	anima immortalis 738 a 744 a
	Æthiopum proceritas 596 b	anima corporis gubernatrix 741 a à
	Actius & practici resutantur 849 a	Deo ex nihilo creata ibid.
	Actij error demonstratus 825 b	animæ ut conueniens sit nunc in corpus
	actites lapis 250 b 538 a	descendere, rursusq; ascendere 738 a
		a 756 a

I N D E X.

recipit 447 a quando	449 a	coitus inanis	859 b
cancro occulti qui dicuntur	447 a	coitus à tergo conceptum promouet	472 b
cācri in matrice curatio & signa	175 a	coitus multus adolescentiū semen reli-	quis etatibus imbecillū efficit 852 a
cancro maximè aduersatur cruditas	174 b	coitus foemineos marib. exitiales quā-	do 695 a
in cancro uictus ratio	449 b	collyrium sine periculo menses educēs	92 b ad egerēdi difficultatem 185 b
capilli ut flauescāt 298 a crispētur 299		collyrium abortiuum	27 a
b crescāt 298 a densi fiant	299 b	colon intestinum	728 b
capillorum denigratio	301 a	colops 176 b splendonis. scyanus Aegy	ptius ibi. Libianos 181 b aromaticū
καρδωγιδος	516 a		182 b
καταμύνια	778 b	colostrum 630 colostrati	ibid.
cataplasma 380 a 404 a 416 a 424		comitialis puerorum	634 b
a 430 b 442 b 450 a 455 a 487		Conceptio, uide Cōceptus, Generatio	
a 538 b		conceptio, seu imprægnatio	488 a
catapotia Mesuæ & Philonij	817 b	conceptionis ratio 776 a causa 499 a	
catapotia in sterilitate ad pituitā, bilē,		notæ ibid. & 503 ab probatio	
& melancholiam	477 a b	501 b prædictiones	504 b
κατάφορα	387 b	conceptionis indicia 553 expulsio 558	
cerata 404 b 411 b 424 b 450 a		ex urina	ibid.
517 a		conceptionem insuper impediētia	
cerebrum	719 a	861 a	
cerebrum matrici compatitur	241 a	Conceptus, uide Conceptio, Generatio	
cerebri palpitatio	719 b	conceptus 17 a saluberrimus quādo &	
ceruæ grauidæ coitum refugiūt	324 a	eius signa	ibid. b
chamaeleontis uis	620 a	conceptus tam uiri quādam mulieris uitio	
chirurgia abscessuum	433 a	impeditur 239 b uiri ne an mulie-	
chordapfos quid	728 b	ris uitio non fiat deprehensio 17 b	
Chorion uide etiam Secundina		conceptus signa 703 b remedia 11 a	
χορίον	6 b 36 a 715 a	14 a 16 a	
chorium quid	57 a 523 b	conceptus impedimentum 234 a re-	
chorij cōstructio 540 b substātia 57 b		medium ibid. signa	246 a
cibus si reijciatur	570 a	conceptus principium ipsas plerunq;	
Cissa, uide Pica seu Malacia		mulieres latet	606 a
cissa prænantium quid 24 a quando		conceptui quæ aptæ	16 b
fiat, quādiu duret, & eius curatio ibi.		conceptui tempus aptissimum quod	
Cleopatrx pessarium ad tumore uulvæ		17 a	
123 a			
κλεατοπίου seu nympha	663 a		
clyster	393 a 415 a 432 a		
coitus minimè malus	751 b		

I N D E X.

Conceptum quæ accelerant	699 b	ad Dentitionem facilitandam	637 b
700 b	(fitas	ex Dēitione morbi & remedia	639 a
Conceptuū, &c. uide Partuū numero-		Diarrhoeæ causa	210 a
conceptuum. numerositas abortum cit		dictaminus	626 a
589 b		dictamni mira uis in partu promouen-	
conchule à S. Iacobo	816 a	do	531 d
concupitus cum puella nimis pusilla se-		dies septimus criticus	495 a quadrage-
men corrumpit	852 a	simus Græcis insignis ibid. nomini-	
concupitus ferè in suffocatione matricis		bus imponēdis cur destinatus	634 b
unicum remedium	839 a	distillationū operationes	306 a
concupitui malè idoneæ crassæ	271 b	dolor ex flatu	571 a
graciles	272 b	Doloris, uide etiam dēitionis remedia	
ad concubitum 4. accedunt	684 a	doloris dentiētis infantis remedia	80 b
circa Concubitū quæ obseruāda	702 b	doloris partus ab eo qui est ex feruore,	
concumbendi positura	682 b	separatio	38 b
condisi quid	466 b	duodenum intestinum	727 a
condylomata	452 b	dysenteria	277 a
cōtraria cōtrarijs sunt remedia	264 a	dysenterie remedium	185 b
notu ad dētes	324 a	duos uis, uide Partus difficilis	
cotyledonum utilitas triplex	327 b	duos uis, 523 a notæ eius	525 b prædi-
cor uitalis spiritus innatū; caloris fons		ctiones	526 a
718 a in animalib. prius formatur,		E	
moritur nouissimè	717 b	Eclegma	378 b 394 a 417 b 477 b
cordis, iecoris & cerebri formatio		478 b 520 b 537 b 540 a 599 b	
710 b		Eclegma ad pituitam	360 b 481 b ad
coturnicis adeps	748 a	bilem ibid. ad sanguinem	482 b ad
crura inflammata, siue inflata	571 b	atrambilem	483 a
uīs	328 b	embryotomia	53 b quando fieri debeat
cucurbitule	362 a 376 a 402 b 416 a	55 b	
444 b 838 a 793 b		embryulcium	53 b
curare duplex	447 b	empirici taxantur	564 b
cutis materia & procreatio	731 b	emplastrum	381 a 404 b 411 b 417 a
D		424 b 438 a 440 b 442 b 487 a	
Dalio herbarius	530 a	138 a 631 b	
dentes ut candidi fiant	294 a	emplastrum Haly	425 a
dentium numerus	637 a dolor	encathisma	396 b 450 a 543 a
dentibus nasci in quibus auspiciū bo-	284 b	ἐνκαθίσμα	362 b 446 a
num & contra	636 b	epiglottis	730 a
dentitionis tempus & remedia	601 a	epithema	380 a 415 b 428 b 453 a
636 b		equitatio durior mēses mouet	802 a
		Erasistra-	

I N D E X.

- Eraſiſtrati peſſarium ad tumorem uul-*
ue 122 b
croſionis uaforum cauſe 811 a
Eudemij Cyprij uiſum 763 b
Eugion uide hymen
eugion & rupti cura 704 a
eugion uirginitatis teſtimonium 668 b

F

Fabius ſenator 581 a
faſtidium 569 a
faciei ornanda modus 290 a 293 a
faciei dealbatio 286 a inflata remediũ
 297 b
febres menſes ſiſtunt 787 a
fera, partus mulieris, 652 b *Elephas*
 653 *ſerpens* *ibid.*
fiſtula, quo in loco incurabilis 285 b
fiſtularum cura 285 a
flatus 587 b
flores mulierum quid 778 b
flores albi quid 821 b
fluxus muliebriſ 821 a *differentia* 821
 b *cauſa, ſigna* 822 a *cura à bile* 823
 a *à pituita* 824 a
fluxus muliebriſ à menſtrua purgatio-
ne diuerſus 821 a
Fœcunditatis, uide ſterilitatis, &c. fœ-
cunditatis & ſterilitatis in uiro cau-
ſe plures 850 b
fœcunditatis probatio 688 b
Fœmina mare frigidior 773 b
fœmina matri gignitur ſimilis 644 a
 patri, auo paterno *ibid.* neutri parẽ
 tum ſimilis 644 b *fœmina ocuus*
 mare etate uiget, &c. 734 b
fœminæ frigidioris temperatura no-
tæ 341 b
fœminarum cadauera prona, uirorum
ſupina in aquis fluitant 664 b
fœminas in mares mutari & contra
- 660 b
fœturæ temporis termini 616 b
fœtus, uide Infans, Partus, &c.
fœtus an ſit parentis pars 497 a *an a-*
nimal *ibid.*
fœtus duplicatus quomodo tractandus
 56 b *potentia animal* 713 b
fœtus fulminatus, matre illeſa 576 b
fœtus exitus ſuper pedes 195 b *ſuper*
genua & manus 196, *latitudinaliter*
 197 a *ſuper collum expanſis mani-*
bus *ibid.* *quo modo plantæ per ra-*
dices ſic per umbilicum incrementũ
acquirit 320 a *fœtus in ute-*
ro ut in arbore fructus 244 b
fœtus utero adhæreſcit ut fructus plan-
tis 505 a
fœtus unde & quopacto ſibi alimentũ
trahat 540 b *quo tempore in utero*
ſentiat 738 a 768 a
fœtus quandoq; multi in utero 199 a
fœtus uitales quibus menſibus naſcun-
tur 38 a
fœtus ſeptẽ unico abortu emiſi 199 b
fœtus generatio 488 a *formatio*
 707 a 731 b 723 a
fœtus formatio peculiariſ ſecundum
Aſtologos 490 b & *inde*
fœtus ſitus in utero 244 b
fœtus in utero mortui dignotio 55 b
fœtus mortui expulſio 60 b *extractio*
 200 a
fœtuum multorum uel geminorum exi-
tus 198 b *fœtuũ plurium non natu-*
raliſ exitus correctio 199 a
folliculum ut partum impediatur 44 b
forficis cui ſunt dentes ferræ forma
 209
fornicationes 279 b
Fotus 361 b 403 a 424 a 455 b

I N D E X.

479 a 600 a 631 a 794 a 800 b		quis	594 a
Fulminis uis	576 b	gravidā affici acuto morbo letale	576 a
G		gravidarum exercitationes	599 b
Gagates lapis	243 b	gravidarum cur quaedam, sed pauca,	
gemini plerunq; breuis uita	649 b	melius habent	566 b
gemini, tergemini	647 b	gravidis quæ conueniunt aut nō	515 a
geminorum tergoribus iūctorum uita		in gravidis periculosa symptomata quæ	
650 a		53 a	
genij demones mortalium animas ad		gravidis menses fluere posse	777 a
supremum Iudicem sistunt	765 a	gula	726 a
genitalium utriusq; sexus partium di-		ex gummi Arabico confectio uteri affe-	
scrimen	660 a	ctibus omnium præstantissima	818 a
genitalium uiri ac mulieris ante coitum		gymnosophistæ	597 a
affectio	684 b	H	
Genitura, uide etiam semen &c.		Hæmorrhagia mat. &c. uide Matricis	
genitura gelu non concrefcit	688 a	hæmor.	
Generatio, uide conceptio, conceptus		hæmorrhagia matricis	43 a
generatio quomodo fiat	682 b 700 a	hæmorrhoids	453 a
generationis principia	771 a	hæmorrhoides matricis quid	189 a
generationis principia mas & scæmina		hæmorrhoides orificij matricis	151 a
683 a		earundem signa ibid. curatio	152 a
generacioni ineptæ quæ	857 a	153 b 189 b	(284 a
generacionem quæ impediunt	851 b	Hæmorrhoides ex partu ut curandæ	
generandi facultas utriq; sexui quan-		herba marina	293 b
to tempore duret	851 a	hermaphroditi	650 b
generandi uim non corporum celestium		Herodotus reprehenditur	688 a
influxui, sed 4. qualitatum prin-		hiera Archigenis	415 b 417 a Loga
cipum acceptam referendā	862 a	dij	ibid.
gesclitron	550 a	historiam duorum familiarium memo-	
Getarum Thracij populi mos	757 a	rabilis	761 a
glandes	393 a	hippocentaurus	653 a
glandium confectio	799 a	Hippocratis, Macrobij, & Halyabas de	
glandularum cura	284 a	motu infantis sententiæ	767 a
globuli seu κατὰ ποτῖα	376 a 539 b	Hippocratis de motu embryonis opi-	
gonorrhœa quid	159 a	nio	609 a
cuius cura	ibid.	homines temperati semper generant	
Gruidæ, uide Prægnans, Vtero ge-		458 a	
rens, &c.		hominis constructio quàm excellens	
gruidæ mulieris uita & uictus	34 b	658 b	
gruidæ, rerum non naturalium usus		hominis quantitas ex Vitruuio	667 b
		homi-	

I N D E X.

- hominis infelicitas 640
 hominis occisi uulnus occifore præ-
 sente cur sanguinem eijciat 761 a
 de Hominis generatione commētarius
 850 b
 humorem peccantē color indicat 821 b
 humoris putredo 809 a
 Hyster. quere *ὄστρα*
 hysterica pnix 106 b 111 a
 hysterica ab apoplectica & caduca se-
 paratio 107 b
 hysterica ab epileptica differētia 388 b
 hydrocephalia quid 55 b
- I
 Iaspis 538 a
 Iecur 718 a
 in Iecinore amoris sedes 718 b
 ieiunium 727 a
 ignis usum quibusdam fuisse ignotum
 549 a
ἰκχῶρα 366 433 a
 iliacus quis 728 a
 iliorum dolor 275 b
 imprægnationis tēporis diuisio 489 a
 aliter secundum Astrologos ibid.
 impellentis instrumenti forma 207
 Infans, uide quoq; Fœtus, partus, Puer
 infans 71 b quomodo tractandus ibid.
 quoties, ubi & quibus lauandus 72 a
 infans recens natus ut tractandus
 628 b
 infans quo tempore mouetur 729 a
 766 a
 infans quomodo lactādus 77 b quoties
 in die, & quo tempore post laua-
 crum ibid.
 infans natus flet manus in os inserit
 628 a frigida assuescere debet 74 b
 infans quando à lacte deducendus 79 a
 qualis cibus ei & potus exhibendus
- ibi, gestādus quando 80 eius exerci-
 tia ibid.
 infans ut fasciari debet 73 b 74 a b
 quanto tempore 75 a
 infans ut & ubi iacere debeat 75 a
 infans in uterum reuersus 628 b
 infantis in utero situs 512 b
 infantis præter naturam positi corre-
 ctio 98 a 49 a 50 b 51 & 195 &
 inde, ploratus causæ inuestigatio 78 b
 infantis nutriendi tempus 76 a & cuius
 lacte ibid.
 infantis cibandi tempus instare quibus
 signis colligitur 78 a
 infantis nutritioni idonei indicia 71 b
 infantis oculi cur oleo irrigantur 72 b
 eius aures & nares quare exiccantur
 73 a
 infantis feruore faucium laborantis cu-
 ratio 81 a
 infantis urinae eliciendæ ratio 74 b
 Infanti uide Dies 7.
 infanti cur 7. sole nomen imponatur
 601 a
 infantes quo pacto ungenti 173 a
 infante prurigine corporis laborante,
 exanthematis, narium & oris stre-
 pitu, quid faciendū 81 a b eiusdem
 tu scicule medela ibid.
 infantium nascentium schemata 42 b
 secundum naturam 44 a præter na-
 turam ibid. & 195 b & inde
 infantium regimen 252 b
 infantium dentientium signa 80 b
 infantum Syriasis 82 a alui fluxus &
 eius curatio ibid.
 infantibus non naturaliter exeuntibus
 qua ratione obstrix mederi debeat
 193
 infantibus quæ accidere solent 80 a

I N D E X.

- Insomnia infantium 636 a
 instrumenti suffumigationis forma
 213
 infessus 377 403 a 411 b 416 a 426
 b 430 b 444 b 455 a 479 a 536
 b 801 b 800 b
 intemperies contraria contrarie rectè
 copulatur 850 b 852 a
 intestinum rectum 669 a
 intestinum tenue 728 a

L

 Labiorum fissuras curadi ratio 296 b
 lachrymæ præcoces quid indicent
 635 a
 lac bonum 76 b
 lac maternum præfertur 630 a
 lac maternum infanti amabilius 77 a
 lac falsum inconueniens puero nutri-
 mentum 28 b
 lactis probatio 633 a
 lactis stringendi modus 68 b
 ad Lactis defectum 634 a
 lac post conceptionem corrumpi
 632 b
 lac argentia 71 a
 de Lacte grauidarum 575 a
 lactes 726 b 729 b
 lapis 276 b
 lapidis in uestica deprehensio 276 b
 lethargus 836 a
 letheus fluius 754 a
 ligaturæ 361 a 376 b
 394 a
 ligamenta uteri unde laxentur 843 b
 ligamentorum ruptio à quibus proue-
 niat 843 a
 lien 724 a
 lienis in risu tristitiâque effectus
 724 a
 lienem auferri posse animali superstito
 725 a
 lingua 725 b
 linimentum 600 a
 loci mulierum quid 223 à quibus con-
 structi ibid. eorundem situs 325 a
 locellorum inflammatio 418 eius
 causæ ibid. notæ 419 a uictus
 422 b
 locellorum exulceratio 433 b eius cau-
 sæ ibi. notæ 434 a nutritatus 438 b
 Lunæ quadraturæ in misisõe sanguinis
 num obseruanda 794 a

M

 Magica conceptum impediencia 22 b
 magnes lapis 248
 538 a
 mamillæ uirginibus ne excrescant re-
 media 184 b 690 a
 mamillarum affectus 183 a tumor, can-
 cer ibid. durities, ulcera, uermes, in-
 flatio, carcinomata 184 a
 mamillarum affectus curatio 67 b
 68 a
 mamillarum affectus post partû 68 b
 ut curentur 6970
 ad Mamillas inflammatas 630 b
 Manicheorum de anima opinio refel-
 litur 743 b
 manus ut candidæ fiant 186 b
 295 a
 mares quandiu prolificum semen emit-
 tant 698 a
 mas scemella prius maturescit 614 b
 mas ut gignatur 700 a
 mas patri gignitur similis 643 b auo
 paterno 644 matri, auo materno
 ibid. neutri parentum similis 646 a
 masculi generatio quibus procuranda
 243 a
 masculum ne an foeminam prægnans
 utero

I N D E X.

- utero gerat ut distinguendum* 18
matrix, uide Loci, uterus, uulua
matrix cur ita dicta 5 a
*matrix odora sequitur, figit graucolē-
 tia* 247 b
*matrix rheumatica siue humorosa ut
 curetur* 153 b & inde
matricis substantia 5 b *tunicæ ibid. fi-
 gura* 6 a
matricis nomina tria 5 a
matricis orificij situs 6 a 8 a *qualitas*
 7 b
Matricis clauī 140 b *Hydrops* 157 a
frigida intēperies ibid. lūbrici 158 a
*gonorrhœa ibid. punctio & pru-
 ritus* 159 a *paralyſis* 161 a *laxitudo*
 161 a *casus seu prociđētia* 162 a *uulne-
 ratio* 165 a & inde, *ulcera* 171 *fistu-
 la* 175 b
matricis abscessus seu collectio 126 a
eiusdem signa & curatio ibid.
matricis motus seu inclinationes
 104 a *in inguen infusio* 105 a *suf-
 focatio* ibid & inde 104 a
matricis suffocatio 229 b *descēsus* 232
motus 234 a *calida intemperies* 235 a
 263 a *intemperies frigida et aposte-
 ma* ibi. *ulcera* 237 b *pruritus* 238 b
dolor 264 & 270 b *fluxus* 265 b
carnis excrescentia 267 a *in-
 flatio* 269 b *ruptura* 270 a *tumor*
 119 a
matricis tumore laborātis signa 120 a
 & inde
matricis cōdylomata & rhagadia 130
 a b *duritia* 131 a, *eiusdē signa & cu-
 ratio* ibid.
matricis feruor 98 b *eius causæ* ibid. *fi-
 gna* 99 a *curatio* 100 b 101 102 103
matricis feruentis signa 63 a
phlegmone 124 a *eius signa & cura-
 tio* ibi. *inflatio uel tensio* 114 & *eius
 causæ* 116 b, *signa, curatio* ibid. &
 117 b 119 a *matricis suffocationis cau-
 sæ, signa, curatio* 106 a 107 108 idē
*suprà quere, matricis suffocate cu-
 ra & signa prope eadem* 63 a
matricis exitus ob penis longitudinem
 269 a
matricis dolor ob abstinentiā uiri 141 b
matricis procidentia ut curanda 163 a
*matricis duritiæ à callo eiusdem distin-
 ctio* 131 b
matricis in coitu dolentis curatio
 23 b
matrices attentantes causæ uariæ 110 b
*præcipuæ duæ constrictio & relaxa-
 tio* ibid. *matrici multæ apostematū
 species accidunt* 190
*in matricis orificio carnis excrescentia
 curanda* 138 b
maxilla 722 a
*Medicus ex instrumentorum apparatus
 existimationē acquirit* 211
*medicorum ueterum in hæmorrhoidi-
 bus curandi ratio improbat* 152 a
*medicamen in dubio conceptu uti-
 le* 802 a
medicamentum sarcoticum 436 a
*medicamenta Plinij simplicia sistentia
 menses* 373 b *Xenocratis, Hippo-
 cratis* ibid. *composita ad mensium flu-
 xum* 817 a
*medicamenta simp. quæ circunferen-
 do iuuant* 394 b
medicamenta menses mouentia 795 a
 796 a 797 b *composita* 798 a
*medicamenta simplicia menses cientia
 ex Plinio* 348
medicamenta simplicia 815 a *menses*
 Kk 2

I N D E X.

- sistentia quæ à totius substãtiæ proprietate menses sistunt* 816 b
medicamenta simplicia ex Plinio abortivum facientia 514 a
medicamenta mollificantia quæ dicuntur 443 a
medicamentorum astringentium enumeratio 140
mel quomodo infantibus dandũ 76 b
melicerides in matrice 137 a
menses &c. uide Flores etiam, mēstrua purgatio, purgatio menstrua
menses flores dicti 219 a
menses quo tempore incipiant 697 a
menses largiores & contrà quibus 780 a
menses immodici & contrà infecundas mulieres faciunt 855 a
menses lunam sequuntur 778 a
menses quanto dierum spatio fluant 779 b
menses non tēpore sed quantitate estimandi 805 b
menses grauidarum 575 b
menses modicè purgati sanitatem conseruant 697 b
menses redundãtes iuuenibus molesti, senioribus letales 368
menses decolores unde 791 b
menses curandi regula 344 a
menses diu & stillatim fluentes 804 b 812 a
mensium redundantia 805 b *utilitas* 330 a *paucitas unde* 337 b *differētia in qualitate* 781 b *in quantitate* 782 a *color humore noxiu prodiit* 366 a 227 a 337 a
mensium præter naturam redundantium causæ 226 b 337 a *mensium immoderatorum obseruatio* 805 b
causæ 806 b *symptomata* *ibid.*
signa 810 b
mensium purgationis spaciũ 365 b
fluxionis tempus 774 b
mensium suppressio naturalis 338 a *nō naturalis* *ibid.* *ut distinguenda* 340 a *retentio* 221 a *paucitas* 223 b *copia* 225 b 365 a *eius causæ* *ibi.* & *alibi*
mensium purgatio 329 a *fãcultas* 331 a *mora, seu suppressio* 335 b
mensium remedia 696 b
mensium per alios meatus fluentium deriuatio 804 b
mensium fluxionis terminus seu finis. 775 b
mensium suppressionis ante tēpus causæ. 776 b
mensium suppressionis præter naturã causæ 785 b *secundũ naturã* 786 a
mensium suppressorum signa. 790 a *symptomata* 544 b 546 a
mensium suppressorum à copia curatio 792 a *uictus ratio* *ibid.*
in mensium redundantia sumēda 813 b *uitanda* *ibid.* & 814 b *uictus* *ibid.*
Menstruus sanguis, uide sanguis menstruus.
menstruus sanguis quid 771 b
menstrui sanguinis substantia. 693 b
uirus *ibid.*
menstrua purgatio quibus abundat 220 b *quibus deficit* *ibid.*
menstrua purgatio mulieribus à natura cur concessa 219 a
menstruæ purgationis modus & diuturnitas 692 a
menstruæ purgationis durationis tempus 691 b *purgationes unde sic dictæ* 778 b
menstruæ

I N D E X.

- menstruæ purgationes quoadiu sistuntur* 632 a
menstrua ut promouenda 91 b 93 a
menstrua aliquando guttatim & cum dolore feruntur 88 a
menstruorum emissionis tēpus & abolitionis 682 b
menstruorum tempus incertum retentionis causæ 86 a 336 a signa 87 a cura 88 a symptomata 342 uictus. 343 b
menstruorum retentionis differētia ab in totum purgatione abolita 85 a
menstruorum facultates medicæ 695 b
meretrix cur raro concipiat 856 a
μικροκόσμος 729 b
metrenchyta 363 a 394 a per eam iniectiones 416 b 427 a 432 b 434 b 439 b 444 b 451 a 484 b 539 a 838 b
μύρια: 385 a
μύρια: 327 a
microcosmus 597 b
Mola uide etiam μύρια.
mola matricis quid 32 a unde dicta ibid.
mola in quibus cum imprægnatione cōueniat 408 a
mola multos Medicos errare fecit. 409 b
mola ut & quando proueniat 407 a 591 a bifariam fit 591 b
mole indices & causæ 577 a ipsius à partu interstinctio 502 b 577 a 592 b & suprâ ac infrâ
mole curatio 33 b
molam habentis à grauida distinctio 32 b à grauida quo differt 408 b
mola habentis ab hydropica differentia. 33 a
monstra 547 a
monstrum hominis mirabile 547 b & alia deinceps
morbi omnes mensium materiam adimunt 787 a
morbi mulierum per fluxum 43 a
morbi mensium suppressiōnem sequentes. 783 b
morbos ex repletionē curat uacuatio 792 a
mortalium nemo felix 641 b
mors. 658 a
mors philosophis non terribilis 757 b
mortis ex uterina suffocatione indicia 836 b
motus foetus masculi 40 die 561 b fœminici 90. die 562 a quare Fœtus, Infans, Partus
Muliebris tractatio ab obstetricali differt. 36 b
muliebre signum 7 a
Mulier, uide fœmina.
mulier ut concipiat, etiam si antè non conceperit 21 a ut non concipiat 22 a 27 b
Mulieris, uide Sterilis
mulier infœcunda unde 854 b
mulier foetum mortuum utero gerens insuper imprægnatur 204 a
mulier an masculum aut fœminam generat ut scias. 502 a 504 a
mulier & equæ grauidæ omnium maxime coitum nouere. 573 a
mulieris fœcundæ & contrâ signa. 858 b
Mulieris conceptioni aptæ probatio 17 b
mulieris prægnantis probatio 558 b 560 a
mulieris antè & retrò patientis reme-

I N D E X.

<i>dium</i>	125 b	<i>mulierum post partum accidentia</i>	
<i>mulieris semen foetusq; non retinentis</i>		256	
<i>curatio 31 a signa</i>	30 b	<i>mulierum clausurarum curatio cum si-</i>	
<i>mulieris genitalia hominis inchoandi</i>		<i>gnis 135 a & deinceps</i>	
<i>domicilium</i>	661 b	<i>mucus in acetabulis</i>	587 b
<i>mulieris constitutio calida & sicca</i>		<i>uuln 406 b eius causæ 407 a notæ</i>	
217 a		<i>ibid. uictus 410 a curandi regulæ</i>	
<i>mulieris dolorem patientis in coitu, cu-</i>		410 b	
<i>ratio</i>	142 a	N	
<i>mulierem foecundam sine bona tempe-</i>		<i>Natura animæ auxilia ex anima esse uo-</i>	
<i>rie impossibile 469 b 471 b 472 b</i>		<i>luit</i>	625 b
<i>mulieri uni omnium incertum pariendi</i>		<i>natura patrifamiliâs collata</i>	720 a
<i>tempus</i>	603 a	<i>naturæ miracula</i>	653 b
<i>mulieres quandiu foecundæ</i>	698 b	<i>nati cancer</i>	279 b
<i>mulieres concipere habiles & contra</i>		<i>nectar</i>	754 a
699 a		<i>neruos uulneratos dolores inferre,</i>	
<i>mulieres pingues conceptioni ineptæ</i>		<i>praefectos nequaquam</i>	721 b
669 b		<i>nomæ remedia</i>	435 a
<i>mulieres abortire aptæ quæ</i>	509 b	<i>numerus senarius perfectus</i>	405 a
<i>mulieres cur solæ menstruis laborent</i>		<i>nutrix</i>	64 b
773 a		<i>nutrix eligenda</i>	632 b
<i>mulieres tempestiuè purgatæ salubrio-</i>		<i>nutricis electio de Arabum sententia</i>	
<i>res</i>	782 b	536 b	
<i>mulieres ociosæ plurimum purgantur</i>		<i>de aliorum</i>	255 b 601 a
84 a		<i>nutricis idoneæ conditioens</i>	64 b uita
<i>mulieres infames aborsoria poscunt</i>		65 a 67 a exercitia	ibid.
25 b		<i>nutricis lactis copiam et penuriam ha-</i>	
<i>mulieres ab utero suffocatæ ante tri-</i>		<i>bentis remedia</i>	66 b
<i>dium non sepeliri debere</i>	833 a	<i>nutritio, uide etiam Foetus, Partus, In-</i>	
<i>mulieres clausæ fiunt tribus de causis</i>		<i>fans</i>	
134 a à quibus officijs impediuntur		<i>nutritio foetus</i>	711 b
<i>ibidem</i>		<i>uuln</i>	323 b
<i>mulieres in lecto mingentes</i>	270 b	<i>nymphæ usus</i>	665 b
<i>ut fricari debeant</i>	91 a	O	
<i>mulieribus præcipuum studium quid</i>		<i>Obstrix</i>	36 b
300 b		<i>obstrix quæ aptissima 36 b ut formâ</i>	
<i>mulieribus quibus coitus interdicitur</i>		<i>partus naturalis cognoscat necessa-</i>	
243 b		<i>rium 193 obstrix ubi & quo pa-</i>	
<i>mulierum, &c. uide testiculi</i>		<i>cto sedere debeat 39 b arrogans</i>	
<i>mulierum testiculi</i>	7 b	<i>esse non debet</i>	199 b
		<i>obstri-</i>	

I N D E X.

obstetricis in partu officium	621 b	partiū abundantiiū deficientiumq; cau	
in umbilici præcisione	624 a	se 649 b 644 b 651 b proceritatis	
obstetricis in hystericis munus	839 a	improceritatisq; ratio 594 parturi-	
obstetricum præcipuum officium iux-		ens ut collocanda 39 a parturientiū	
ta Platonem	466 b	regimen 247 parturitionis facilitã	
obstetricum Germanarum in secundis e-		de remedia 594 a 598 b 601 a	
ducendis modus	625	partus, uide Infans, Fœtus partus se-	
obstetricatio difficulter parientis	45 b	cundū naturã 48 b 52 b 193 b natu-	
obstetricalis sella	37 a	ralis quando contingit 489 b 490	
oculi infantū quando operiendi	253 a	493 b difficilis 41 b eius cause quot	
oculorū dolor 268 a tela, macula, ibi.		ibid. & 44 a 45 a partus difficilis	
oculis simplicia familiaria	269 a	parietis uitio 42 a culpa infantis ibi.	
omoplatas	723 a	quo mense, ordine, quid obstetrice a-	
opificij rerum opera mirabilia	200 a	gente, edatur 601 a partus crudus	
opos parthicus	840 a	quid 162 a geminus aut multiplex ut	
oraculi Delphici expositio	738 b	tractandus 529 a partus iã instantis	
organū muliebree quid 139 b (139 b		signa 38 a 193 b præparamenta 37 b	
organi muliebris aperiendi disciplina		difficultas 248 b difficilis remedia	
Orionis conceptorium	21 b	46 a medicamentis promotio 60 a au	
Ornatus, uide Faciei, &c.		xilia ridicula 619 b masculi femineiq;	
ornatus conciliandi ratio	286 a	que indicii 553 560 a partū promo-	
orificij matricis clausura	137 b	uentia 618 b	
oris uteri durities unde	868 b	post partum quid faciendum 61 a	
oris fœtor	382 a	partus legitimi 623 a	
oris fœtor ut curandus	295 b	partus uitales 7. hora discernit 623 b	
os genitale	663 a	partus quando inualidi & minimè ui-	
os iugale	722 a	tales 335 a	
os maxillæ	675 a	partus 150 minimi digiti magnitudi-	
os sacrum	669 b	ne 590 a	
os pandæ quæ	344 a	partuum difficultates tribus modis eue-	
		niant 523 a	
	P	partuum semiferorum procreatio	
Palpitatio cordis	571 a	653 b	
cerebri	636 a	partus iuuantia S. M. ex Plinio	
pannus faciei quibus tollatur	291 a	529 b	
parastatæ	853 b	ad partus emortuos 627 a	
pariendi ratio	527 a	pastillus Andronis 394 b	
parietes in faciem non aspiciendæ	219	pastilli ad pituitam 359 b	
pariendi hora quid agendum	538 a	pediculi pectinis & oculorū 277 b eo	
partes principes non eodem tempore		rundem remedium 278 a	
formantur	331 a		

I N D E X.

- pedum inflatio 280 a
 penis magnitudine retentioni umbilici
 equalis est 252 b
 penis breuior, & etiam longior in uitio
 est 854 a b
 penis affectus infæcundos facit
 854 a
 penis & testiculorum inflatio 280 a
 peritonæum 677 a
 pessus 362 b 382 a 406 a 413 a
 417 a 428 a 431 a 437 a 445 a
 453 b 455 b 484 a 545 a
 ad pituitam 364 a 484 a ad flauam
 bilem 364 b 485 b
 pessulus aureus 446 a
 pessarium chalasticum ad duritiam &
 inflationē matricis 118 a 121 b 123 a
 132 133 ad profluuium sanguinis
 149 150 151 uulnam rheumatizā-
 tem 155
 pessarium relaxatorium 97 a
 pessaria ad suffocationē matricis 113 a
 idem pro aphoniam in suffocatiōe ibi.
 pessarium mirificum 97 a
 pessarium concauum 223 b
 pessarium mortuum pecus eliciens
 28 b menstrua prouocans ibid.
 pessarium ad procidentiam matricis &
 ulcera 165 a ad eas quæ antè & re-
 trò patiuntur 182 b
 103 a de 9. speciebus 103 b
 pessarium de 9. rebus 169 b
 pessarium ad conceptum 18 b 19 a b
 20 a 21 b
 pessarij diachylon compositio 14 b li-
 uiani compositio 15 a
 pessi nec glandes in uirgine utendæ
 799 b
 pessiuarij 800 a
 pessaria uaria matrici seruientia 176 a
 & deinceps, & 169 170
 pessaria conplurima menses euocantia
 94 b 95 96 97
 phænigmos quid 805 b
 philosophia mortis meditatio 758 a
 phusois, siue muliebrium locorum clau-
 sura 455 a
 phlebotomia 581 b
 Pica, uide etiam malacia, aut nris
 pica unde dicta 518 a 555 b quandiu
 duret 514 a uiris quandoq; etiam
 accidit 520 a
 picæ, seu malaciæ causa, remediâq;
 517 b curatio 617 b
 picrocholis inedia aduersissima 814 a
 pilare malum 632 a
 pili ut et quibus tollendi 290 b 303 a
 pilorum defluuium aut incrementum
 573 b
 pilulas Theodorici 241 a Paulini ibid.
 pituita uitrea 826 a
 pituita quibus ad expulsioem appa-
 retur 850 a
 pituitæ generationis causa 814 a
 in pituitoso sanguine sumenda & faciē
 da 813 b
 pituitam purgantia 351 a 354 b
 placentæ 378 b 417 b
 Planetas peculiari mensi dominari
 402 a
 Platonici de animæ infusione 752 b
 Platoniorum de animæ reditu opi-
 nio 760 a 765 b
 plenilunium infantes uexat 569 a
 potio 393 b 401 b 406 a 411 a 417 a
 450 a 432 a 537 a 539 a 543 b
 potio ad matricis suffocationē 113 a ad
 sanguinis fluxum 150 a ad somnium
 185 a & 186 a, extenuans 346 a
 potio Galeni menses educens 356 b
 Serapio-

I N D E X.

- Serapionis* *ibid.* *puerperæ lactantis uitæ ratio* 68 b
potiones uariæ menstrua prouocantes *puerperæ cura* 545 b
 93 b 94 a 356 a *puerperij, uide Foetus, Partus,*
potiones simp. sistentes menses 371 b *puerperij in utero positura* 594 a &
 compositæ 375 a 597 b
potiones in sterilitate ad pituitâ 476 a *pulmo* 723 b
 ad bilē 476 b ad atrâ bilem 477 a *pulsus arteriarum* 720 a
practici menses dant soli mulieri 774 a *pulueres* 403 a 520 b
prædictiones 341 b *pulueres ad pituitam* 358 b ad bilem
præsgia 368 a 389 a 400 b 409 b 360 a ad atram bilem *ibid.*
 415 a 421 b 430 b 438 b *puluis ad uisus conseruationem* 309 a
Pregnantium reg. uide Grauidarum *puluis ad uisum tuédum* 309 a 710 a
pregnantium regimen 246 b *pus sanguine exusto fit, ut ex ligni exu-*
pregnans quâdo purgari debet 245 b *stione cinis* 431 b
pregnantium pedum tumores curandi *pustulæ in pueris* 281 b
ratio 522 b *purgatio* 393 a 411 a 415 b 423 b
preputium 663 b *ibid.* *purgatio quando laudanda* 806 a
præsidia generalia quæ in a specialia *Purgatio, uide sanguis menstruus, men-*
Priapus hortorum curator 679 a *strua purgatio, & menses*
priapus vulpi 232 a *purgatio mulierum quid* 83 b unde di-
proceritas quorundam admirabilis *cta purgatio menstrua* *ibid.*
 596 a *purgatio quando primò incipit* 219 a
prognostica 811 a *83 b 330 a quando cessat* 84 330 b
prognostica causæq; fluxionū & abor- *quanti sanguinis & quibus natura-*
tuum 577 a *liter supprimitur* *ibi. & 86 b*
prognostica sterilitatis 866 b *purgatio parientis sufficiens vt digno-*
Prolis, uide Foetus, Infans, Partus *scitur* 61 b
prolis causæ 642 *purgationis tempus* 798 a *modus il id.*
prolis cum parentibus, tum alijs simi- *purgationis mensū spaciū* 84 a 330 a
litudò ibid. & deinceps *purgationis mēstruæ modus* 84 a *sa-*
proliū uno enixu numerositas 642 b *nitatis gratia fit* 329 b
prostheta 362 b 382 a *pygmai* 595 a
psilothron 302 a *πυλοπέ* 726 b
pudoris sedes in malis 732 b *Pyrrhi regis corpus igni inuictum*
puellam 9 annorū utero gestasse 775 a 656 b
Puer, uide etiam Infans *Pythagoræ de numero dierum partus*
puer ut uinciendus lauandusq; 601 a *sententia* 494 a
 604 a cuius lacte lactandus *ibid.*
puerorum tussis 267 b
puerpera ut à partu tractanda 61 a

I N D E X.

R		
<i>Rayadis</i>	452 b	
Recti intestini variae appellationes		
729 a		
respirationis vsus	391 a	
respirationis explorandae ratio elegans		
832 a		
respirationem à vita, & vitam à respiratione non separari	390 b	
renes	725 b	
renuatio eius causa, 367 a		
365 b		
victus 361 a curatio	370 b	
rifus infantium praecox quid indicet		
635 a		
rifus sedes in buccis	732 b	
rotulae	378 b	
ruptionis ex partu curatio	62 a	
S		
Saltus quando noxius	506 a	
S. Pauli potio	265 b	
sanguisugarum vsus	89 b	
sanguis paucus vnde	786 b	copta
787 b		
sanguis largior vnde	807 a	
sanguis Menstr. vide Menses, M. purgatio, purgatio M.		
sanguis menstruus vnde	771 b	
sanguinis mittendi scopus	794 b	
sanguinis menstrui mirandi affectus		
694 a		
sanguinis fluxus è matrice signa & remedium	145 a	
sanguinis fluxu laborantis victus ratio		
147 b		
sanguinis effluëtis distinctio ex fluxionis modo.	811 a	
sanguinis fluxus ex partu remedium		
62 a		
sanguinis profluvium narium quando fiat	260 b	
		sanguinis fluxus muliebris cum alijs hu moribus simul 148 b
		sanguinem quae attenuant 807 a
		Saturnus à priscis vt appellatus 755 b
		Saturnus 8. mense natos interficit 493 a
		Saturnarij dicti optimè degunt 605 b
		satyriasis quid 103 a vnde nomen accipit ibid.
		satyriasis vitium commune viris & mulieribus 103 b eius cura eadem cũ strictura matricis ibid.
		Sauonarola resellit 817 a
		Sauonarolae lapsus 822 a
		Sauomatarum vitæ lex 654 b
		scabies coxarum & partium aliarum 278 a 286 a
		scarificatio 793 b
		schemata egredientis infantis 524 b
		vide etiam infantis, foetus, partus egredientis schema
		Sciapodes 655 a
		scirrhus quid 440 b
		scleroma 441 b
		scyanus Aegyptius pessarij genus 176 b
		Secundina vide Chorion
		secundina vnde dicta 57 a
		secunda biles dicta 541 a
		secunda si non obediât nõ dilaceranda 545
		secundinae vt citò excant varia remedia 59 a b
		secundae foetusq; mortui quibus expellantur 601 a
		secundae retentio 274 a 540 a e ductio 211 625 b
		secundae extrahendae modus 542 a
		secundinis remanentib. quid faciendum 58 a
		secundae

I N D E X.

<i>secundas pellentia</i>	626 a	<i>ior</i>	827 b & 828 a
<i>Semen vide etiam genitura & sperma</i>		<i>de semine mulieris opiniones varie</i>	
<i>semen quid 771 b vnde</i>	ibid.		677 a
<i>semen prolificum vnde & eius proprie- tas</i>	682 b	<i>senarij vis</i>	603 b
<i>semen prolificum quale</i>	852 b	<i>septenarius</i>	604
<i>semen & sanguis mēstruus duo nostræ generationis primordia</i>	861 b	<i>serapium</i>	423 b
<i>semen maribus & foemellis duplex</i>	688 b	<i>serapia menses sistētia 375 a ad pituitū tam in sterilitate 473 b ad bilem 474 b ad bilem atram</i>	475 b
<i>semen quo tempore primū fecundum sit</i>	690 b	<i>serpentis spoliū</i>	250 a
<i>semen ex quibus partibus ad semina- rios meatus deferatur</i>	687 b	<i>sexus in partuum discretio</i>	622 a
<i>semen genitale oui albōri similis 319 b generationi aptum</i>	469 b	<i>similarium partium generatio vnde</i>	319
<i>semen mulieris virili veluti alimentum</i>	322 a	<i>Simonidis somnium</i>	762 a
<i>semen à singulis præcipuè principibus partibus deciditur</i>	852 b	<i>sirictæ</i>	654 a
<i>semen viri et mulieris ad generationem confert</i>	320 b	<i>smaragdus</i>	538 a
<i>semen muliebre virili humidius & frigi- dius</i>	385 b	<i>Socratis vaticinium in aduersarios</i>	763 a
<i>semen sanguinem, lac extra sua vasa ci- to corrumpi</i>	860 b	<i>somnij gemine portæ</i>	761 a
<i>semen gigni prohibentia</i>	841 a b	<i>spatumilis duplicis forma</i>	211
<i>seminariorum vasorum descriptio</i>	319 a	<i>spatumilis cum duabus extremitatibus forma</i>	209
<i>constructio in mulieribus</i>	319 a	<i>sperma, vide semen, Genitura</i>	
<i>eadem quæ in viris</i>	319 a	<i>sperma quibus præcipuè foemina cor- rumpitur</i>	230 a
<i>seminis formatio 244 a materia</i>	685 a	<i>spina dorſi</i>	669 a
<i>seminis virilis differentia</i>	851 a	<i>spirationis deperdite deprehendendi modus</i>	390 a
<i>seminis exclusio quid</i>	161 b	<i>spiritus calidi primaria naturæ ad ge- nerationem instrumenta</i>	861 b
<i>seminis in viris & foeminis emittendi tempus</i>	689 a	<i>spongie comburendæ modus</i>	147 a
<i>seminis qualitatis aut quantitatis ra- tione symptomata vt differant</i>	829 b	<i>sterilis factæ remedium</i>	10 b
<i>seminis quam mensium vis multo ma- ior</i>		<i>sterilitas à viro</i>	457 a
		461 b	
		<i>à muliere 457 a 461 b quan- do incurabilis</i>	240 a
		<i>sterilitatis conciliatio</i>	244 a
		<i>sterilitatis causæ 9 a in viro 9 b in mu- liere</i>	ibid.
		<i>sterilitatis causæ maris & foeminæ cō- munes 859 b causæ aliæ</i>	

I N D E X.

uenæ umbilicales	705 b	uiri constitutio calida & sicca	217 a
uenæ iuueniles	853 b	uiri frigidis aut siccis testiculis præditi	
uenæ utero & māmīs cōmunes	508 a	raro generant	239 b
uenæ sectio 344 b 371 a 402 a 411 a		uirorum & mulierum pinguium cura-	
415 a 423 a 433 a 442 a 450 a		tio	273 b (836 a
478 b ut à ueteribus administrata		uirorū ex retento semine symptomata	
345 a 793 a		uirtus in omni ægritudine conseruan-	
uena non secanda in corruptione se-		da	221 a
minis	842 a	uita	754 b
uenarū ad māmās tēdentū origo	677 a	uitæ breuitate homini nihil melius tri-	
uenus ut in absentib. etiā citetur	682 b	butum	641 a
ueneris sedes	664 b	uitam indicantia signa	832 a
uentriculi redundatio	570 a	ulceris matricis ex partu cura	62
uermes pedum & manuum	282 b	umbilicus infantis 75 b quando cadit	
uermium in facie ablatio	292 a	ibid. concauitatū eius formatio	76 a
uertiginis instrumenti forma	206	umbilici constructio	57 b
uertiginis alterius forma	ibid.	umbilici præcisio	41 a
uertiginis ueterum forma	207	umbilici orificia acetabulorū orificijs	
uestica	730 b	adiunguntur	324 b
Vibius Pompeio similis	647	ad Umbilicum	634 a
uiæ per quas menses uacuuntur	788 a	uncini habentis spinā unā forma	209
angustiores unde	ibid.	uncini habentis spinas duas forma	209
uiarū laxitas uariè intelligitur	807 a	unguentum 380 b 405 a 411 b 428 b	
Victus, uide Grauidæ uictus ratio		436 b 444 a 451 a 520 b 537 a	
uictus ratio in grauidis contra abortū		unguentum Comitissæ 818 b Andronis	
521 b		412 b	
uictus & uita mulieris grauidæ	34 b	unguentum singulare ad adustionē so-	
uilli transuersales	673 b	lis 289 a ad atram bilem 358 a ad	
uiolatæ ne cognoscantur	8 b	pituitam 358 a ad flauam bilem	
uiolatis ut succurrendum	682 b	358 a	
uirago quare infocunda	855 a	uomitus	840 b
uirginitas ut exploranda	705 a	ueteres	665 b
uirginitas quandiu seruanda 8 a perpe-		uæxels	329 a 714 b
tua saluberrima	8 b	urine difficultas 571 b destillatio &	
uirginitatis deprehensio	682 b	incontinentia	ibid.
uirginitatis amissæ correctio	668 b	urine difficultatis cura	186 a
uirginis corruptæ correctio	271 a	uterus, uide etiā matrix, Loci, Vulua	
uirginum probatio	8 b	uterus mulieri instar cloacæ	843 b
uir semen in mulierem ueluti in agrum		uterus putris 845 a quando præciden-	
emittit	218 a	duis	849 b

I N D E X.

- uterus excisus superstitie muliere* 845 a
uterus lubricus 706 a
uterus humidior conceptui ineptus
 857 b
uteri situs 669 b *quantitas & natura*
 670 b *cornua* 675 b *variae appella*
 tiones 670 b *forma* 674 a
uteri membranae 673 a *venae* 674 b
 testes *ibid.*
uteri variae intemperies conceptum im
 pedientes 459 a *& inde curandi*
 ratio
uteri affectus sterilitatis autores 856 a
uteri varias affectiones curandi ratio
 803 b
uteri partiumq; eius anatomia 657 b
uteri os angustius & contra conceptui
 ineptum 858 a
uteri stragulatio quibus accidat 779 b
uteri prolapsi remedia 848 a *iam*
 diu prolapsi & refrigerati correctio
 848 b
uteri affecti causa à symptomatis indi
 catur 834 b 835 a
uteri calidi notae 865 b *frigidioris &*
 humidioris 866 a *frigidioris & sic*
 cioris *ibid.*
uteri procidentia seu precipitatio 842
 b 397 a *eius cause* *ibid.* *notae* 399 a
 victus 401 a
uteri procidentia quibus reponi possit
 844 b
uteri peruersio seu retractio quid 828
 a *cause* *ibid.* *signa & symptomata*
 830 b
uteri suffocatio 826 a
uteri suffocatio à pituita quibus fami
 liaris 837 a
uteri suffocationis incommoda 784 a
uteri suffocatio symptoma graue & pe
 riculosum 837 b
uterina suffocatio cur epilepsiae similis
 835 a
uterinae suffocationis precautio 841 a
uteri collum à quib. obstruatur 789 a
uteri $\mu\upsilon\tau\tau\sigma\upsilon\mu\alpha\tau\omega\iota\varsigma$ 414 a *eius cause,*
 notae *ibid.* *victus* 415 a
uteri $\sigma\iota\delta\eta\mu\alpha$ 439 a *scirrhus* 440 b *can*
 cer 446 a *hiatus eius ostij* 456 a
utero gerentibus, mensium suppressio
 nis symptomata mitiora 837 a
utero gerentes quando medicandae
 505 a 516 a
utero grauidarum accidentia eorumq;
 curatio 566 b
uterum primario affectum, sympathia
 stomachum, cor, hepar, cerebrū affi
 cere 830 b
in uterum iniicienda 825 a
in utero ignis sacer 587 a
ad uteri duritatem 627 b
vulva 726 a
vulnera non recte curata & inuetera
 ta cancrum facere solent 169 a
Vulua, vide Loci, Matrix, uterus
vulua vnde dicta 662 a
vulua seminis conficiendi facultate ca
 ret 324 a
vulua non perforata naturaliter, aut
 accidentaliter 187
vuluae substantia 326 a *locus* 5 b *facul*
 tates tres 594 a & 598 a
vuluae intrinsecus posita ratio 677 a
 cum scroto similitudo 328 a
vuluae os matricis adiungitur 272 a
vuluae casus 282 a
vuluae rhagades, condylomata, hamor
 rhoides 452 b *contorsiones, peruer*
 sionesq; 457 a
vuluae tumor 119 b 121 a
 vuluae

I N D E X.

vulvæ præfocatio	106 b 112 a	ὄστρα	715 a
vulvæ non perforatæ cura	188	ὄστρα, &c. vide Hystrica pñix.	
vulvam auferri posse superstitè mulie- re	397 b	ὄστρα, &c. 394 b 826 a eius cau- sæ 385 a notæ 386 b victus	
Y		391 b curatio	392 b
ὄστρα 327 a	vide etiam matrix, vte- rus, vulva.		

F I N I S.

E R R A T O R V M
CORRECTIO.

Fol. 42a Vers. 9 Fortè autem

70 a	12	tunc cerotario supradictò
ibid. b	6	accipiat,
109 a	vlt.	stypiticis
119 b	33	etiam
495 b	26	fortè xyloaloe
496 b	32	ὄστρα
510 b	23	vteri
565 b	37	gratisimi
616 b	37	pepercrunt
632 b	20	ipsi
649 b	34	partium
696 a	16	fortè cymminorum, & 17 ceraq;
703 a	9	fœcundam
714 b	25	recondit vrinalem
744 a	19	acquiescit
757 b	36	fortè invita
764 a	7	proindeq;
774 a	4	fortè cæteraq;

Hæc sunt quæ obiter perlegendo emendare potui-
mus, reliqua, si qua sint leuiuscula, lector dili-
gens, faciliè animaduertes.



20. 10
492/3.

~~107~~

